deinceps mihi videtur necessarie quo corpo
ra exerceri nõ debeant vt errare non contin
gat: sicut sepenumero vidi nõnullos a semi
ta veritatis deuiare credẽtes exercitij iuua-
mẽta vnicuiqꝫ equaliter esse cõmunia. dica
mus ergo cũ Gal. in tertio afforismorum cõmẽ
to. xxj. sic scribente. Corpora repleta aliquo
malo humore exercitari non debent anteqꝫ
euacuentur: quemadmodũ enim mordacissi
mi canes cum dormiunt non sunt irritandi:
sic & mali humores exercitio non apti eua-
cuari nõ sunt cum eo cõmouendi ne moti &
alterati putrescant & aliquam egritudinem
faciant. Quod voluit etiam Auicẽ. in tertio
primi doc. secunda. c. iij. dicens. Hora qua
inceptio exercitij preparatur oportet vt cor
pus sit mũdũ & ne in partibus intraneorum
& venarum chimi siluestres & mali existant
quos exercitium in corpore diffundat. Re-
pleta igitur & nõ pura corpora sunt ab exer-
citio ꝓhibita. Similiter inanita & gracilia
habentes corpora nõ sunt exercẽda ꝓm Hi-
pocratis sentẽtiam in secũdo afforismorum
afforismo. xvj. dicentis. Ubi indigentia nõ
oportet laborare. & Auicen. in parte secũda
canticorum textu cõmenti. xlv. idem sensisse vi
detur cum ait. Macer non debet exercitari:
ne ipsius dissolutio augeat. Et per macros
intelligit etiam corpora colerica: vt inquit
Auerrois ipsum exponẽdo. Nos autem sic
putamus superaddendum esse forti scilicet
exercitio: quoniam moderatum non dissol-
uit nec debile: vt manifestum est. Aliqui etiã
vt valde senes & egri & conualescentes & hu-
iuscemodi cõuenienter exercitari non pos-
sunt: qui tamen Gal. consilio vti debent di
centis in libro de euchimia & cachochimia.
ꝙ quicunqꝫ ꝓpter etatem non possunt exer
citari ante cibum: hi abstineant a grossis ci
barijs: quicũqꝫ ṽo sunt omnino ociosi: neqꝫ
ipsi accedant ad tales cibos quinimmo ap-
pensionibus vel deambulationibus pro for
tioribus vtãtur exercitijs. In libello ṽo de
exercitio cũ parua spera sic inquit. Qui cõ-
uenienter exercitari non possunt fricationi-
bus mollibus vel balneis calidis vti debẽt:
hoc enim suauissimũ est & quiescere egenti-
bus oportunissimũ & imbecilli: & seni: & pue-
ro valde conferens. Nec vlla quis effici de

bet admiratione si non potentes exercitari
fricari debēt:quoniam fricatio est ac si es-
set altera pars exercitij que cum fuerit mol-
lis laxat: si autem multa macrescere facit: si
vo temperata ingrossat vt voluit Auicē. in
tertia primi doctrina secūda.c.iiij.z fuit sen
tentia Aristo.in.xxxviij. problematum pro
blemate primo dicentis.Fricationes augēt
carnem z faciunt caliditatem sicut quodam
exercitio vt idem ait in.xxxiij.eorūdem par-
ticula problemate secundo.Non solum au-
tem debilibus sed etiam reliquis exercitan-
dis fricatio videtur vtilis z necessaria cum
Auicēna in tertia primi doc.secunda.c.ij.sic
scripserit.Oportet vt q exercitatur prius fri
catione preparetur que naturam viuificat z
poros dilatat: que cum re aspera fiat z fuit
sententia Gal.in secūdo de regimine sanita
tis dicentis.Qui exercitandus est non con
festim fortiter est mouendus nisi ante frica-
tione preparetur:hoc tamen z si vtile sit nō
in vsu habetur obseruandum tamen esset.
Nec minus illud memorie tradendum est vt
qui se exercet confestim fortiter nō mouea-
tur:sed paulatim motum augēdo continue
procedat sicut etiam in sequēti capitulo di-
cemus.Et hec de non debētibus exerceri di
cta in presentiarum sufficiant.

¶Capitulū.xxvj. ostendit que z quot fieri
oporteat anteq̃ exercitandus suū incipiat
exercitium.

Preterea que dicta sunt in cal
ce precedētis capituli de frica
tione que fieri debet ante ex-
ercitiū:z de successiuo labore
augmentando:sunt z hec alia
obseruāda.s.anteq̃ ad exercitiū quis etiaz
exercitandus accedat quoꝝ primū est vt ex-
ercitiū faciendū ꝓportionetur cibo preas-
sumpto fm ꝙ voluit Isaac in vniuersalibus
dictis.c.viij.dicēs.cū aliqs exercitās carni-
bus pulloꝝ dietet se vel pdicū cito dissolute
inde generant debilitates.z in vltimo.c.pal
legati libri sic ait.in magnis exercitijs si die
ta accipiat subtilis velociter deficiūt:z con-
sumūtur carnes: z pcisim incidūt.Volētes
itaq̃ fortiter laborare grossiori se reficiant
dieta:subtili vo qui debiliter seu parum:me
dia vo qui mediocriter.¶Aliud ab exerci-
tando omnino obseruanduz est vt anteq̃ in
cipiat laborare pro posse conetur cōmunes
expellere superfluitates sicut iubet Auicen.
in tertia primi doctrina secunda.c.tertio di-
cens.Oportet vt qui exercitatur superfluita
tes prius ab interioribus expellat:scilicet in-
testinis z vesica deinde se exercitet: que fuit
Galieni sententia in secundo de regimine
sanitatis cum inquit.Ac exercitia sunt agē-
da cum minxerint z egerint ne quid horū ro
bore caloris qui in exercitijs ad ambitū cor
poris reducatur : per has igitur principa-
les dedit z alias intelligere superfluitates
nasi scilicet oris zc. ¶Debet preterea exer-
citādus anteq̃ ad motum perueniat sufful-
tas:graues z suffocantes: si quas habuerit
vestes deponere iuxta sententiam Aristote.
in secunda problematum problemate.xxx.
dicentis.cum indumento enim q̃uis valde
moderate quis laborabit cito sudat propter
caliditatem que est ab indumento z propter
hoc magis colorati fiūt nudi currentes esta-
te eis qui in indumentis quare quemadmo
dum omnes in bene euentabilibus locis ha
bitantes magis bene colorati sunt eis qui in
suffocatis habitant:sic z ipse seipso quando
homo in bono spiraculo est tunc magis co-
loratus est q̃ quando suffocatus fuerit z cō
motus ab aliquo estu multo quod magis fi
git indumento currenti. hec ipse. Rationez
autem dictorum assignās Petrus paduba-
nensis noster in cōmento dicit.Est autez cor
pus indutum hic intelligere vestitum coope
rimentis multis calidis tale enim cum exer
citationibus quodam estu inflāmabile sta-
tim z plus superfluitatum eliquatione mo-
uebuntur q̃ possint dissolui z expelli: ita ꝙ
intus remanentes mote declinabunt in ar-
ticulorum vacuitates : z motum difficilem
reddent.Sic ergo sit regula in dispositio-
ne corporis ad exercitium vt neq̃ sit om-
nino nudum : neq̃ vestimentis estuanti-
bus coopertum. ¶Attendendum est po-
stremo ꝙ si exercitandus aliquod membro
rum suorum habuerit infirmum vel debi-

le: non erit omnino mouendum aut parum
exercitandum sicut inquit princeps in loco
superius allegato cũ ait. Exercitio vtẽs sibi
cauere debet ne exercitij calefactio ad id qđ
ex mẽbris suis est debile perueniat nisi ꝫm
modũ cõsequendi: ꝛ exẽplũ posuit de vari-
cosis qui superiora magis ꝙ̃ iferiora debẽt
exercere. Quod ꝛ de alijs pariter est intelli-
gendum. quare ꝛc̃.

¶ Cap̃. xxvij. declarat ꝙ nec hora repletio-
nis neq̃ hora omnimode inanitionis sit ex-
ercitandum.

Na de rebus maxime ante exerci
tiũ cõsiderandis est hora: de qua
duo facienda sunt capitulã. Pri
mũ quoꝝ ostẽdet qua hora nõ sit
exercitandũ. Scđm ꝟo declarabit qua ho-
ra securissime sit laborandũ. Dicamus ergo
de primo ꝙ qui horã sui laboris incõueniẽ
tem elegit longe magis peccauit ꝙ̃ si oĩno
quietus ꝑmãsisset quẽadmodũ pleriq̃ post
crapulã dubitãtes se tantã cibi ꝛ potus nõ
posse digerere ꝙ̃titatẽ cõfestim forti se expo
suerũt exercitio ex quo infirmati sunt ꝛ nõ-
nulli eoꝝ interiere: eo ꝙ repleti laborauerũt
ꝛ ꝓpter hoc dicemus primo ꝙ nullo pacto
post cibũ donec digestus fuerit se debet q̇s
fortiter exercitare vt voluit Ysaac in vniuer
salibus dietis capitulo vltimo dicẽs. Si ex
ercitia ad dirigendũ ꝛ ad sanitatem optima
sunt: que post cibũ erũt maxime sanitatẽ im
pediũt qm̃ antecedẽtẽ cibũ calefaciũt ꝛ ebul
lientẽ anteq̃ excoquat̃ eijciũt q̇ cũ ad epar
crudꝰ ꝛ indigestus veniat in venis epatis hu
mores adunãtur grossi: ꝛ postea cõcludens
ait. Quare oportet post cibũ exercitia ꝛ labo
res vitare sicut ꝛ requies ante cibũ fugiẽda
erit. quod etiam sensit Auicen. in tertia pri-
mi doctria secũda. c. septimo di. Illico post
comestionẽ nõ est dormiendũ cibo natantẽ
ꝛ a forti motu ꝙ̃tũ plus possibile est abstinẽ
dum ne cibus anteq̃ digeratur penetret aut
sine digestione labatur: aut ꝓpter inũdatio
nem corrũpatur. ꝛ infra in doctrina quinta.
c. secũdo dixit. Amplius eq̇tare non debet
quis plenus ne cibus corrũpatur ꝛc̃. Quan

to igitur minus alio fortiori motu nõ est la-
borandum. hoc etiã voluit Rasis in quarto
Almansoris. c. secũdo sic scribens. Post co
mestionem a forti motu ac longi temporis
omnino est cauendum: sicut enim motus an
te comestionem factus sanitatis est conser-
uatiuus: ita post comestionem egritudinis
inuenitur generatiuus: cuius quidem cau-
sam exposuit Gal'. in secũdo de regimine sa
nitatis cum ait. si enim anteq̃ cibus digestꝰ
sit exerceatur cum exercitium conferat red-
ditionibus ciborum cum crudi ꝛ indigesti
cibi in ventre vel epate contineantur quare
nondum digesti attrahuntur ad omnia mẽ-
bra ꝛ eis totũ replebitur corpus. quod cla-
rius in libro de euchimia ꝛ cachochimia. c.
tertio expressit dicens. Ad sanitatis custo-
diam maximum bonum erit moderata mo-
tio cum hoc tamen intelligatur ꝙ nemo vl-
lo moueatur motu forti supra cibum quia si
cut est maximum bonum ad sanitatem exer
citium ante cibum ita est nociuissimus om-
nis motus supra cibum. distribuitur enim
ex ventre cibus anteq̃ digeratur ꝛ exinde
multitudo crudorum humoruꝫ aggregatur
ꝫm venas ex quibus assueuerunt egritudi-
nes omnimode fieri. vnde intelligendum est
ꝙ non sine causa dixerit Galienꝰ. Nemo vl-
lo moueatur motu forti post cibum quoniã
leui deambulatione post cibuꝫ potest absq̃
vllo nocumento se q̇sq̃ mouere dicente Aui
cen. in tertia primi doctrina secunda. c. vij.
quemadmodum oportet motum qui est an-
te comestionem debilem non esse: ita necesse
est ei ne motus qui est post ipsaꝫ sit nisi mol
liter ꝛ suauiter. ꝛ in eodem. c. iterum dixit.
Ruffus inquit incessus hic: scilicet mollis
ꝛ suauis mihi placet ꝛ proprie post prandiũ
quoniam bonitatem operationis cene pre-
parat. Sic igitur post cibuꝫ suauiter erit de
ambulandum ꝛ non fortiter laborandum.
Dicimus etiam secundo principaliter ꝙ in
anitionis tempore ꝛ postq̃ famis aduenit
desiderium si nihil aliud impedierit non sit
exercendum: vt colligitur ex dictis Hipo-
cratis in secũdo afforismorũ afforismo. xvj.
dicens vbi indigẽtia nõ oportet laborare. ꝛ
Galienus. in cõmento ꝛ in tertio Tegni. ex

sentētia Auicē. in. iij. primi dicētis. Quādo forte exercitiū necessariū est bonū est ne sit stomachus vehemēter innanitus: immo sit in eo paucū nutriēs. ⁊ infra dixit. Amplius q̄ exercitat̄ si plenus est melius est q̄ si exercitetur qñ est vacuus. ⁊ ly melius exponendū est. s. minus malū. qḋ expresse dixit etiā Gal. in loco preallegato parte illa melius est calefacto q̄ infrigidato et repleto magis q̄ euacuato ⁊c. Ex quibus patet q̄ hora innanitionis est deterior ⁊ exercitio incōuenientior q̄ hora repletionis: licet vtraq̄ sit damnanda.

¶ Capitulū. xxviij. docet cognoscere horā electam ⁊ ad exercitandum conuenientem ⁊ quando ipsa sit per sua signa.

Primus supra que sint hore il laudabiles ad exercitādū: nūc vo dicendum que hora sit ab auctoribus ad illud approbata: siue vt alij dicūt electa: ⁊ dicemus q̄ exercitādū est post prime ⁊ secūde digestionis celebrationē que hora motui cōuenientissima existit vnicuiq̄ etati: ⁊ cōplexioni: sexui: ⁊ regioni: iuxta sententiā Cōciliatoris nostri in differētia. cxviij. Quequidē fuit principis Auicē. in. iij. primi dicētis. Oportet vt in hora exercitij corpus sit mūdū ⁊ vt cibus exterius iam sit digestus in stomacho et epate ⁊ venis: ⁊ vt alterius cibi hora iam aduenerit. Qḋ etiam voluit Auerrois in cōmento. cxliiij. canticoꝝ dicens. Cōueniens tēpus ad exercitandū est cū completa fuerit digestio: nam cū fit ante cōplemētū digestionis ipm quidē est ceteris rebus nocibilius: ⁊ hoc q2 tunc facit egredi ⁊ trāsire cibū indigestū: ⁊ in summa corrūpit ipsum. qḋ innuit etiam Gal. in. ij. de regimine sanitatis cum inquit. Si volumus custodire optime sanitatem incipimus a laboribus: deinde sequātur cibi ⁊ potus: deinde somni ⁊c. Et infra clarius hoc idē expressit di. Tempus exercitij est optimū quādo hic extremus cibus perfecte fuerit digestus duabus digestionibus ⁊ que in vētre ⁊ que in epate ⁊ alterius instat cibus. Si vo añ exerceant̄ cibi nondū digesti attrahuntur ad omnia membra ⁊ eis totum replebitur corpus. ⁊ in libro de dissolutione cōtinua sic quoq̄ scripsit. Quando motus sequitur cibū descendit cibus de stomacho preter digestionē suā ⁊ intrat venas sine mutatione: ⁊ adducit in epate opilationem ⁊ renibus ⁊ reliquis mēbris morbū ⁊c. Sed dicet quis quādo hāc horā aduenisse cognoscemus: hoc ꝑfecto nō poteris explicare cū tanta sit etatū complexionū stomachoꝝ ciboꝝq̄ comestoꝝ diuersitas: cui respōdebimus dicēdo q̄ in rei veritate tale tēpus tribus nec quattuor nec quinq̄: et sic de alijs horis non pōt explicari vt bene per opponentē obijciebat̄: sed tūc sciemus certissime talem horam aduenisse quādo signa ipsam demōstrantia apparebunt obijciebatur: sed tūc que in vrina videbūtur: vt Gal. voluit loco superius allegato dicens. Cum vrina moderate citrina fuerit significat tunc scđam factam esse digestionem: ⁊ tūc exercitandū. Cum autē aquosa. s. non citrina: sed sicut aqua vel rubea: id est ignea minime. Ignea eñ apparet vrina post famis aduentum ⁊ post laborē immoderatū: vt princeps voluit in secūda primi. Cum aūt talis apparuerit vrina non est exercitandū: sicut idem iussit in tertia primi doc. secūda. c. iij. cū ait. Horam exercitij ⁊ cōplemēti primaꝝ digestionū declarat vrine ꝺm substantiā ⁊ colorē maturatio. ⁊ subdit. cum eñ iam longe fuerit ⁊ natura aliquo tempore in nutrimento ministrare desierit ⁊ igneitas in vrina accēsa fuerit ⁊ citrinitas naturalis terminū trāsierit: exercitium impediēs erit: qm̄ virtutē deijciet: tūc igitur nō erit aliquo pacto exercitandū: sed potius cum cibo ⁊ potu virtuti succurrendū: hoc itaq̄ obseruetur: vt anteq̄ ad exercitium accedamus vrinā nostrā inspiciamus que si aquosa fuerit ⁊ alba velut aqua nondum aduenit hora laborandi: quia digestio nō est perfecta. Si autem erit ignea iam hora pertransiuit. Si vo citrina non dubitemus de hora: quoniā tūc est presens: ⁊ precipue si stomachus percipiatur alleuiatus nō inflatus nec extēsus: nō grauis habēs rugitum eructuationē eiusdem saporis cum cibo preassumpto; neq̄ singultum

aut grauitatem in capite et huiusmodi: vt
dixit princeps in. xiij. tertij.c.xvij.

¶ Capitulū.xxix.ostēdit qđ genus exercitij
vnicuiq̄ complexioni: etati: sexui ⁊c̄.conue-
niens sit ⁊ necessarium.

Cum ꝗ plura sint exercitij ge-
nera: videndū est deinceps qđ
maxime faciat ad sanitatis cu-
stodiā ⁊ ad ipsius conseruatio-
nem vt vnusquisq̄ intelligat
quo genere laboris sit ei exercendū atq̄ vtē-
dū. Dicamus ergo ꝙ omniū sapientū inten-
tio sit vt id laudabile sit exercitiū in quo sin-
gule corporis partes equaliter se mouent ⁊
exercēt queadmodū dixit Gal. in lib. de exer-
citio cū parua spera.c.iiij.cū ait. Exercitiū
in quo partes equaliter exercitant maxime
quidē ad sanitatē cōfert ⁊ cōmēsuritatē ha-
bitus operat: neq̄ immensuratā carnositatē
neq̄ superexcellentē qualitatē ferēs: sed ad
robur indigētes actus sufficiēs ⁊ oībus qui
velocitate indigēt aptissimū. Quod ⁊ in ter-
tio Tegni textu cōmēti.xxxix. replicauit di-
cēs. Ex exercitio quidē oportet vt eligatur
species in qua moueantur mēbra oīa corpo-
ris ſm ꝓportionē: ⁊ nō laboret aliquod eo-
rum plus ⁊ aliquod eoꝝ minus. ⁊ in secun-
do de regimine sanitatis sic etiam ait. Oīa
mēbra sanis cōseruāda sunt mouēda. ⁊ ite-
rū in libello de exercitio cū parua spera sic
scripsit in.iij.c. Oportet verū dicere: solū eñ
illud iustissime laudabile est exercitium qđ
mouēs est oēs corporis particulas. ⁊ infra
dixit. Si ad sanitatē examines inquātū in-
equaliter exercitate sunt parti ule corporis
intātū nec sanatiuū est exercitiū. Necesse eñ
est ita has qdē superflue laborare: alias ṽo
in ocio manere omnino: neutrū autē eoꝝ est
bonū: sed vtrūq̄ egritudinū subnutrit semi-
na ⁊ virtutē imbecillē operat. Hec igit est
ratio ꝓpter quā vniuersale oportet esse exer-
citiū ⁊ singulis partibus corporis cōmune.
Nec ex hoc debet quispiā admirari: qꝛ vnū-
quodq̄ mēbrū exercitiū habet sibi propriū:
vt ait Auicē.in.iij.primi.c.sepius allegato.
nō solū eñ exteriora mēbra possunt exerce-
ri vt vnusquisq̄ satis intelligit: sed etiā inte-
riora. pectus eñ ⁊ mēbra hanelitus ⁊ os et
lingua exercent voce graui ⁊ magna ⁊ qñq̄
acuta ⁊ inter eas mixta: vt princeps ait vbi
supra vbi docuit vt de minori ad vocē ma-
iorē in vociferādo sit paulatim trāseūdū di-
cēs. Ad legēdū preterea suauiter est incipiē-
dū: deinde vox ordinate est exaltāda: postea
ṽo cū vox fortior facta fuerit ⁊ crescit ⁊ lon-
ga fuerit tēpus ipsius ponendū erit tempe-
ratū: qm̄ tunc magnū affert iuuamentū: cō-
similiter visus exercetur res inspiciēdo mi-
nutas ⁊ quādoq̄ ordinando ipm̄: vt res lu-
minosas leuiter intuatur. Auditus ṽo so-
nos auscultādo occultos: ⁊ quādoq̄ auscul-
tādo magnos: ⁊ sic de reliquis intelligi po-
test suo modo. Qua autē exercitij specie hec
omnia perfici possint sciēdū ꝙ nulla accom-
modatio reperitur queadmodū est illa exer-
citij species que ludendo cum parua spera
siue pila perficitur in quaquidē si bene con-
sideretur mēbra oīa corporis se mouent. Et
ꝓpterea Gal. librum de tali labore compo-
suit quem sepius in superioribus allegaui-
mus: in quo libro inter cetera dixit. Laudo
exercitiū qđ ⁊ corporis sanitatem prebet ⁊
partiū cōformitatē ⁊ aīe virtutem quemad-
modū est illud quod per paruā fit speram:
aīam eñ est potēs ad omnia iuuare ⁊ corpo-
ris partes cōsimiliter ⁊c̄. Laudauit etiam
Gal. in eo libro aliud predicto fortius exer-
citiū ꝓ robustioribus omnibus dicēs. Qui-
cunq̄ canū ductiones ⁊ aliam venationem
adinuenerūt delectatione ⁊ gaudio, ⁊ curia-
litate: eum qui in ipsis laborem temperātes
valde sapiētes fuerunt ⁊ naturam humanā
certissime docti. Hoc tamen genus exercitij
pro delicatis conuenire nō videtur aliquo
pacto. Et ꝓpterea Auicē. vbi supra dixit ꝙ
corporis debilis exercitiū oportet vt sit de-
bile et corporis fortis vt sit forte: et ideo
vnusquisq̄ homo ſm se habet exercitiū si-
bi proprium et consuetum: vt idem dixit ibi-
dem. quo consueto et sibi conueniente se de-
bet vnusquisq̄ exercere: sicut etiam prece-
pit Rasis in quarto Almansoris.c.ij. cum
ait. Sanitatem cōseruare volēti ante cōme-
stionē moueri necesse est: motu autē quisq̄

vti debet sibi consueto qui vires ipsius non
excedat. Et ideo nõ qualitercũq; omnis ho
mo se debet exercitare vt nõnulli idiote sũt
opinati. Quare ⁊c̃.

¶ Cap.xxx. ostendit que quãtitas ⁊ mensu
ra siue quis terminus exercitij vniuscuiusq;
esse debeat.

SI vtile fuit in superioribꝰ de
qualitate exercitij determina
re nõ minus necessariũ in pre
sentiarũ existimo de quãtita
te ipsius ꝑtractãdum esse: qm̃
aliq̃ possent opinari ꝙ quodcũq; bonũ per
augmẽtũ eius nõ solũ in meliꝰ: sꝫ etiã i opti
mũ posset deuenire qd̾ cũ ita crederẽt facile
putarẽt bono ⁊ in tãtũ a nobis laudato ex
ercitio ꝙ maxime ⁊ etiã vltra ꝓprias vires
forsitã exercẽdũ esse qui nõ solũ deciperent
sꝫ hoc facientes in breui vitã cũ morte com
mutarẽt: quãobrẽ intelligãt qd̾ sicut mode
ratũ exercitiũ ad corpis facit salutẽ: sic ad p
niciẽ adducit supfluũ ⁊ imensuratũ ſm ꝙ
sensit Auicẽ. in textu cõmenti. cxlv. cãticorũ
dicẽtis. Immoderatũ exercitiũ ꝓprie dicit
labor: quiqdẽ spm̃ euacuat ⁊ educit ⁊ ema
cerat pingues ⁊ carnosos violẽtia dolorꝫ
⁊ faciat corpus senescere ante etatẽ senectu
tis. ⁊ in pte scd̾a eorũdẽ ait. Nõ est exercitã
dũ exercitio magno ⁊ forti ⁊c̃. Cuius ratio
a Gal. exprimitur in tertio de regimine sa
nitatis dicẽte. Nihil relinquitur in corpore
nisi siccitas ex imoderato motu. ⁊ in quin
to libro eiusdẽ sic inqt. Acuta exercitia quo
rũ motus sunt veloces attenuãt corpꝰ. ⁊ in
fra iterum dixit. Multa exercitia siccãt: mo
derata ꝟo carnẽ faciũt. Qd̾ ⁊ in q̃rto de sim
plici medicina replicauit di. Exercitiũ forte
supflue fortitudinis ⁊ solis facit acq̃rere cor
pora calida fortia supfluã fortitudinẽ: cor
pora ꝟo que nõ sunt ita exercitiũ forte ⁊ sol
faciunt acquirere debilitatẽ ⁊ resoluunt et
postremo infrigidãt ipsa. in libro quoq; de
exercitio cũ parua spera. c. ij. sic inquit. For
tassis existimabit me quispiã laudare ⁊ alia
quecũq; attẽnuant corpus exercitia: hoc au
tẽ non est ita: immensuritatem cm̃ ego vbiq;
vitupero ⁊ omnem artẽ exercere aio. Opor
tere quod commensuratuz est: ⁊ si quid men
sura caret id non esse bonum dicimus. Et
concludens dicit. Igitur neq; cursum lau
do attenuantem habitum: neq; omnino ab
exercitio abstinere iubeo. quam sententiam
secutus Haliabas in quinto Theorice. c.
primo sic inquit. Exercitio si qui temperato
rum corporum temperato vtantur modo an
te balneum ⁊ ante ciborum horã: calor con
fortatur naturalis: superflua a corporibus
dissoluũtur: membra roborãtur: digestio ꝓ
curatur: fitq; in naturaliuz numero que cor
poris faciunt sanitatez. Si autẽ quis eo im
moderatius vtatur: laboretq; plurimũ cale
fit corpus eius: febres emergunt. Et si imo
derate eius vsui diutius operam dederit: ca
lor dissoluitur: naturalis virtus debilitatur
⁊ deficit: ⁊ propterea relictis extremis me
dium in omnibus est eligendum: cum autez
metiri hoc medium sit difficile diuersorum
anni temporum: complexionum: etatum: ar
tium: ⁊ consuetudinum diuersitate propter
ea pro regula vniuersali ab vnoquoq; tenẽ
dum est ꝙ tunc ad debiti ⁊ conuenientis ex
ercitij terminum deuentum est: cum incipit
ad motionem consequi corporis defatiga
tio ſm sententiam omnium antiquorum. di
xit enim Rasis in quarto Almansoris. c. se
cundo. Motu tam diu nemo presumat do
nec fatigationem ⁊ multã sentiat grauedinẽ.
Sed cum vtitur motu ex quo laxari se sense
rit dimisso motu statim anteq; aliquam in
de consequatur lesionez quiescat. quod etiã
voluit Hipocrates in secundo afforismoruz
afforismo. xlviij. dicens. In omni motione
corporis cum ceperit quis dolere: quiesce
re statim remediuz est. ⁊ Galienus in tertio
Tegni parte illa in gymnasijs quando pri
mã incipit dolere corpus ⁊c̃. Et in libro de
exercitio cum parua spera cum ait. Quan
tum ſm vnãquãq; vtilitatem intendit et re
mitti debeat exercitium scribere quidem nõ
est possibile: quantitas enim in vnoquoq;
indicibilis est in ipsis ꝟo operibus inuenire
⁊ ostẽdere possibile est in quo ⁊ marmie do
minatus ⁊c. Auicẽ. autem in tertia primi. c.

sepius allegato clarꝰ de hac materia locutus est dicens. In quantitate exercitij tres res sunt cōsiderande. Una est calor q̄m duȝ in ipso bonitas augetur adhuc est hora.s.exercēdi. Secūda est motus q̄m dū leues perseuerant adhuc est hora: ⁊ tertia est mēbroꝝ dispositio ꝫm ipsoꝝ inflāmationē: quoniaȝ dum ipsoꝝ augeť inflāmatio adhuc est hora. Cū aūt iste dispositiōes ceperint ⁊ sudor vaporalis ⁊ resudatio liquida facta fuerit dimittēdū erit exercitiū: ⁊ finiēdū. Que oīa in sanis ⁊ bene cōplexionatis corporibꝰ sūt intelligenda cū in sua naturali dispositiōe cōseruari voluerint q̄m non bene cōplexionata corpora vt flegmatica quādoqꝫ dictū terminū debent p̄terire p̄cipue q̄ñ perduci ad meliorē dispositionē desiderarēt q̄re ⁊c̄.

¶Cap. xxxi. ostendit. Que ab exercitatis sint obseruanda post exercitiū cōueniēs in qualitate ⁊ q̄ntitate.

Quid faciendū sit quidqꝫ obseruandum post exercitiū a laborātibus nolumus sicco calamo preterire: cū ad presentis ꝓpositi faciat cōplemētū ⁊ longe magis ad sanitatis cōseruationē vt ferme cūctoꝝ hominū error intelligať qui postq̄ȝ laborauerint illico ad corpus reficiēdū prolabūtur. Quod tñ est cōtra philosophoꝝ ac medicoꝝ oīm sententiā cum dicat Aristo. in prima ꝓblematū problematibus xxviij. ⁊ xxx. Quod exercitatis nō debemꝰ cōfestim cibū offerre. ⁊ cāȝ subiūxit dicens: quia adhuc nō requieuit laborans: neqꝫ segregate sunt sup̄fluitates in quoꝝ quidem ꝓblematū vltimo cōmento Petrus padubanēsis noster sic ait. Scias ꝙ ille qui exercitatur dūmodo fuerit forte exercitiū seu labor nō debet stati comedere aut bibere etiā imo oportet prius corpus quietari q: tunc superfluitatibus adhuc purgať: tū q: ꝓpter calorē eius dissemīnatū per totū non posset cibos digerere assumptos: cū in digestione oporteat calidū circa ventrē adunari: vnde ipsi.s.cibi in superfluitates ⁊ nō in nutrimēta corporis cōuertunť ⁊ ideo regula est in regimine sanitatis ꝙ i nimio exercitio positis ante cibū paruȝ quiescere oportet que sunt verba Damasceni in suis afforismis ad litterā. ⁊ postea in calce cōmēti sic subiūxit. Laborans ⁊ qui exercitať vniuersaliter nō sedatus est a motu adhuc: lȝ eñ videatur quiescere exterius mēbra tamē adhuc mouentur ⁊ titillant ꝓpter virtutē motus impressaȝ sibi ab anima neqꝫ etiā superfluitates segregate p motuȝ: sunt expulse oīno. hec ipe. Quiescēdū igiť erit post exercitiū aliquātisper vt calor naturalis paulatim ad intrinseca retrocedat: postea ꝟo comedendū erit atqꝫ bibendū secure: dūmō cibi boni post motū assumanť dicēte Gal. in tertio de regimine sanitatis. ꝙ omnes laboriosi euchimo indigēt cibo. ⁊ in tertio de alimētis.c.xxix. Oīm autem dictoꝝ piscīū alimētū optimū nō exercitantibꝰ ⁊ senibus ⁊ debilibꝰ ⁊ cōualescentibus q̄m qui exercitanť magis nutritiuis cibis indigent a quo sumpsisse videtur princeps cuȝ in tertia p̄mi doc. scd̄a. c. vij. dixit. Pisces ⁊ q̄ eis assimilanť post laboriosum exercitiū comedēdi nō sunt: corrūpenť eñ ⁊ corrupēt hūores. ⁊ post multa in eodē. c. expressit. Quid celauerat in eo verbo: que eis assimilanť loquēs de fructibus sic ait. Si exercitati alijs regātur rebus ⁊ nō istis.s. fructibus recentibus eis meliꝰ erit: q̄m oīs res que sanguinē iplet aquositate q̄ in corpore ebulit sicut succus fructuū: licet ea hora iuuamentū prestet tñ ipm.s.corpus ad putrefactionē parat. quod aūt de his explicauit ⁊ de alijs cacochimis cibis dedit intelligere qui aūt sint hmōi ⁊ qui euchimi siue boni ⁊ quomodo vtēdi sint in sequētibus dicemus si oipotēti placuerit: verūtamē q: actus coitus vna spēs exercitij videtur esse cuȝ in eo notabiliter corpus laboret ⁊ in eo cōsimilia his q̄ de exercitio diximus sunt obseruāda ⁊ fere quātū ad oīa cū exercitio videť puenire iō de ipso cōsequēter q̄dam non inutilia subiungemus non ignorantes tamen ꝙ ꝫm Haliabatem ⁊ Iohannitiū coitus ipse sub euacuatione contineatur ꝫm ꝟo Hali. ⁊ Gal. in Tegni sub accidentibus anime. Nobis tamen placuit in presentiarum ipsum sub motu collocare ante dicta iam ratione.

¶ Cap.xxxij.ostēdit qd' sit coitus ⁊ de q̄ spe cie eius sit determinādū: postremo declarat appetit⁹ mulieris advenerē insatiabilitatē.

Mordebunt me maliuoli: sat scio ꝙ de re obscena ad virū castissimū ⁊ continentissimum scripserim q̄ bene considerāt ꝙ in verbis turpitudo nō existit ⁊ ꝙ res ista ad operis huius faciat integritatem ⁊ ad sanitatis amicorū faciat cōseruationē: intelligent id poti⁹ scribendū esse q̄ silentio pretereūdū: sed ipsis dimissis ad propositū meū deuenio ⁊ dico cū Conciliatore in differentia.cxxiiij. ꝙ coitus est maris ⁊ femine in mēbris generationis applicatio qua supfluū expellit quātū ad finē speciei vel indiuidui ordinati: cui⁹ duplex existit finis. vn⁹ quidē principalior. s. in speciei generatiōe3. Unde i.v.theorice.c.xxxvj. Haliabas inqt. Natura coitū in aīali constituit generandi causa vt inde species pmaneret aīaliū. Et ideo dixit Ysaac i.vj.viatici. De⁹ in aīalib⁹ in coitu admirabilē ac inseparabilē delectationē exhibuit: ne forte coit⁹ abhominatione destrueret generatio: p vim nāq3 generatiuā species diuio ⁊ imortali esse participant inquātū possunt vt inde aīa⁊ de generatione aīaliū secūdis dixit Aristo. vnde Auerrois cōmētator sic ait. Sollicitudo diuina cū nō potuerit facere fm indiuiduum aīal pmanere miserta est dando ei virtutem qua posset pmanere in specie. hec ipse in.ij. de aīa cōmēto.xxxiiij. Alius quoq3 coitus est secūdarius: ⁊ hic qdē est duplex. vn⁹ qdē vt necessarius ⁊ approbandus ⁊ ad regimē sanitatis ordinatus: de quo presens ppositū determinabit. alter vo inutilis magis ⁊ illicit⁹ vt ppter delectationē ⁊ paruā cōsuetudinē pactus: quē vt finē optimū ꝑponunt alijs necessarijs plurimi. vnde Haliabas i v.theorice.c.superi⁹ allegato ait. Maioris partis hoīm in appetendo coitum delectationis causa: preponit: paucorū vo finis ⁊ ppositū est liberorū pductio de quo etiā coitu in presenti sermone nō intēdo verba facere pariter nec de illo q̄ a natura ⁊ a legibus fuit prohibit⁹ de quo Auicēna i.xx.tertij.c. v. sic inquit. Coitus quidē cū infantib⁹ est fedus apud multitudinē gentiū ⁊ phibitus in lege. sed volo de eo coitu dicere q̄ catholicis est cōcessus ⁊ inter maritū ⁊ vxorem necessarius in quo non solū quo ad animā sed quo ad corp⁹ grauissima ⁊ q̄ plurima cōmittūtur peccata supfluitatis ⁊ inordinationis rōne: nesciūt eīm plerīq3 quātū deliquāt: qd equidē intelligēt si hūc meū librū quīq3 plegerint: ⁊ de sua magis curabunt salute q̄ de sua etiā formosissime mulieris delectatiōe. Que forsitā erit vt ⁊ alie mulieres naturalr insatiabiles: sicut in.xxxix. puerbiorū Salomonis.c. colligit cū tria insatiabilia exponeret. que fuit sñia Aristo. in.iiij. pblematum pblemate.xxvj. in cui⁹ cōmento Petr⁹ padubanensis noster sic inqt. Mulieres sūt insatiabiles ⁊ maxie iuuēcule quarū meatus adhuc sūt angusti eo ꝙ modica est hūiditas q̄ cogit expelli mota ⁊ liquata p fricationē q̄ quia modica est cito infrigidat nō potens expelli ppter qd iterū appetūt fricari vt expellat. Non est igit tutū velle cū eis cōtēdere: nedū velle: vt nōnulli faciūt: eas supare q: insatiabiles ⁊ masculis luxuriosiores existūt: iuxta illd Nasonis de arte dicētis. Mollibus in partis admugit femina tauro. Femina cornipedi semper adhinit equo. Fortior in nobis nec tam furiosa libido est. Legitimū fines flāma virilis habet. Et fuit sententia Auicenne in.xxj. tertij capitulo secūdo dicentis. Multiplicat delectatio mulierū in coitu super delectationē virorū ppter ea ꝙ ipse delectant ex motu spermatis viri in ore matricis earū descendendo: ⁊ ppter motū qui accidit matrici ⁊ propter fricationē. idem quoq3 dixit in.ix. libro de animalibus vbi inquit quod duplat delectatio feminarū ⁊c. idez Haliabas in.v. theorice. padubanēsi tamē nostro placuit in.xv. cōmento.iiij. problematū ꝙ mulierum delectatio maior sit extensiue. Intensiue vo ea que masculorū maior. quicquid tamen sit certū est ꝙ plurimū delectantur: ⁊ in tātū ꝙ viri sapientes non debent velle earū insatiabilem appetitū adimplere ne superflue coeūtes in nocumenta ⁊ egritudines infra dicendas incidāt: ⁊ precipue si ad hoc apti minime exi-

stunt: vt in processu scribemus.

Cap. xxxiiij. ostēdit iuuamēta ⁊ vtilitates coitus moderati ⁊ declarat nocumēta q̄ accidunt ex diuisione eius cū assuetus fuerat.

IN hoc. c. viri castissimi religiosi ac continentissimi non ingrediuntur: tamen quia inassueti: tamen quia sobrij: ieiunantes ⁊ promouentia ad venerem fugientes ⁊ vinum precipue potens in quo: vt Apostolus inquit: est luxuria. Sed id quod scribimus ad eos dirigitur qui oppositum eius quod dictū est faciunt ⁊ ad hos precipue qui venerē exercere consueuerunt. Qui si eam dimittant ⁊ ociosam ac lautā mensaz non relinquerint intelligāt eis aduenire qđ scripsit Haliabas i. v. theorice. c. xxxvj. vbi ait. Si huius superfluitas: scz spermatica: suis aucta in vasis coitu non purgatur: nec poterit eam expellere natura in inguinibus fit ⁊ alijs simul extensio: omniq; in corpore grauitas: sepeq; suis sperma calefit i vasis: fitq; febris: quoniā membra hec quidē post illa calefiunt donec cordi calor ille continuetur: nonnunq; autem eius ascendunt ad cerebrum vapores: vbi ⁊ pessimos generant morbos. ⁊ infra magis addidit quod dimissio coitus ebetudinem sensuū ⁊ intellectus parit ⁊ capiti accidit grauitas ⁊ visui tenebre ⁊ frangitur corpus: ⁊ appetitus īminuitur ciborum: ⁊ nonnunq; complexio declinat a statu suo: aliquotiens etiā patitur mania ex vaporibus spermatis ad cerebrū ascēdentibus: sepe quoq; fit corpori frigus ⁊ nō nunq; tremor precordiorum pectoris attractio: sepe etiam scothomia ⁊ vertigo ⁊c̄. Cuius simile dixit Hali rodoā in. iij. tegni. cō mēto. xxxj. cuius hec est series. Si superfluitas aggregata in corpore ex spermate ⁊ non egreditur per coitum coartatur in corpore: ⁊ generantur ex ea egritudines male quod est quia ex coartatione seminis generantur ex eo vapores mali qui ascendunt ad cor et cerebrum ⁊ stomachum ⁊ corrumpunt sanitatem illorum mēbrorūz generant egritudinē. Et fortassis ex eo est aliquid simile veneno viperino sicut accidit ei qui consueuit coitum ⁊ dimittit eum longo tempore ex debilitate appetitus cibi ⁊ pigritia a motibus a generatione humoris melancolici ⁊ fortasse corrumpitur ⁊ exiccatur ex eo quod est simile virtuti veneni: sicut illud quod accidit viduis ex suffocatione matricis ⁊ multis virorum qui moriuntur ex eo subito. hec ipse Hali ad litterā: a quibus videtur princeps accepisse in prima tertij tractatu quinto capitulo. viij. cum dicit. Quandoq; accidit homini vt in vasis suis seminalibus aggregetur sperma plurimum ⁊ corrumpatur ⁊ infrigidetur ⁊ conuertatur ad qualitatem venenosaz ⁊ accidit ei sicut epilensia. Et in. xx. tertij. c. x. sic ait. Plurimorum quorum cōplexio requirit coitum cum ipsum dimittūt infrigidatur corpus ⁊ cadit appetitus cibi ita vt ipsum etiam non recipiat. Et postea subdit. ⁊ quandoq; accidit viro ex dimissione coitus ⁊ abundantia spermatis ⁊ frigore eius ⁊ conuersione ipsius ad ventositatem: ⁊ forsitan vult dicere ad venenositatem: vt mittat sperma ad cor ⁊ cerebrum vaporem malum ventosum vel quod magis credo venenosuz sicut accidit mulieribus ex coarctatione matricis. Et iterum in. xxj. tertij. c. ij. sic ait. Retentio spermatis est mala valde. Et in canticis etiam dixit. Coitus commendatur iuuenibus quatenus per eum a nocumentis perniciosis liberentur. in cuius comento: scilicet. cliij. dixit Auerrois. Si coitu vsi non fuerint attingent ei morbi magni ⁊ illaudabiles. Quod etiaz sensit Haliabas loco superius allegato cum ait. His itaq; de causis si vtatur cum opus sit homo coitu ⁊ cum in suis huiusmodi superfluitas augetur vasis: sentitq; in corpore grauitatez ⁊ titilationem: statim vt celebrauerit alleuiatū sentiet corpus: in pigritiā: virtutēq; ⁊ eius augetur appetitus. Deinde subiūxit. Si ergo coitu vt oportet q̇s vtetur cogitatiōes cedūt: ira mitigatur: melācolie prodest passioni: ꝓdest etiā flegmaticis morbis: somniorūq; medetur multitudini ⁊ appetitū confortat. Et propterea dixit Almāsor in lib. iiij. c. vj. Viri preterea ac mulieres cum appetūt coire debent: quodquidem faciant nature non

repugnantes: cuius cām ꝛ rationē idē sub-iunxit in.c.xvij.eiusdē libri cū ait. Coit⁹ cor pus repletū alleuiat ꝛ aīam hilarē ꝛ letā effi cit eiusq; auget leuitatē. Iraz quoq; sedat: ac cogitationem remouet. Et infra. Coitus ꝑterea caput alleuiat atq; sensus. Quequi-dem fuit sentētia Aristo.in.xxx.problematū ꝓblemate.j. dicens Post venerea plurimi magis leti fiūt quicūq; superfluitatem mul tam emittunt cū spermate: alleuiantur enim a superabundantia superfluitatis: ꝛ hec est scilicet cā letitie a quo sumpsit Auerrois cū scripsit in.vj.colliget. Coitus moderatov su cōueniens existit. Qđ nō cōcedim⁹ nisi quia sperma est vna superfluitas preparata a na-tura vt expellatur sicut ꝛ alie superfluitates excepto ꝙ in se bona est ꝛc. Hec quoq; fuit sapientis Gal. snīa ī.vj. de regimine sanita-tis. Cōmune venereoꝝ actuū cōmoderatio. nam ī culpabilibus cōstructionib⁹ corporis neq; oportet oīno a venereis abstinere. Et in vj. interiorū.c.iiij. Uirtus spermatis fortis est: in mulieribus aūt frigidius ꝛ humidius ideoq; necesse est a mulieribus emitti multā spermatis q̄titatē habētib⁹. Qđ etiā viris necessariū est ꝛ sanguineis maxime q̄ nisi nu bant caput eoꝝ aggrauatur: febricitant: ap petitus ꝛ digestio debilitantur: cognoui er-go quosdam qui cū abstinerent se ꝑpter ve nerabilitatem infrigidati sunt. Alij vō ceci derūt in tristiciam absq; vlla cā ꝛ in falsās cogitatiōes sicut melācolici: ꝛ appetit⁹ ꝛ di gestio infirmate sunt. Uidi quoq; alios ꝓ-pter angustiā vxoris sue abstinuisse: qui fue-rant assueti sepe coire: vnde appetit⁹ eoꝝ de ficit: ꝛ paululū comedebāt: ꝛ non digerebat sed multū vomitu eijciebat. Quod conside-rās certificaui continētiam coeūdi magis q̄ menstrua nocere. Maxime corporib⁹ in qui bus mali humores sunt: ꝛ assuetis requie. Et postea subdit. Diogenes in hmōi absti-nentia fortissimus fuit coitu tamen semper vsus est: cū sciret nocumētum a spermate si bi nō fore modicū si abstinētia pateretur: fer tur enim pueris meretricē accersiri que cuz moraret membrū fricās polluit se. Cūq; me retrix venisset ait: quod volui manus mea fe cit. Unde mōstratur ꝙ venerabiles non fa-ciūt hoc causa delectatiōis sed vt superflui-tatem emittant. hec ipse Gal. Fidelibus ta-mē innuptis nō licet huiusmodi ꝑpetrare. Et propterea dicebat Aplus ad corinthios vij. Qui nō se continēt nubāt. ꝛ ad Thimo teū.v. Uolo autem iuniores nubere ꝛ filios ꝓcreare ꝛc. Qui aūt nubere nolunt aut non possunt vt q; sacerdotes sint ꝛ a venere ab-stinere voluerint sine lesione debēt ab indu-centibus eam ꝛ promouentibus infra dicen dis se precauere: vt ī duob⁹ vltimis de hac materia capitulis ostendemus.

¶ Capitulū.xxxiiij. declarat que nocumen-ta ꝓueniant ex supfluo coitu ꝛ frequētato: in mēbra ꝛ totum corpus.

Nocumēta supflui coitus sunt lōge plura q̄ vtilitates ꝛ iu-uamēta moderati. Uñ licet su perius moderat⁹ coitus sit ap probatus ad salutem corpis robusti ꝛ iuuenis cōseruādā: sic in presentia rū superfluus ꝛ frequentatus coitus detesta tur cum non solum aliquibus partibus sed etiam toti corpori nocumenta eius sint com munia. Nocet enim oculis primo: vt voluit Auicen. in.iij. tertij.c.v. cū dixit. Multipli-catio coitus est nocibilior res oculo: ꝛ simi-liter multiplicatio ebrietatis ꝛc. Quod etiā sensit Rasis in.iiij. almāsoris.c.xvij. dicēs. Qui coitu sepe vtitur oculorum habet con-cauitatem. Et infra. Coitus multus et fre-quens oculos fortiter ledit. Que etiam fuit Aristo. sententia in.iiij. problematū proble-mate.ij. dicētis. Plurimo coitu vtentes ma nifestissime in oculis et anchis patiuntur. ¶ Nocet quoq; neruis coitus plurimus: vt dixit princeps in.ij. tertij.c.j. ꝛ Rasis vbi su pra. atq; neruosis membris omnibus ꝛ pre-cipue stomacho dicēte Auicen. in.xiij. terij. c. vltimo primi tractatus. Coitus est ex re-bus magis nociuis stomacho: et dimissio eius est ex rebus maxime cōferētibus ei. Et in.x. eiusdē. c.v. inquit. Dimissio coitus est conuenientior res ei qui habet stomachum debilem ꝛ deuitēt ipm de mulieribus que abortū patiuntur. Que fuit sentētia Aristo.

in.iiij.problematū problemate.xvij.di. Coitus infrigidat ventrē ⁊ exiccat. ¶ Nocet preterea etiaꝫ coitus faciens accelerare senectutem: vt inquit Hali in. iij. Tegni. comento xxxvij. dicēs. ⁊ non factus est error multꝰ in coitu nociuꝰ: nisi quia propter multitudinē eiꝰ accidat in corpore senectus festina ante horam suam: precipue illi cuius cōplexio testiculoꝝ est frigida ⁊ sicca. Quod etiam confirmat Auerrois ī canticoꝝ cōmento.clvj. dicens. Non solū hoc dicimus quod multꝰ coitꝰ debilitat corpus quinimmo qđ diminuat ⁊ abbreuiet valde vitam facitqꝫ eā valde breuiter ⁊ celeriter terminari. Aristoteles enim asserit ꝙ animalia multi coitus sunt breuioris vite probans hoc ⁊ cōfirmans ex passeribus que non viuunt nisi per annum solum: inducens super hoc ꝓbationem: quoniā nō apparet nigredo super guttur illarū que videntur in autūno quequidē nigredo significat supersenes ex eis. Aristote. quoqꝫ iiij. problematum problemate. xxj. inquit. Coeuntes exoluuntur et infirmiores fiunt vt frequenter. Et propterea multꝰ coitus debilitat corpus facitqꝫ ipsum hereditare varias species nocumētoꝝ ⁊ dolorū: vt inquit princeps in canticis textu cōmenti. clvj. ⁊ in xxiij. tractatu primo. c. v. sic ait. Coitꝰ euacuat de substantia cibi postremi quare debilitatem affert cuius simile alie non afferunt euacuationes: ⁊ euacuat de substantia spiritus rem plurimā ꝓpter delectationem. Et propter illud qui plus delectanꝭ: plus sunt cadentes in debilitatem: ⁊ coitus quidē velociter facit peruenire illum qui plurimū eo vtitur ad infrigidationem sui corporis causa sui: ⁊ ad resolutionem caliditatis innate: ⁊ ad mortificationeꝫ virtutis ⁊ preparat ipꝫ in primis ad caliditatem fumosam adeo donec multiplicentur super ipsum pili. deinde succedūt ei infrigidatio cōpleta ⁊ debilitas sensuū: visus: auditus ⁊c. ⁊ ad multas perducit egritudines vt idem ibi dixit quequidem fuit sententia Almansoris loco allegato dicēs. Est etiā valde obseruandū ne quis coitu sepe vtatur ⁊ precipue qui ex eo velociter debilitatem incurrit ac apetitiue consequitur destructionē. ⁊ post aliqua subiūxit. Quo etiam siquis vsus fuerit ethicam incurret: coitus etiam multus ⁊ frequēs neruis magnū infert nocumentū: oculosqꝫ fortiter ledit ⁊ corporis vires destruit: corpusqꝫ corrūpit ac debilitat: ad seniū quoqꝫ cito adducit. hec ipse. Nō solum autem cito senescere facit: sed etiam mori ꝙ̄ facile superflue ipso vtentes dicente Galie. in secundo de spermate. c. penultimo hec verba. Non solum a serosa humiditate priuari omnes animales particulas accidet ex superfluo coitu sed ⁊ de vitali spiritu. Etenim ⁊ de hoc ex arterijs euacuatur cū spermatica humiditate. Quocirca nullū mirabile est imbecilliores effici coeuntes multū priuato vniuerso corpore ab alterutro purissimo: adueniente autem ⁊ delectatione que est in ipso que per se sufficit exoluere vitale robur: nam quidam suꝑflue delectati mortui sunt. hec ipse. Sed vt cū Cōciliatore nostro ī differentia. cxxiij. omnia vnico comprehendam verbo dico ꝙ omnē corpori dispositionem acquirit prauā coitus superfluitas ⁊ frequētia: ⁊ adsummum totam animā dissipat ⁊ corpus corrūpit. cuius quidem ratio est: quia coitus est emissio pure ⁊ naturalis caliditatis: vt. v. dicitur de animalibus. Et ideo ꝓpter paruuꝫ errorem euacuationis ipsius fit magnū nocumentū: vt Auerrois inquit in. vj. colliget. Et fuit sentētia Haliabatis in. v. Theorice c. xxxvj. dicētis. Nō est enim sperma quemadmodum alie superfluitates quibus omnino natura non indiget qualia sunt emūctiones: sputa: sudor: vrina: ⁊ similia. sed ex meliori fit que in corpore est substantia ac laudabiliori. Et postpauca subiunxit. Generatur eteniꝫ sperma ex claro puroqꝫ sanguine quo principalia ⁊ prima pascūtur membra: postea concludit dicens. Cum igitur coitus mensurā excesserit licet non tanta eo ꝙ̄titas vt flobotomia vel aliter euacuetur vehementior tamen accidit inde virtutis dissolutio. Et propter hoc quando de homine sperma exiuit multum discoloraꝭ et debilitatur suū corpus magis ꝙ̄ si quadragesies exierit de eiꝰ corpore sanguis tātus: qꝛ sperma est res habilitata vt trāseat in mēbra: sicut in. iij. libro dicitꝭ de aialiū generatione. Et ideo qui

vxores habent perpulchras q̄tū delinquūt intelligant. Et in senectute si ad eam puenerint:podagras expectēt qm̄ coitus nocet neruis ⁊ est magis adiuuans ad hoc vt fiat podagra: sicut Rasis inq̄t in libro diuisionū c.cxx.⁊ fuit s̄nia Gal.in.vj. afforismorū cōmento.xxx.dicentis.Coitus est fortis cā in generāda podagra:simus itaq̧ hac in re tēperati ne podagras ⁊ alias supradictas incurramus infirmitates aut mortē ipsam sicut aliqui quos nouimus interiere.

¶ Cap.xxxv.ostēdit quibus naturis seu cōplexiōibus coitus maxime noceat:⁊ in quo anni tempore.

Ut error superflui coitus omittatur ⁊ presertim ab his quibus maxime nociuus existit mihi videtur tanq̧ vtile⁊ necessariū scribendū esse q̄ sunt huiusmodi quibus plus alijs plurimi coitus frequentia sit interdicta.⁊ dicemus primo q̄ vt sentiūt sapientes hi maxime sunt qui sicce ⁊ frigide cōplexionis existūt ⁊ qui melancolice macilenti ⁊ debiles naturaliter sunt fabricati modicū sanguinis⁊ carnis habentes. Et q̄ ita sit patet per Haliabatē in.v.theorice dicentem. Cū vero est corporis frigida⁊ sicca cōplexio:⁊ hominis eiusdē cōplexionis testes corp⁹ exile color viridis alb⁹ aut croceus eiusq̧ in corpore sperma perpaucū si huiusmodi coitū exerceat refrigerat corpus:naturalis debilitatur calor:⁊ rarefactū eneruatur:nerui imbecilles fiūt:supuenit illi tremor anime marcorcardiaca:appetitus ciborū defectio:sicci fiunt illi morbi:artetica: pectoris passiones ac pulmonis.In cuius vsu si fuerit frequēs corpus consumit ⁊ deficit spasmus accidit. Et concludit deinde.Quare ab huiusmodi domino complexionis cauēdus est coitus. sed iam dictis non minus mala in q̄breuibus adduxit Hali rodoā in.iij.Tegni commento.xxxvij.cū ait.Ex multitudine coitus accidit senectus in corpore festina ante horam suā precipue illi cui⁹ cōplexio testiculorū est frigida ⁊ sicca.Quod etiā sensit Auicē.in canticis textu cōmēti.xix.dicēs. Coit⁹ nequaq̧ concedatur macris:senibus:aut debilibus.Et Auerrois in.vj.colliget.c. de regimine corporū calidorū in fine sic inquit. ⁊ coitus nocet plus ceteris oībus complexionibus: supple q̧ calidis maxime aut frigidis ⁊ siccis.Et inter cōplexiones calida et humida superfluū potest leuius tollerare ⁊ que peiores sunt frigide ⁊ sicce:humidi vero scʒ flegmatici medio modo se habent circa illud.que fuit sententia Rasis in.iiij.almāsoris.c.xvij.dicentis.A coitu etiam corpora habentes sicca vt ab inimico interficiente sibi cauere debent quo etiam si quis: scʒ macer multū vsus fuerit ethicam incurret: cōualescētes quoq̧ ac debiles atq̧ macri: ⁊ quorū nerui sunt debiles coitū oīno vitare debent:⁊ nos addimus de auctorū intentione i p̄scripto.c.q̄ debilē habētes stomachū aut visum:aut auditū:aut aliquē aliorū sensum ad coitū frequētes non accedant: ⁊ similiter q̄ debilitatē appetitus patiūtur aut calculos ⁊ hm̄oi quoniā inde manifestissimum percipient nocumentū:ratione etiam etatis cōsiderata grandiores cōtineant a coitu superfluo inquantū possunt.Seniores vero caueāt coitū omnino.Similiter ⁊ insueti ⁊ p̄cipue in autūno fugiendus est coit⁹. Quoniam est temp⁹ nature ac vite contrariū cuʒ calor in eo naturalis debilitet ⁊ siccitas fiat fortior dixit Auicen.in.ij. primi summa de pulsib⁹. c.ix. ⁊ prima q̄rti tractatu.ij.c.viij. ⁊ fuit sentētia Gal.in.iij.afforismoꝝ cōmento.xxiij.dicentis.stomachus ⁊ intestina maxime patiūtur in autūno cū frigidū ⁊ siccū tempus sit in quo maxima est grauitas ⁊ intemperies:vt idē inquit in lib.de spermate. Et propterea est temp⁹ mortiferū teste Aristo. in prima p̄blematū problemate. xxvij. in eo itaq̧ maxime coit⁹ est fugiend⁹ ⁊ p̄sertim a macilentis ⁊ debilibus:vt dictū est:q2 facile egrotarent. Similiter licet non tantū in estate:audacius autē in hieme ⁊ vere:semper tamen hoc obseruando vt potius raritati q̄ frequētie ⁊ multitudine intendat.

¶ Cap.xxxvj.ostēdit q̄b⁹ naturis ⁊ corporibus coit⁹ tēperatus maxime cōueniat ac superfluus ⁊ frequēs minus noceat.

Volvt ex hoc.c.qui nondũ vxo-rem duxit bene consulat si eã du cere possit sine sui corporis ac sa nitatis detrimento: lz vnusqsq ferme sibi videatur fortem robustũ ac bene complexionatum esse atq bene quotidiano coitu sufficientẽ. In hoc tamẽ errãt pleriq qui post paucum etiam temporis spacium: postq vxorem duxerint ex venere frequen-tata discolorantur: debilitantur: macrescũt: infirmanturq atq non pauci vt nostris vi-sum est temporibus interiere. Quod ne reli-quis accidat aĩaduertant queso si infra dicẽ das has habuerit conditiones. Quarũ pri-ma hec est q corpora habeant grossa robu-sta τ sanguinem multum ac venas amplas: τ colorez rubeum: multosq pilos: vt Rasis inquit in.iiij.almansoris.c.xvij. Que etiam fuit sententia Aristote.in.iiij.problematum problemate.xxj.τ Gal.in.vj.de regimine sa nitatis dicentis. Innoxia venerea solis hu midis τ calidis τ omnibus qui natura mul tis sunt spermatis cõtrarissimi ṽo siccis cõ plexionibus venerei actus τ amplius quan to fuerit siccitas frigiditati commixta: τ pre cipue cum crasis testiculorum fuerit huius-modi: vt in precedenti patuit.c.v. talis com plexio est semita ad mortem: vt in.ij.de com plexionibus idem dixit. Secunda conditio respicienda est in qua etate sint constituti. Quoniam: vt Conciliator inqt: maxime cõ-uenit iuxta adolescentie finem cum corpo-ris augmentum incipiat desinere τ antea pa rum ac in iuuentute: demũ τ in reliqua ado-lescentia. In prima tamẽ maxime nocet mo-dicum etiam superfluus: cum adhuc augmẽ tum sit sufficienter intensum: sintq diminu ti adhuc τ debiles. Deinde τ minus compe tit coit⁹ in senectute: scilicet prima: minime ṽo in senio. Et fuit sententia Galieni in se-cundo de regimine sanitatis cum dixit. Qd post labores sequi debent cibi τ potus: dein de somni: postea ṽo venerea: debentib⁹ qui dem venereis vti. τ subdit. alia nãq cuncta communia omnis sunt etatis. Venerea ṽo adolescentium solum. τ ideo Haliabas etiã in.v.theorice. Iuuamenta coit⁹ omnia ado lescẽti ascripsit τ iuueni primo: nec cuilibet tali sed sanguineo rubeo forti ac sano: vt pa tet ex serie ipsius in capitulo.xxxvj. Et pro-pterea delirant senes qui puellas non sibi: sed alijs potius ducunt vxores vel filijs eo-rum adhuc crescentibus ac teneris feminas copulant. Cum vtraq etas illa sit a venere prohibita: vt diximus. cuius vsus inordina-tus: vt padubanẽsis inquit: precipue nocet sexui masculino: femelle ṽo parum cum in eo laborent minime. considerent preterea nu bere volẽtes si preter hoc quod carnosi τ iu uenes fuerint bene colorati ac naturaliter rubei vt sanguinei existant: quoniam vt idẽ ait Conciliator τ est mens antiquorum coi-tus habentibus colorem rubeum flauũ pre-cipue conuenit: τ per flauuz intelligo hoc in loco rubeum obscurum τ non clarum qui co leram τ sanguinem subtilem τ non verum τ bonum sanguinem ostendit in corpore do-minare. Habentibus autem colorem albuz qui flegma significat: vt princeps ait in secũ da primi doc. tertia.c.tertio. coitus etiam interdicitur. dicit enim Auicenna ibidẽ. Al bedo signũ est priuatiõis sanguinis aut pau citatis ipsius cuz frigiditate: quoniam si cũ caliditate esset τ humore colerico esset citri-nitas. τ subdit q color rube⁹ significat mul-tum sanguinis τ ruffus τ subruffus signifi-cant caliditatem: sed subruffus plus signifi-cat coleram rubeam τ ruffus significat san-guinem colericum. Et per colorẽ ruffum in telligimus illum quẽ dicimus rubeũ clarũ. Qui igit colorẽ habuerit rubeũ τ nõ ruffuz aut subruffum maiorẽ τ laudabiliorẽ habe-bit sanguinis quãtitatem τ per consequens tutius poterit veneri indulgere: q aũt colo-rem brunũ sine fuscũ habuerit minime: quo niam vt princeps ait vbi supra. Color fusc⁹ vehementem significat frigiditatẽ ob quam minuit sanguis τ congelat: τ ille paucus ad nigredinem tendit τ cutis mutat colorem. Demum considerent consuetudinem suam tam assueti assuetos labores ferre etiam si fuerint imbecilles facilius ferũt teste Hipo crate in secũdo afforismorũ afforismo. xlix. His igitur obseruatis si omnia consentiũt aut plurima secure quis ducet vxorẽ. si ṽo prohibuerint: minime.

¶ Capitulũ.xxxvij.ostẽdit in quo anni tempore et in qua hora diei naturalis sit veneri operam dandum securius.

Q Vantũ autumni tempore noceat veneri indulgere in fine xxxv. capituli dictum est. In qua autem parte anni bene carnosi iuuenes et ceteri possint vti frequentiori coitu securius nondum dictum fuit: sed in presenti dicemus et in qua etiam hora diei hoc facere debeamus ostendemus: vt minime nostra causa errare contingat. Dicamus igitur primo sicut in autumno plusquam in alijs coitus nocet sic in vere per oppositum confert aut saltem minus nocet: cum ver sit sanissimum tempus et minime morbiferum: vt dicit Hipocrates in iij. afforismorum afforismo.x. In cuius comẽto Gal. inquit. Ver est ceteris tẽporibus sanius: quia temperatius alijs. Et infra. Ver sicut diximus in suis temperatum est complexionibus. Et in primo de complexionibus capitulo quarto sic iterum ait. Qui existimat quod ver sit calidum et humidum et non sit equale errant manifeste. quod intelligendum est respectu corporis temperati: respectu tamen aliorum temporum anni sine dubio calidum est et humidum: vt Conciliator voluit in differẽtia. lxvj. et fuit mẽs Galieni in primo de febribus ad glauconẽ. capitulo secundo dicentis. Ver calidum est et humidum: vt est sanguis in nobis. que etiam fuit sententia Aristote. in quarta problematum problemate. xxxj. dicentis. Natura veris calida est et humida: et propterea in eo operationes nutritiue sunt perfectiores: et hoc non accidit nisi propter multiplicationem caloris naturalis in corpore: vt inquit Auerrois in. ij. colliget. c. vltimo. Et propter hanc rationem tutius in vere possimus veneri ĩdulgere. In hieme quoquam satis etiam secure idẽ facere non dubitamus: licet frigida sit et humida: vt dixit Auicen. in. ij. primi. et Gal. in primo de febrib⁹ ad glauconem.c.ij. Tamen quia calor in hieme interiora ingreditur et ibidem adunatur: propter hoc in hieme digeritur multũ et per consequens multus cibus est appetẽdus. teste Gal. in. j. afforismorũ cõmetno. xv. et Auicẽ. in. ij. primi doc. secũda. c. vj. dicẽs. Hiems ad digerẽdum est melior propterea quod frigus substantiam caloris innati cõprehẽdit vnde fortior efficitur et non dissoluitur etc. Et ob hãc causam in hieme coit⁹ nõ prohibetur sicut per oppositas causas: idem in estate nocibilior et prohibitus magis existit. In autũno autẽ omnino detestatur. Hoc est igitur quod dicimus de coitu respectu temporum anni. ¶ Sed de horis diei naturalis idem ferme asserim⁹ quod de horis exercitij dicebamus. Unde coitus fieri non debet nisi corpus eo modo quo ibi diximus preparetur: sicut nobis innuit Haliabas in. v. theorice. c. xxxvj. cum ait. Si cibo homo repletus aut potu coitu vtatur debilitas eius fit corpori eneruatio neruis: dolor ĩ genibus: aliarũque cõtinuationum: viscerũ opilatio: generanturque abinde humores grossi: cuius vsus si hoc fiat modo frequens et assiduus hidropisis sequitur asma et tremor. Si vero famẽ patiens quis ad coitũ accesserit: aut sitis molestia pressus: aut aliqua certa euacuationũ specie exinanit⁹ est: vt vomitu: solutione: flobotomia: et his similibus. aut statim post balneum: vel laborẽ vigiliasque aut etiam post grauem tristitiam: corpus consumitur et desiccatur: calor dissoluitur naturalis: ciborum immutatur appetit⁹: tenebratur visus: oculi fiunt concaui: et nõnũquam defectus accidit et spasmus etc. Et propterea dixit Auicẽna in. xx. tertij. c. x. Coit⁹ bonus est ille qui fit in hora antequam superfluitatum sequitur euacuatio etc. Quod dictum sic intelligendum est: scilicet antequam hora aduenerit in qua expellere oporteat superfluitates: quoniam cum ipse stimulant et exitum petunt tunc iam hora coeundi pertransiuit. Et quod ita sit patet per ipsum dicentem in capitulo secundo eiusdem. Et oportet ne coit⁹ fiat necessitate fecis aut mingendi mota neque cum exercitio et motu aut post passionem animalem fortẽ etc. Et postea subiunxit. Et oportet etiam ne coitus fiat super repletionem: quia prohibet digestionem et debilitat: neque coeat aliquis cum adest vacuitas iterum hoc enim est nocibili⁹ et

onerosius nature et magis pernecans calorem innatū: ⁊ magis attrahens liquefactionem ⁊ ethicā: immo opoꝛtet vt fiat cū cibus descēdit a stomacho ⁊ cōpletur digestio prima ⁊ secunda ⁊ mediatur dispositio in digestiōe tertia. Et opoꝛtet ne coitus fiat sup satietatem nanseatiuā ⁊ post euacuatiões foꝛtes ex vomitu ⁊ fluxu vētris ⁊ mot⁹ coꝛporeos ⁊ animales ⁊c. Que fuit snīa Gal. i. iij. Tegni textu cōmēti. xxxviij. dicentis. Cps vsus coit⁹ est qn̄ perfecte mediū earū que extrīsecus omniū circūstantiarū: neq̧ super repletū coꝛp⁹: neq̧ īdigens: neq̧ infrigidatū: neq̧ supercalefactū aut exiccatū aut humectatum īmoderate. Si vo peccet aliquādo coꝛpus paruū esto peccatum meli⁹ vo id est min⁹ malū est calefacto magis q̄ infrigidato ⁊ repleto magis q̄ euacuato ⁊ humectato magis q̄ exiccato coꝛpe vti venereis hec ipse tamen periculosum est super repletionem ⁊ cenā vt cōmuniter fit velle coire quoniam incurrit podagras ⁊ doloꝛes alios ille qui vtit coitu īmediate post cibū sumptū sicut dixit Auicēna in canticis textu cōmenti. clv. Recte igitur intelligatur verbū illud Gal. meli⁹ repleto q̄ euacuato coꝛpoꝛe vti venereis obseruent itaq̧ ea que diximus de coitu qui suam incolumem cupiunt sanitatem conseruare.

¶ Capitulum. xxxviij. ostendit que fugere debeant religiosi ⁊ que dimittere volentes a coitu abstinere.

Sed cū plerīq̧ viri cōtinentes ⁊ religiosi reperiant qui suā omnipotēti deo vouerunt castitatē: quibus p̄cedentia dicta de venere non modo non sunt vtilia sed nec quidē ab eis legēda aut inspicienda sunt cū poti⁹ omni ingenio omniq̧ diligētia mēte ac coꝛpoꝛe ea que venereis sunt fugere conent. His ergo hoc capitulū compilaui nō modo eis vtile verūetiā necessariū vt qđ desiderāt sine molestia ac sine aliqua tentatiōe facili⁹ cōsequi valeant. Qđ tamen pluribus est difficile eo q̧ que venerem p̄mouent nō intelligant: neq̧ que ipā extinguāt moꝛtificentq̧ nō cognoscāt quos intendo in p̄sentia docere dicens cū Arist. in secūdo posterioꝝ. c. p̄mo. q̧ causa ⁊ effectus seinuicē inferūt si vniuersaliter ⁊ adequate sumantur. Sic igit vbi erit sufficientia causarū alicuius effect⁹ p̄culdubio ipe p̄oducetur ab eis in esse ⁊ per oppositum vbi sufficiens erit destructio taliū causaruꝫ ⁊ talis effectus adnihilabit sine dubio: desiderantes ergo coitū fugere debēt ⁊ causas ipsum p̄omouentes auferre aliter enim positis causis ⁊ effectus consequetur. cause eñi in venerem perducētes p̄incipales he sunt scilicet ventositas erigens ⁊ semen purgari ac expelli p̄ocurans incitansq̧ ad hoc sine aliqua intromissiōe ⁊ p̄cipue si multe fuerit quātitatis ex quibus desideriū surgit ⁊ tentatio manifestatur. Quod cū viderit diabolus menti persuadet vt turpia concipiat: feminas desideret: ceteraq̧ talia viris religiosis abbominabilia. Hec autē tentatio sepius venit multosq̧ aggreditur atq̧ fragiles omnes coꝛrumpit: foꝛtioꝛes autē ⁊ bene armati viriliter resistentes vix illesi possunt subterfugere. Qđ tamen non esset si causas illas: scilicet ventositatem ⁊ semen non admitterent. Sed dicet quis hoc in nostra potestate non cōsistit: vt naturam suas p̄oducere operatiões impediam⁹: si enim aliquis calidos renes ac testes plurimuꝫ sanguinis attrahentes ⁊ ip̄m in semen cōuertentes habuerit: quomodo p̄hibere poterit seminis vel ventositatis generationē? Cui respōdebimus ⁊ dicem⁹ q̧ aut illa caliditas erit naturalis aut accidentalis: ⁊ quecūq̧ fuerit illa remitti potest cum frigidis rebus interi⁹ ⁊ exterius administratis fugiendo supinum decubitum ac grabati mollitiem atq̧ caliditatem. que autem debeant esse talia infrigidantia medicus electus fm complexionem ac caliditatis intēsionem vel remissionem: coꝛpoꝛisq̧ p̄prietatem: ⁊ vt sue sapientie videbitur oꝛdinabit. Multitudo autem sanguinis ad ea membꝛa transmissi medici opera non indiget: sed patientis parco regimine sanguinis calidi et acuti diminutiuo. Diminuitur autem sanguinis superfluitas superabūdantiam nutrimenti p̄obi-

bendo: qm̄ in repletione est venus: vt dixit Aristo. in. x. problematũ ꝓblemate. xlvij. et precipue si talis repletio ex bonis ⁊ delicatis cibarijs fuerit: ⁊ maxime sperma multiplicãtibus: vt carnes colũbinoꝝ: passerũ: hedi: ⁊ similiũ. Unde Auicẽ. dixit in. xx. tertij c. xxj. Meliores ad sperma cibi sunt qui fiũt ex carne hedi pinguis masculi ⁊ carne ouina cicere ⁊ cepe ⁊c̃. Oua etiã sorbilia. Lac: pisces cũ aromatibus calidis vẽtosis: vt zinzibere pipere galanga ⁊ similibus. cuius ratio ponit a Gal. in. v. de simplici medicina distinctione. vj. c. ij. dicente. Res ꝓuocãtes sperma sunt res que aperiũt: ⁊ earũ caliditas tanta est ꝙ nõ exiccat: ꝓpter hoc igitur predicta aromata faciũt ad venerem. Similiter cepe: baucie: faba: faseoli: cicer: enula: ⁊ talia ventositatem multiplicando. Anisum quoq̧ ⁊ feniculus: amigdale: phistici: auelane ⁊ hmõi vitari debent ⁊ vinũ precipue potens ⁊ dulce in quo est luxuria: vt Paulus inquit. ⁊ Ouidius de remedio cũ ait. Quid tibi precipiam de bacchi munere queres. Spe breuius monitus experiere meos. Uina parant animos veneri faciũtq̧ libidinis aptos. Et fuit sententia Aristo. in. iij. ꝓblematũ ꝓblemate. j. dicẽtis. Uinũ venereos facit. ⁊ recte dicit bacchus ⁊ venus adinuicẽ sunt. Herbas quoq̧ calidas vt erucã: mentam: ⁊ hmõi dimittere oportet: sicut etiam nec cepas accipere est totũ vt diximus iuxta sententiã medicoꝝ ⁊ Ouidij dicentis vbi supra. Daunis an libicis bulbus tibi missus ab oris. An veniãt megaris noxius oĩs erit. Nec minus erucas aptum est vitare salaces. Et q̄cq̄d veneri corpora nostra parat. Quod etiã nobis innuit Auicẽ. in. c. xxxvj. fen. xx. dicens. Ex adiuuãtibus ad coitũ sunt quecũq̧ sumũtur ex cibis calidis acutis aut inflatiuis: sicut sunt cicer ⁊ vua ⁊ vitelus oui ⁊ illa que aggregãt vtrãq̧ rẽ sicut eruca ⁊ vinũ nouũ in quo est ꝓprietas generãdi sperma ⁊c̃. Ab his ergo abstineant ⁊ a reliquis hmõi qui suam castitatem illesam voluerint altissimo conseruare.

¶ Cap. xxxix. ostendit que facere oporteat eos qui a venereis nolũt molestari.

Qui suam voluerit seruare castitatẽ debet preterea que in precedenti. c. dicta sunt ⁊ hec que in hoc dicemus obseruare: vt securiꝰ suũ laudabile votũ cõsequat: quoꝝ primũ istud existit vt ꝓposse nulla in eo spermatica superfluitas generet cũ abstinẽtia cibi ⁊ potus: qm̄ sperma est superfluitas digestionis quarte que fit cũ dispartitur cibus in mẽbris resudãdo a venis tertia digestione iam expleta: ⁊ est de summa humiditatis ꝓxime coagulatiõi ex qua nutriũtur membra dura ⁊c̃. vt princeps voluit in. xx. tertij. c. iij. Ista igit superfluitas exiccabit ⁊ cõsumet cũ ieiunio ⁊ fame vehemẽti que debilitant corpus: vt Auicẽ. dixit in. xiij. tertij tractatu. v. c. viij. ⁊ in. xvj. tertij tractatu. iij. c. vj. sic inquit. Fames ⁊ vigilie resoluũt superfluitates. Similiter ⁊ cũ forti labore hmõi superfluitas si qua erit gñata resoluet: vt supra patuit de nocumentis immoderati laboris: sicut ocio ac continua requie oppositũ cõtingit: sicut Naso poeta singularis in suo de remedio cecinit. Ergo vbi visus eris nostra medicabilis arte. Fac monitis fugias ocia prima mei. Hec vt ames faciũt hec que facere tuent. Hec sunt iocũdi causa cibusq̧ mali. Ocia si tollas periere cupidinis arcus. Cõtẽptecq̧ iacẽt ⁊ sine luce faces. Quam platanus riuo gaudet q̃ populus vnda. Et q̃ limosa canna palustris humo. Tam venus ocia amat ⁊c̃. Sint igit in continuo exercitio ⁊ forti qui plus a venere molestari cõsueuerũt. Necnon mortis future recordẽtur tristiciã inferoꝝ imaginãtes: percutiẽtes quoq̧ corpus: vt Hieronymus ac reliqui beati faciebant. Istis enim remedijs nulla prorsus tentatio aut q̃ rarissima percipietur: sicut placuit Auicẽ. in. xx. tertij. c. de aluminiati dicẽti. Cura que cõfert est illud qđ frãgit desideriũ eoꝝ ex tristicia fame ⁊ vigilijs ⁊ carcere ⁊ percussione hec quidẽ securior via existit ⁊ ad sanitatẽ magis faciẽs q̃ que exiccantia ⁊ resoluẽtia: siue plurimã extinguẽtia iubet assumere: vt semẽ agni casti: rute: cimini: ⁊ huiuscemodi calidoꝝ ⁊ exiccãtiũ: vel coriandri: canfore: ⁊ taliũ infrigidantiũ ⁊ calorẽ innatũ cõgelantiũ: pretereo que

de pedibus nudis et de dormitione super res frigidas ac duras dicitur tanq̃ de rebus periculosis ad sanitatem: immo ad vitam ipsam perniciosissimis: similiter et que de aspectu pulchrarum facierum dici solet tanq̃ de re manifestissima et vtiq̃ ab omnibus caste viuere volentibus necessaria nedũ vtili nihil in presentiarum verba facere inutiliter: vt aliqui: volumus. Hec enim et similia satis qui sane mentis fuerit per seipsum et sine doctore aliquo fore fugiẽda iudicabit: quare de hac materia hec hactenus dicta sufficiant.

¶ Cap. xl. declarat quid sit balneum et que conditiones debeãt obseruari a volẽtibus in aqua calida artificialiter balneari.

Et de iuuamentibus et superfluitates corporis euacuantibus sermonem cõpleamus: reliquũ est vt de balneo scribamus aliqua et q̃breuissime: tũ q: apud nos vsus eius nõ existit: tum quia nõ sine periculo balneãtur q̃ in hoc delectari consuerũt: et ob hanc causam potius silendũ q̃ scribendũ esset de ipso ne omnino q̃s eo vteret. Attamen q: nonnulli sine ipso viuere minime posse vident ꝓpter eorum ad ipsum consuetudinem sicut in quibusdam regionibus et nõ ignobilibus apparet: ideo de ipso aliqua nõ inutilia prout sapientibus visum est in duob⁹ capitulis adducemus. Sed q̃d balneũ sit declaremus dicentes cũ Conciliatore nostro in differentia. cxxviij. ꝙ balneũ est corpus subtile vel liquidum corpori circũferentialiter occurrens: et ipsius immutatiuũ cuius cũ due sint specie: scz aereum q̃d stuffa nũcupat: aliud v° aqueũ q̃d ex aqua dulci fieri solet: et hoc iterũ duplex est. s. calidũ vel tepidũ: aliud v° frigidũ de quibus tãtũmodo in presentia dicemus: et primo de calido cuius multa videtur esse iuuamenta cũ consuetũ fuerit et debito modo applicatũ: dicente Auicen. in. tertia primi doc. secũda. c. v. iuuamẽta balnei sunt somnũ facere: et aperire: et abradere: et resoluere: et digerere: et nutrimentũ ad cutis superficiem attrahere et c. Et in canticis textu cõmenti. clij. inquit. Atendũ est balneo ad tollendũ sordes et immundiciam: neq̃ sis in hoc piger: si vis educere superfluitates a corporis superficie ad cutim ab accidentibus immũdicie mũdã facere. q̃d cõfirmauit Auerrois in cõmento et in. vj. colliget. Et fuit sentẽtia Almãsoris in quarto. c. xviij. dicẽtis. Sũt de iuuamentis balnei corpus humectare et renouare porosq̃ aperire: ac sordes cõgregatas detergere: repletionem quoq̃ minuere: et ventositatem dissoluere: et ad somnũ ducere ac humores subtiliare: balneũ preterea dolores reprimit: ventrẽ stringit atq̃ lassitudinem remouet: corpusq̃ cibis aptum efficit. hoc quoq̃ sensit Haliabas in. v. theorice. c. xiij. dicẽs. Balneo autem post exercitium et ante prandiũ vti sanis corpore magnas vtilitates confert: humectat enĩ corpus et membra: calorẽ confortat naturalem: digestionem optimã reddit: angustiam si qua est effugat: poros aperit: superfluitates euacuat: dolores mitigat: et ventositates dissoluit: ex quibus apparet ꝙ balneũ non minus sit necessariũ q̃ vtile q̃d equidem verũ esse fatemur: et si nos in totius vite nostre tẽpore nunq̃ balneati fuerimus: et tamẽ sani dei gratia semper fuimus: et ꝓpterea non absolute balneum vituperamus: sed tantũmodo illis q̃ inepti sunt et insueti: consuetos enim exhortamur vt ad balneũ accedant dũmodo infra scribendas conditiones habuerint: si autem minime. Quarũ prima est vt assueti sint sic balneari: dicẽte Hipocrate in tertio regiminis acutorũ. Qui balneũ ament vel sani consueuerũt eis maxime adhibendum est: hi nanq̃ ipm desiderãt: si ergo dimiserint ledũtur. Secũda conditio obseruãda est vt nullus plectoricus neq̃ cachochimus balneo vti presumat ne cõmoti humores aliquã faciãt egritudinem: quoniam Auicẽ. in quarto primi c. xvij. dixit. Balneũ solet facere vt ebulliãt humores et spargãtur q̃d etiã sensit Haliabas in. v. theorice. c. xiij. cũ inquit. Aliquotiẽs malis aliquo in membro positis humoribus cũ a balneo liquefacti fuerint decurrẽtes bonis miscent humoribus quibus secũ corruptis: malorum quantitates augent: ideo

corpora habentes repleta balneo non expe-
dit vti: anteq̄ eorum euacuentur corpora: ⁊
illi maturentur humores: hinc itaq̄ est ꝙ
apostemate febricitantes ⁊ ab obtalmia mo-
lestati in morbi principijs ⁊ anteq̄ matu-
retur materia arcentur balnei: que fuit sen-
tentia Galie. in primo de febribus ad glau-
conem. ⁊ in quinto Terapētice cum inquit.
Quod inter reliqua a balneandis obser-
uanda oportet vt nulla principalium par-
ticularum imbecillis existat: ⁊ ꝙ multitudo
crudorum humorum sm primas venas non
prohibuerit. ⁊ propterea cōcludit Rasis in
iiij. Almansoris. c. xviij. ꝙ si aliquid dam-
ni in balneis percipitur istud est in corpori-
bus impuris: quia puris nullum damnum
euenire potest ⁊ propter hanc conditionem
omnes fere sunt ad balneādū suspecti. Ter-
tia conditio attēdenda circa horā balnei est
vt nequaq̄ ante exercitium balneetur quis:
dicente Haliabate in. v. theorice. c. preal-
legato. Balneum etenim ante exercitium sup
fluitates cibi transmittit in membra quas
indigestas inuenit: liquefacitq̄ humores ⁊
superfluitates exire patas ⁊ vapores deflue
re ad aliqua facit mēbra pariterq̄ inde mor
bus ⁊c. Quarta conditio est vt dicebatur de
exercitio est ꝙ ante comestionem balneari
oportet cum dicat princeps in tertia primi
doctrina secunda. c. vij. Prius oportet bal
neari deinde cibari: ita vt comestio balnea-
tionem nō precedat: que fuit sententia Hi-
pocratis in. iij regiminis acutorum textu cō
menti. lvij. dicentis. Nequaq̄ balneandum
est parua temporis mora post acceptum ci-
bum vel quēquā potum: in cuius commen-
to Galie. ait. Quod est quia qui vtitur ali-
quo potuu3 deinde balneatur: post illud re
pletur caput eius. ⁊ qui sumit cibum dein-
de vtitur post ipsu3 balneatione repletur ca
put ipsius ⁊ reliquum corpus propterea q2
attrahit cibū ad se ex stomacho ante dige-
stionem eius. a quo sumpsit Auicen. in secū
da primi doctrina secunda. c. xix. cum dixit.
Cum balneū ingrediūtur post saturitatem
impinguat propterea ꝙ materiam ad exte-
riora trahit corporis verūtamen opilatio-
nes efficit propter qđ sui causa a stomacho
⁊ ab epate nutrimētū ad mēbra trahit nō co
ctū: ⁊ ꝓpterea dixit vbi supra ⁊ in. vij. quar-
ti tractatu quarto. c. ij. Qui sanitatē vult cō
seruare balneū ingredi debet postq̄ digestū
est qđ est in stomacho ⁊ in epate nec tamē ꝓ-
pter hoc credendū est ꝙ cum hora sumendi
cibū ⁊ famis aduenerit tunc balneandū sit:
imo ⁊ hec hora pariter prohibet vt de exer-
citio dicebatur teste pricipe in secūda primi
loco ⁊. c. superius annotato dicente. Cū bal
neū ingrediūtur ieiuni ⁊ vacui vehementer
exiccat ⁊ macrescere facit ⁊ debilitat. Quin-
ta conditio in balneo obseruanda est ꝙ du3
in eo sunt neq̄ comedant quid neq̄ bibant:
q̄uis oppositum plurimi faciant que preci
pitur ab Hipocrate in. iij. regiminis acuto
rū sic scribente. Neq̄ circa horā ipsam bal-
nei propinandū est aliquid: cuiꝰ ratio in q̄r-
ta cōditione fuit expressa. Sexta cōditio cir
ca spaciū balneandi est ꝙ in balneo longa
mora non est facienda ꝓpterea ꝙ resoluit ⁊
debilitat dicente Auicēna in. ij. primi doc. ⁊
c. predictis. Balneū exiccat eos q̄ diu in ipo
morant propter resolutionē ⁊ sudorē ⁊c. Et
infra subiūxit. Si q̄s multā in balneo facit
morā timetur ne ei supueniat sincopis pro-
pterea q2 calefit cor ⁊ cōmouetur inde sinco
pis ⁊ in summa secūda. c. ij. eiusde3 sic inq̄t.
Multa in balneo mora ⁊ longo tēpore l3 tē-
perate calefaciat: infrigidat tamen calorē in
natū suffocando. ⁊ in scđa tertij. c. vij. dixit.
Scias ꝙ lōgitudo spatij more i tina siue sit
aqua siue aliud est ex eis q̄ nocēt ꝓpter mol
lificationē virtutis. ⁊ in tertia primi doc. se-
cūda. c. v. sic quoq̄ scripsit. Balneii pedimē
ta sunt debilitare cor: si multū morati fuerit
⁊ facere sincopim ⁊ nauseā ⁊ hūores q̄etos
mouere ⁊ eos ad putrefactionē ꝑparare ⁊ cū
eis ad mēbrorū debiliū receptacula declina
re a quibus accidēt apostemata mēbroꝝ oc-
cultorū ⁊ in eorū superficie: ⁊ propterea sit
Septima consequēs ad ꝑdicta cōditio attē
dēda q̄ ponit ab eodē in. xiij. tertij tractatu
q̄rto. c. x. de termino spacij ⁊ more in balneo
dicēte. Oportet vt sit spaciū balneatiōis vsq̄
dum perseuerat ⁊ inflatur ⁊ augmētat cor-
pus ⁊ incipiat detumescere. Octaua ꝯditio
post exercitiū balnei obseruāda est eiusdem

principis in secunda primi dicētis. Qui balneant debent se custodire ne rē frigidā actu bibāt in egressione balnei aut in balneo qm̄ pori sunt aperti quare frigiditas non tardatur qm̄ ad membrorū principalium corpora procedat ⁊ ipsorum corrumpat virtutes ab omni quoq; re vehementis caliditatis se custodire debēt ⁊ precipue ab aqua quoniā si eam sumpserint timendū erit ne cito ad mēbra penetret p̄ncipalia: ⁊ inde accidat ptisis ⁊ ethica. ⁊ subdit. Caueāt p̄terea ne cito balneum egrediant: ⁊ caput post ip̄m discooperiāt: ⁊ ne frigiditati se exponāt sed bn̄ cooperiant pānis: precipue si in hieme fuerit. ⁊ in tertia primi doc. secūda. c. vij. addidit. Qui ex hominib⁹ pinguis existit oportet ne illico cū egreditur balneū comedat: sed expectet: ⁊ paruū dormiat somnū. Ecce igitur quot obseruanda sunt a volentib⁹ balneari si balnei iuuamēta ab auctoribus dicta cōsequi voluerint: aliter eñ plus nocumenti q̄ȝ vtilitatis ex balneatione pcipient ⁊ ꝓpter hoc ꝙ tāta ⁊ tot a balneādis nō obseruant ip̄m suspectū habemus: q̄ȝuis in se vtile sit ad sanitatis conseruationem.

¶ Capitulū. xlj. ostendit. que sint iuuamēta balnei aque frigide ⁊ qui possint ⁊ quando ipso vti secure: ⁊ demum continuat dictis dicenda.

VIsum est in superiori. c. quot debeant obseruari qui calide aque balneo vti voluerint: in p̄senti autem dicendū duxi de obseruādis a volentibus in aqua frigida balneari: vt iuuenes in estate balneātes se intelligāt quib⁹ hoc cōcessum sit et quib⁹ minime: dicam⁹ ergo cū Auicē. in. iij. primi doc. secūda. c. vj. ꝙ ablutio q̄ fit cū aqua frigida ꝯueniēs nō est nisi cuius regimē vndiq; ꝯseruat: ⁊ cui⁹ etas ⁊ virtus ⁊ figura ⁊ temp⁹ sunt ꝯueniētia: et neq; fastidiū: neq; vomitū: neq; ventris fluxū: neq; vigilias: neq; reumatismos habet: neq; est puer: neq; senex: ⁊ in hora ī qua ip̄i⁹ corpus est leue ⁊ motus ꝯuenientes: ⁊ est cū hoc ꝙ fit post ablutionē aqua calida factaȝ ad hoc vt exteriora fiant fortiora ⁊ vt calor retineatur naturalis quod si voluntas affuerit vt istud sit oportet ne aqua sit multuȝ frigida immovt sit temperata: ⁊ est quādo hoc fit post exercitium ⁊ tunc quidē oportet: vt fricatio ante ipsaȝ fiat fortior q̄ȝ solebat sed inunctio sit ex oleo quēadmodum solebat: ⁊ sit exercitiū post fricationem aut inunctionem temperatam: aut sit parum velocius q̄ȝ solebat: deinde post exercitium in aqua frigida subito natet vt ipsius mēbra simul dura fiant: postea perseuerat in ea ꝟm mensurā sue leuitatis: ⁊ quātū tollerare valet anteq̄ȝ superueniat horipilatio: deinde cum egressus fuerit fricetur sicut nominabimus: ⁊ ei⁹ cibus augmentum suscipiat: ⁊ potus diminutionem: ⁊ consideret tempus reuersionis sui coloris ad ipsum ⁊ caloris eius ex quo si velox fuerit: scietur ꝙ eius mora fuit moderata: ⁊ si tarda fuerit sciet ꝙ mora prolixior fuit q̄ȝ debuit. ⁊ subdit. Et qui hoc agere. s. balneari in aqua frigida voluerit gradatim in ip̄o procedat ⁊ calidiore die qui est in estate hora feruoris prius incipiat ⁊ sibi caueat ne ventus sit ibi ⁊ ne illud post coitum peragat: neq; post cibum qui nō sit digest⁹ neq; faciat hoc post vomitum: neq; post euacuationem: neq; post colicam passionem: neq; vigilias: neq; corporis debilitateȝ: neq; stomachi: neq; post exercitiuȝ nisi qui illud agit sit valde fortis ꝟm modū quem diximus. Et concludit postremo cum aqua igitur frigida ꝟm modos dictos lauari caloreȝ naturalem subito ad interiora pellit postea confortat ipsum vt fortior fiat: ⁊ egrediatur extra multum. hec ipse. Et non solum hoc fuit p̄ncipis sed etiaȝ Haliabatis in. v. theorice. c. xiij. dicentis. Suauis aque frigide balneuȝ corpus refrigerat ⁊ humectat: calefacit quoq; : sed per accidens: spissat etenim poros: calorem interius in corpore recludit. Unde ⁊ suauis aque frigide balneum si post sumptum fiat cibū: digestioneȝ adiuuat si carnosum fuerit corpus ⁊ etas iuuentutis ⁊ presens estas tunc enim augetur calor naturalis: ⁊ membrorum virtus: digestionisq; bonitas. ⁊ postpauca subiunxit. Si sit aūt corpus exile ⁊ pauce carnis: frigus in profun-

do immergitur corporis ipsumq; refrigerat
donec etiam nobilibus cõtinuet ipa mẽbris
frigiditas:coagulatur itaq; naturalis calor
acciditq; illis qđ serpentibus hieme: ⁊ post
aliqua adhuc subdit. Cauẽdũ est autẽ aque
frigide balneum post coitum ⁊ laborem dia
riamq;:nisi qđ superabũdans fuerit:tunc et
enim aque frigide balneum vtile est. Nec vero
statim post vigilias aut vomitũ fiat:nec post
medicaminis laxatiui potum : quoniam in
omnibus his malũ est. que fuit etiam Gal.
sentẽtia in tertio de regimine sanitatis dicẽ
tis. Aqua frigida moderate nature corpo-
ris cõgrua quousq; tamen augetur corpus
eucratum frigida nõ balneandũ est:qꝛ ꝓhi-
bet augmentationem: adaucto vero iam suffi
cienter assuefaciendum eo:qꝛ totum corpus
fortificat : ⁊ cutem spissam ⁊ duram perficit
vt nõ ab exterioribus ledatur. Qui autẽ vo
luerit incipere balneari in frigida aqua de-
bet hoc incipere hora anni incipiente estate
vt vsq; ad hiemẽ iam assuefactus sit : ⁊ dies
sit vt possibile est nõ ventosus:sed calidissi-
mus ⁊ meridies eius sit: ⁊ homo q̃ erit bal-
neãdus in medio quarti septẽnij.s.circa vi-
gesimũquartũ annũ in nullo ab aliqua cau
sa eo die vel precedẽte nocte alteratus suam
cõstitutionem certissime custodiẽs : sit ⁊ aĩo
non tristis immo letus maxime tũc q̃ prius
fricetur lintheis durioribus vel spartina vt
equaliter fiat fricatio: deinde fricetur oleo:
post vero exerceatur equalibus quibus assue-
tus erat exercitijs:sed citioribus: deinde re-
pẽte in aquã descẽdat vt momẽto vno omni
bus mẽbris corporis circũfundatur aqua:ne
si paulatim descendat rigor innascatur:sit au-
tẽ aqua neq; tepida neq; multũ frigida:post
modũ vero ⁊ hac vtatur. Egrediẽte vero ab aqua
pluribus manibus fricetur ꝑ oleũ quousq; ca
lefiat cutis : ⁊ postea cibaria q̃dẽ plura sint
assuetorum : minor vero potus offeratur:qꝛ plura
appetũt in frigido balneo ⁊ digerũt melius
⁊ sitiũt minus ⁊ incedant in crastinũ ad exer
citia fortia ⁊c. Ex quibus manifeste patet q̃
perpauci quidem reperiũtur qui hec om̃ia
sciant: possint ⁊ velint obseruare:⁊ ꝓpterea
infirmãtur pleriq; ex tali balneatione:ideo
periculosa est his qui tot ⁊ tãta vt diximus
attendenda non obseruauerint quare aut cõ
sueti dimittant:aut predicta ad plenũ prose
quantur. Reliquũ est q̃ postq̃ in superiori-
bus de aere exercitio coitu ⁊ huiusmodi cor
pus iuuamentibus al's immutantibus dixi
mus vt deinceps de restaurãtibus ipm̃ scri
bamus vt sciat vnusquisq; quomodo et cũ
quibus resolutum et iam euacuatũ corpus
possit confortari: ⁊ qꝛ naturaliter ⁊ artificia
liter generalia semper precedere debent spe
cialia:vt dixit Gal. in.iij.afforismorum cõmẽ-
to.xvj.⁊ Aristote.in.ij.de generatione. Co-
gnitis vniuersalibus facilius intelliguntur
particularia : ideo rationabile nobis vide-
tur vt prius declaremus quot ⁊ que circa re
fectionẽ vniuersaliter attẽdẽda sint necessa-
rio:deinde de cibis omnibus in speciali ser-
monẽ faciemus: ostendentes qui cibi lauda
biles sint ⁊ sanitatis conseruatiui: ⁊ qui ma
li ⁊ egritudinales existãt:dirigendi ⁊ appro
priandi in qualitate ⁊ quantitate vnicuiq;
complexioni: etati:regioni: cõsuetudini ⁊c.
Secundũ q̃ perito ⁊ iam electo medico vi-
debitur. Nunc autem ab vniuersalibus inci
pientes ostendamus propter quid comede-
re oportet quotidie.

¶ Capitulũ.xlij.ostendit causam necessita-
tis quotidiane refectionis ex cibo ⁊ potu.

Quemadmodũ lampadis flam
ma continue consumit ea que
sibi apponũtur vt seipsan diu
conseruet ⁊ faciat quãuis non
possit: immortalem:sic ⁊ calor
naturalis q̃ in nobis existit: incessanter agit
in membra ⁊ corporis humiditates: ⁊ sicuti
oleo deficiẽte flãma ipa liciniũ in breui tem-
pore cõburit ⁊ consequenter extinguitur:sic
⁊ nostra caliditas postq̃ humidũ nutriens
finierit partes corporis arefacit:⁊ sic est cau
sa extinguẽdi seipsam accidẽtaliter: ꝓpterea
q̃ suam consumit materiam:vt inquit Aui-
cen.in tertia primi.c.primo. Et prima quar-
ti.c.de ethica. Cũ autem extinctus fuerit ca
lor naturalis necesse est vt ⁊ anima a corpo-
re separetur:quia deficiente instrumẽto non
potest artifex operari: sic ⁊ anima suas am-

plius nō potest actiones exercere calore na-
turali adnihilatio qđ suū erat instrumentū
vt ait princeps in prima primi doc.iij.c.iij.
Et fuit sententia Gal.in quinto de simplici
medicina distinctione secūda.c.v. dicentis.
Calor innatus est illud qđ nominamus spi
ritū:et est ille qui fixus est et plātatus in cor-
pore cuiusqꝫ animalis: qui ꝙuis non sit de
substantia anime: est tamen primū instrumē
torū eius: necesse est igitur volenti hūc calo
rem et vitam ipsam conseruare vt eū nunꝙ
sine pabulo et nutrimēto relinquamus:quo
niam priuatū alimento nō potest diu dura-
re teste Aristotele in secūdo de aīa textu cō-
mēti.xlviij. et Gal.in primo de alimētis.c.j.
di. Sine alimēto nō est possibile viuere nec
sanos nec egros: cuius causam et rationem
assignauit Rasis in.xxv. cōtinētis.c.primo
dicens auctoritate Joannitij. Quia corpo-
ra nostra sunt cōtinue dissolutionis ex aere
circūferenti et caliditate innata que est in no
bis indiguerūt nutrimento ad resistendū ei
qđ dissoluitur. diffusiusqꝫ Haliabas in.v.
theorice.c.xiiij.hoc sentiēs sic ait. Dico er-
go cum sit corporum animaliū rationalium
et irrationaliū substantiam eoꝝ dissolui sem
per et continue naturalis causa qui in eis est
caloris:calidiqꝫ exterius illis obuius est ae-
ris aut dissolutione leui: vt qđ a corpori-
bus omnibus relaxatione dissoluit͛:aut cer-
te manifesta:vt sputa: emunctiones: sudor:
vrina et egestio necessariā habuit natura ma
teriam ab exterioribus que eoꝝ loco succe-
deret que a corpore dissoluunt͛.hec ergo ma
teria sunt esca et potus:que mihi vident͛ ver
ba Galieni dicentis in libro de dissolutione
cōtinua.c.j.hoc modo.Quia corpora homi
nū sunt in continua dissolutione:et ꝓpter ca
lorem aeris circūdantis ea extrinsecus et ca
lorem interius existentem fuit necessariū re
staurare in eis qđ dissolutum est de ipsis:
ideoqꝫ fuerunt necessarij cibi et potus vno
itaqꝫ verbo cū ipso etiam Auicen. in secun-
da primi doc.summa.z.c.secūdis.sic dicen-
te. Nutrimento indigentes sumus: et nostre
cōseruatio sanitatis est ex nutrimēto nobis
cōueniente qđ equale existit etc. In summa
igitur dictorum ratio hec est: quia si resolu-
tio esset:restauratio autem non existeret pro-
culdubio vita cito finiret: sed posito calore:
resolutio sequitur nō posita autem refectio-
ne consumptio : propterea fuit necessariū vt
nutrimentum partibus suppleret resolutis:
multū vo aut paucum ꝭm maiorem aut mi
norem resolutarum partiū quantitatem di-
cente Auicen. in.xiij.tertij tractatu secūdo.
c.vij. Necessitas cibi est vt suppleat locum
eius quod resoluitur:cum ergo non est reso
lutio aut est resolutio parua non est necessa
rius cibus extrinsecus. qđ etiam voluit in
canticis textu cōmenti.cxxiiij.dicēs. Scias
ꝙ vera cibi actio est augere augenda et re-
staurare omne deperditum ex dissolutione
corporis:et ad primū statum deducere. Re-
solutio itaqꝫ calore naturali et ab extrinse-
co proueniens fecit refectionis et nutrimen-
ti necessitatē vt deperdita eo modo quo pos
sibile est restaurarentur:qđ dicimus ꝓpter-
ea ꝙ restaurata nunꝙ ad quantitatem nec
ad perfectionem dissolutorum attingunt:et
ob hanc causam necesse est ad finem deueni-
re. et ꝙ ita sit patet per Galienum in primo
de regimine sanitatis dicentē.Si possemus
tale aliquid introducere quod simile esset
effluenti hoc sanissimum et optimum esset.
sed hoc impossibile est : q͛ id quod defluit
ab vnoquoqꝫ membroꝝ tale natura est qua
le ipsum membrum a quo defluit. Nihil au-
tem eorum que comedūtur aut bibuntur ta
le est omnino quale id quod defluxit. a quo
sumpsit Auicē. in prima primi de etatibus
parapho illo. Amplius si hec virtus scili-
cet nutritiua infinita foret et semper permu
tationem in corpore faceret eius qđ dissol-
uitur equaliter et vno modo. Dissolutio ta-
men vno modo nō esset:immo quotidie au-
geretur etc. Et ob hanc causam etiam opti-
ma comedentes : nutritiuissima : et ea per-
fectissime digerētes mori habent de necessi-
tate licet non tam cito sicut oppositū faciē-
tes. Et hec de necessitate refectionis dicta
sint hactenus.

¶ Capitulum . xliij . ostendit que et
quanta sit vtilitas refectionis cum ci-
bo et potu.

Visa in precedēti .c. refectiōis necessitate in presenti eius grādis vtilitas est videnda licet magna ex parte ex his que in superioribus dicta sunt cōprehendi potest. Attamen dicamus iterū replicādo ꝙ quāuis refectio quātūcūqꝫ optima nos nō faciat a morte securos: cum due sint naturales corruptiones quas nullū generatū corpꝰ effugere potest. Una ꝙ semꝑ magis desiccamur. Altera qꝺ semꝑ vniuersa substantia nostra fluit ob inatum nobis calorē vt primo de regimine sanitatis innuit nobis Gal. ꝛ in .vj. eiusdē cū inquit. Si possibile esset semꝑ custodire humidā cōplexionē corporis immortales essemꝰ: sed qꝛ naturalem viā eam q̄ ad desiccanduꝫ corpus fugere nō est possibile: ꝓpterea senescere necessariū est nobis: ꝛ corrūpi: ꝛ ꝙ̄uis a iā dictis ordinatissima ꝛ ꝑfectissima dieta nos minime possit liberare: de his tamen duabus rebus securitatē prebet putrefactionis penitus prohibitiōe ꝛ defensione ne humiditas cito resoluat̃: ꝛ in ipius q̄dē fortitudine consistit vt ipm corpus vsqꝫ ad debitū tempus ſm suā primam cōplexionē ꝑmanere faciat: ꝛ hoc q̄dem erit ꝓpter regimen rectū restaurationis que fit loco eius qꝺ resoluitur ſm quātitatē possibilem ꝛc̃. vt inquit Auicē. in tertia primi .c. j. cuius preallegata fuerūt verba. Si igitur hec duo fecerit .s. ꝙ putrefieri nō ꝑmittat: ꝛ prohibuerit ne cito humiditas resoluat̃ diu ꝛ sanos viuere faciat omnes q̄ tali vsi fuerint restauratiōe ꝑut sensit Gal. in .vj. de regimine sanitatis cū ait. Lōgeuissimus est vtiqꝫ q̄ minime desiccatus fuerit. ꝛ infra dixit. In cōplexione lōgeuissimi omniū sunt q̄ humidissimi ꝛ nimirū ꝛ sani sunt cū solidatuꝫ fuerit corpus ꝛc̃. Quod etiā voluit Auicē. in loco superius allegato cū inquit. Corpus nō permanet tempore quo perdurat nisi propterea ꝙ ipsius innata humiditas prima resolutioni resistit caloris ꝛc̃. O ꝙ̄ grandis est ergo refectionis vtilitas que corpus a siccitate festina ꝑseruat: que siccitas in tantū est nostris corporibus inimica atqꝫ contraria ꝙ incessanter augendo procedit donec nos perimat. teste Principe vbi supra. ꝙ̄ grande iterum erit refectionis cōmodum cū humanum corpus longeuum ꝛ sanum esse faciat toto suarū etatum decursu si ipa debita fuerit ꝛ ordinata refectio dicente Galieno in libro de euchimia et cachochimia. Amicorū meorū quicūqꝫ vacant circa exercitia ꝛ ordinatiuā dietationē omnes video semper sanos esse. ꝛ iterum in eodem. Non egrotabit omnino debite dietatus ꝛ exercitatus ꝛc̃. Sit itaqꝫ huius capituli hec conclusio: ꝙ magna est debite ac ordinate refectionis vtilitas quēadmodum sapientissimi antiquorum in preallegatis locis voluere: quas autem habeat conditiones que debita siue ordinata dieta dici meretur in sequentibus: deo volēte scribemus: non appropriando ipsam huic vel illi complexioni aut etati: sed hoc iam electi medici iudicio relinquemus: qui sua sapientia quod vnicuiqꝫ conueniens erit iubebit offerre prout regio: natura: tempus: anni: cōsuetudo: ꝛ huiuscemodi expetere videbuntur. que omnia cognoscere ꝛ sufficientissime intelligere debet: cum dicat Galienus in libro de euchimia. Memorari autem te volo ſm omnes huiusmodi tractatus: quoniā neqꝫ auxiliorum: neqꝫ sanatiuarum dietationum scitor erit finaliter qui materierum virtutes certitudinaliter didicit: nisi cognoscat corporuꝫ naturas quibus hec adducuntur. Quedam enim densa sunt ꝛ difficile transpirabilia. Quedam ꝟo rara ꝛ de facili euacuabilia ꝛ indigent vt palam est cibo humidiori. Sicciori ꝟo secunda: ꝛ illa quidem grossiori: illa autem subtiliori: ꝛ illa quidem pauciori: illa ꝟo ampliori: ita autem ꝛ quicunqꝫ melancolicum habent sanguinem: humidis ꝛ calidis complexione indigent cibis: sicut quicūqꝫ colericum humidis ꝛ frigidis: que autem flegmatici calidis ꝛ siccis ꝛc̃. Demum concludit: dignosticū igitur esse oportet eum qui recte debet vti cibis: ideo perito dirigente medico iam reperto prout conuenit vtilis semper erit ad corporis sanitatē refectio sicuti ab initio presentis capituli intendebamus declarare.

¶ Cap. xliiij. ostēdit qualiter substantia reficientiū in bonitate vel malitia considerāda sit ad sanitatem.

De cibo et potu.

Dicamus ꝙ prima ⁊ principa/lior rerũ circa refectionẽ con/siderãdaꝝ sit bonitas substan/tie ciborũ que si neglecta fue/rit nõ modo erit inutilis: sed etiã perniciosa. Malitia eñ ciborũ hanc so/lita est habere naturã: ꝙ per spacium quod dã temporis sua celet ⁊ occultet nocumẽta: posteriꝰ ꝟo ea manifestissime ostẽdat dicẽte Gal. in .x. de iuuamentis mẽbroꝝ. c. j. Sicut animal quãdo famescit inducit illud famis necessitas ad comedendũ lutũ limũ: ⁊ alia multa mala: ita est in quolibet mẽbro quan do caret cibo sibi conuenienti: inducit ei ci/bi necessitas naturalis ad attrahendũ hu/mores malos q̃bus nutritur: ⁊ iste supflui/tates que aggregãtur in mẽbro putrefiunt ꝯm spaciũ temporis quousq̧ adacuentur ⁊ calefiant ⁊ habent generare egritudines cali das ⁊ febres acutas ⁊ alias multas egritudi nes. Non est igitur de ꝓpria digestiua vt nõ nulli faciunt confidendũ: cũ male substantie cibaria comedunt: q̃m princeps in tertia pri mi doctrina secũda. c. vij. sic inquit. Ille in quo mala digerunt nutrientia ob hoc nõ de cipiatur q̃m post dies in ipo mali generabũ tur humores egritudines facientes ⁊ perne cantes. quod sensit Gal. in primo de alimẽ/tis. c. vltimo cũ ait. Non oportet negligere pura facere omnia ad esum preparanda co/gnoscentes quãq̧ id quod ꝑ singulos dies nocumentũ nõ sentiatur propter paruitatẽ tamẽ cõgregatur ex ipsis tempore multo: ⁊ inde manifestũ fit aliquãdo. in secũdo etiã alimẽtoꝝ. c. de cucumeribus in fine sic inq̃t. Ab oibꝰ abstinere cõsulo cachochimijs edu lijs ⁊ si facile digestibilia aliquibꝰ sint: latet eñ tempore multo prauus inuenis chimus ex ipsis cõgregatus qui cũ coctione modica ad putrefactionẽ deuenit febres mali moris operatur: ⁊ ꝓpterea in. c. iij. libri de euchi/mia ⁊ cacochimia cõcludit dicẽs. Cacho/chimia cibaria oĩmõ fugiẽda sunt siue gros sos siue subtiles opent q̃ in nobis hũores. Et in libro de cura ictericie dixit: ꝙ assume re quid nociuũ propter delectationẽ nephã dũ: q̃ autẽ sint hmõi mala cibaria: ipse Ga/lienus expressit in libro de dissolutiõe conti nua dicẽs. Oia cibaria que nõ tẽperata sũt nõ generant sanguinẽ purũ: mũdũ: clarum. Et cibarioꝝ mali chimi tres sunt species: eoꝝ eñ sunt que addũt i flegma: ⁊ eoꝝ que addũt in colerã: ⁊ eorũ quedã sunt que ad/dunt in colerã nigrã ⁊ oportet oẽm hominẽ dimittere multitudinẽ eorũ ⁊ cõtinuationẽ assumptionis ipsoꝝ: ⁊ si digerant ea: ⁊ si nõ inferant nocumentũ cito: tamẽ adunãtur in corpore continuãtis acceptionẽ eorũ in lon/go tempore: chimi generantes egritudines malas ⁊c̃. Et postpauca subiunxit ꝙ hmõi sunt panis factus ex farina multi furfuris ⁊ frumenti antiqui aut farina mali chimi qui addit in colerã nigrã. Et caro pecudis ois que addit aliq̃d in flegma. Et caro capre ⁊ multoꝝ annoꝝ ois caro addit i melãcoliã: et similirer caro birci: caro bouis: ⁊ hmõi. ⁊ de mẽbris aĩaliũ renes: ⁊ cerebrũ: ⁊ oẽs vẽ tres: ⁊ oua cocta in tegnamine: ⁊ caseus an/tiquus: ⁊ fungi: ⁊ cicera: ⁊ lentes: ⁊ miliũ: ⁊ panicũ: ⁊ pisces duri viscosi: ⁊ similiter sali/ti: ⁊ ficus sicce si multa sumant: ⁊ pira: ⁊ po/ma: ⁊ cucumeres: ⁊ citruli: ⁊ cucurbita: ⁊ ba teca cũ malũ chimũ in stomacho reperiunt: ⁊ olera oia sunt mali chimi ꝓpter multitu/dinẽ superfluitatũ in eis ⁊ paucitatem nutri menti: ⁊ cepe: ⁊ allia: ⁊ raffanus: ⁊ rape: ⁊ pa stinace: ⁊ caules ⁊ his similia a quibus om/nibus abstinere manifestũ est dicẽte Rasi in quarto Almansoris. c. xj. Saluus existit a ciborũ horũ malitia qui non eis vtitur: ꝙ si aliquẽ eis vti cõtingat sibi subuenire debet catarticũ humorẽ ex eis generatũ expellens sumendo ⁊c̃. Quod etiã breuibus pstrinxit Auicẽ. in tertia primi. c. superiꝰ allegato di/cens. In principio oportet vt sanitatis con seruator studeat ne cibi ipsius substantia sit aliquod nutrimentũ medicinaliũ sicut ole ra ⁊ fructus ⁊ reliqua ab ipsis: quoniã sub/tiliãtia sanguinẽ sunt adurẽtia: ⁊ grossa sũt ipsum flegmaticũ facientia: ⁊ corpora grauã tia ⁊c̃. Non sunt ergo hmõi cibaria male ⁊ illaudabilis substantie comedẽda. Si tamẽ aliquando propter necessitatem aut inopiã quis alia ab his non haberet cõsilio princi pis Auicẽ. vti debet dicẽtis in tertia primi. Si alicui necessariũ fuerit nutrientia come/

dere mala paucis vicibus et nō frequētibus vtatur et cū eis misceat quod sit ipsis cōtrarium vtputa calida cū frigidis et sicca cū humidis vt infra diffusius scribemus: quapropter cibaria male substātie intātū ab auctoribus detestata erunt iuremerito ab omnib⁹ relinquenda: et per ꝯsequens que bone fuerint substantie et laudabilis chimi erunt ab hominibus eligenda vt ex iam dictis patet manifeste.

¶ Cap. xlv. ostendit quis modus substātie ciborū eligendus sit ad sanitatē: scilicet an grossi vel subtiles cibi sint manducandi: et qui sint huiusmodi declarat.

Quia posset q̄spiā dubitare circa modū substātie ciborū: an. s. subtiles seu grossi magis cibi sint ad sanitatis ꝯseruationē eligendi: et ideo in p̄sentiarū de tali modo est aliq̄d dicēdū cū subtiles neq̄ grossi cibi absolute non fuerint ab auctoribus cōmēdati: sed anteq̄ hoc declarem⁹ intelligendū est iuxta Haliabatis sniāz in. v. theorice. c. xliiij. q̄s cib⁹ subtilis et q̄s grossus esse dicat: inq̄t em̄ ipse eo in loco q̄ subtilis cib⁹ est cui⁹ q̄ntitas magna corp⁹ pauco pascit nutrimēto: grossus aūt dicitur cuius q̄ntitas pauca corp⁹ plurimo reficit nutrimento: tēperatus aūt inter grossum et subtilē est: cui⁹ moderata q̄ntitas moderate nutrit. Si autē multa sit eius q̄ntitas multū: et si pauca: parū. postea exēplificat dicens. Cibi subtiles sunt vt caro pullorū: pisces parui: lactuca: et hmōi oportuni his q̄ parui sunt laboris et exercitij. grossi aūt cibi sunt caro vituli magni: et pisces grādes soli de carnis: caseus recens et similes ꝯuenientes his q̄ magni sunt laboris et exercitij: et q̄ virtutis necessariū habēt augmētū: corporisq̄ corpulentiā: et ideo bene dixim⁹ a principio hui⁹ capituli q̄ absolute neq̄ cibi subtiles neq̄ grossi approbent a sapientib⁹: fm q̄d etiā Isaac i vniuersalibus dictis sensisse videtur cū ait in. c. vij. Mollia et tenera digestibilia facile sunt in sanguinē ꝯuertibilia et mēbris facile assimilanda: sed in corruptiones transduci leuissima et nō diu in mēbris ꝑmanētia. et infra dixit. qualiscūq̄ cib⁹ subtilis fuerit paruissimū et debilissimū mēbris tribuit nutrimētū: cibaria ꝟo dura ad dirigendū sunt corpus nutrientia si virtus naturalis superat ea: q̄d etiā voluit princeps in. iij. primi doc. ij. c. vij. cū iquit. Nutriētia subtilia sunt magis sanitatis cōseruatiua: et virtutē minus iuuant et fortitudinē. Et grossa sunt istis ꝯtraria. Et igitur q̄ fortitudine indiget nutrientia fortis chimi sunt necessaria: verūtamē ex eis nō multū comedant: iō vt digerant: ne quis aūt audiēs q̄d nutrientia grossa magis virtutē ꝯfortet decipiatur: existimās ea pre alijs fore accipienda: debet etiā ꝯsiderare q̄ tarde sunt digestiōis: et nō nisi exercitatis ꝯueniētia: quiescētibus aūt maxime inimica: vt iā ex Haliabatis serie supra visum est. et vt multo clari⁹ ex verbis Isaac colligit dicētis in vniuersalib⁹ dictis c. viij. Cibaria grossa nō sunt laudabilia q̄etis et non habētib⁹ exercitia: in his em̄ calore: quiete ꝯgelato talia nō digerunt: ideoq̄ cauenda sunt. Que quoq̄ fuit sententia Gal. in libro de euchimia et cachochimia. c. ij. dicentis. Cibariorū que grossos et viscosos generāt humores nutriuissima oīz sunt: et si digerant bene in vētre: valde benignū sanguinē generare nata sunt. Manifestū est aūt q̄ q̄ in q̄ete ꝑmāserint ea bn̄ digerere minime possunt. Et ꝑpterea ipse eodē in. c. que media sunt ꝯmendauit his. s. q̄ neq̄ oīno ocio si sunt neq̄ fortibus sūt assueti exercitijs dicens. Inculpabilissima cibariorū sunt q̄ īter subtiliātia et ingrossantia existūt qualia sūt optimi panū et carnes gallinarū et fasianorū et ꝑdicū et colūbarū et turturū et merularū et paruarū auiū oīm: adhuc aūt et petrinorum pisciū: et marinorū et ceterorū nullū fetorem habentiū. Et infra ait. Optimus cibus corporib⁹ nostris est qui nō est ex substātia grossa neq̄ viscosa ex quo sanguis cōsistētia moderatus generat. Et in libro de dissolutione ꝯtinua sic diffusissime hāc materiā ꝑtractauit di. Et qui est in corpore tēperatus et san⁹ nec labor eius est multus nec est labor in virtute: meliora sunt ei cibaria media inter subtilia et grossa: q2 ipsa ei ꝯueniūt et nō debilitant subtilia nec generāt cruditatē et opila-

tionē sicut grossa: et postea exēplificat. Quē admodū est omnis panis bene preparat⁹ arte: ouū gallinarum caro hedi et aīalis agni et pecudū: et caro pulloꝝ et colūbarū et paruarū auiū: licꝫ hec duo sanguinē generēt calidiorem et grossiorē sanguine tēperato: epata quoqꝫ pullorū anserū et assellę ipsorū q̄ sunt temperata: licet reliquū corpus eorū sit multarū superfluitatū. Et oīs auis que est multi motus et cui⁹ pascua sunt in loco boni nutrimenti et mundi aeris. Et similiter oīa oua bene preparata et maxime que sunt proiecta sup aquā calidā et recipiunt anteqꝫ indurescant sunt tēperate grossiciei. Et oēs pisces non dure carnis: nec multe viscositatis: aut quibus nō est viscositas et sunt boni saporis et quoꝝ pascua sunt in aquis mūdis a sordicie: et qui in aquis fluminū sunt tēperati et boni nutrimenti. Et de fructibus vue et fic⁹ qn̄ sunt bene mature sup arborē et cito descēdunt de corpore. Quod eñ generat ex eis tēperatū est in subtilitate. Et de olerib⁹: lactuca: endiuia: sparagi. Et oē vinū cuius color est granati clarus nec est nimis antiquū etc̄. Hec ergo īter cibaria sūt vtēda sicut grossa inter alia sunt maxime fugienda et ab ipsis etiā exercitantibus: qꝫuis min⁹ eis noceant qꝫ quiescentib⁹: tum qꝛ dura sint ad dirigendū: tū etiā qꝛ sanguinē generēt grossuꝫ et opilatiuum. Et ꝙ etiā in laborātib⁹ sint suspecta apparet ex sententia principis in. iij. i. c. allegato dicētis. Nutriens grossuꝫ qđ exercitati et multi laboris comedūt ꝓpterea qđ ab eoꝝ epate rapit cū nōdū sit digestū ꝑparat eos ad egritudines pniciosas in fine vite aut in eius principio lꝫ sint in sua cōfidētes digestiua. Et in. iiij. i. c. primo iteruꝫ ait. Et nos qđē terremur a nutriente grosso cū pro certo sciamus ꝙ ex eo accidant opilationes etc̄. Concludamus itaqꝫ ꝙ ad sanitatē conseruādā cibi valde grossi sint ab oīb⁹ euitandi: subtiles ꝟo a laborantibus: medij autē a medio modo se habentib⁹. Qui subtiliores et grossiores eligātur prout maioribus aut minoribus appropinquauerint hoīes exercitijs dicente Ysaac vbi supra. Mēbris confortādis cibi sunt necessarij grossi. s. nō multū et ad digerendū duri. Regimēto ꝟo et custodie sanitatis leues cibi et faciles et actioni nature obedientes etc̄.

¶ Cap. xlvj. ostendit que sint cibaria grossa que delicatis ꝓprie et quiescētibus maxime inimicantur. Et an duris vel mollibus cibis vtendum sit.

In precedēti. c. visuꝫ est ꝙ grossa cibaria: aut nemini conueniant: aut solū his q̄ fortibus vtūtur exercitijs. Que aūt sint huiusmodi ad plenū in eo minime scripsimus sicuti in isto ea voluim⁹ sufficiēter annotare vt ab ipsis studiosi et q̄cūqꝫ alij q̄tidie sedētes et parū aut minime laborātes possint ea cognoscere: et cognita ꝑtermittere ne eoꝝ pcipiant nocumēta. Dicam⁹ igitur prio qui homines et quādo grossa nutrientia possint securi⁹ māducare et q̄ minime: Gal. feriem adducētes in libro de dissolutione continua sic scribētis. Cibaria grossa cū inueniūt corpus calidum multū laborās: et somnū multū post cibū digeruntur et nutriunt corpus nutrimento plurimo adherent et confortant confortatione plurima: et melius est ꝙ sumantur hec cibaria in hieme propter aggregationem caloris in interioribus corporis et longitudine somnij. Et qn̄ q̄s sentit in corpore suo dissolutionē manifestā. hec ipe de conditionib⁹ eoꝝ q̄ grossis nutrientib⁹ vti possunt. Sed q̄ hmōi non fuerint illis minime assuescere debēt: scribēte eodē in loco allegato sic. Si comedat aliquis cibos grossos et sit in corpore suo caliditas pauca et proprie in stomacho et labor ante cibū pauc⁹ et somn⁹ similiter pauc⁹ nō pficit digestio sꝫ generat in corpore humor ex eis grossus nimiū crudus generās opilationē in epate et splene. Ideo oportet eū qui comedit cibos grossos et preter necessitatem dominij appetitus eius ꝙ paucos ex eis accipiat: incōmixtos nec assuescat eos. Deinde adducit q̄ sint huiusmodi a quib⁹ cauere oportet dī. Ex eis sunt lēticule et glandes. i. castanee et lepores et fungi et fabe asse: et epata: et oua dura elixa aut assata: et quod est frixū ex eis. Et lac coctū coctiōib⁹ pluribus:

ꝛ vbera: ꝛ vinum vue qḋ est coctū: ꝛ spāliter qḋ est ex vua grossa in natura sua: qꝛ caliditas in coctione acquisiuit eis siccitatē ꝛ coagulationē. Et caro cerui ꝛ hirci ꝛ carnes bouine ꝛ ventres ꝛ itestina hec oīa grossa sunt propter duritiē nature eoꝝ: ꝛ eodē modo lupini ꝛ rape ꝛ faseoli ꝛ panis furni in exterioribus est grossus propter id qḋ aquisiuit ei ignis ex siccitate. Et interiorib⁹ est grossus ꝑpter viscositatē que est in pane de natura frumēti. Et oīs panis aut supflue decoctus aut diminute decoctus aut infermētat⁹ aut subcinerīti⁹ aut cū lagana ꝛ dactili ꝛ fungi ꝛ cerebꝛa oīa sunt grossa ꝑpter viscositatez que in natura eoꝝ cōsistit. Et pisces duri ꝛ viscosi. Et carnes ꝛ caseus grossus ꝛ aures ꝛ labia ꝛ extremitates musculoꝝ. Et etiā generaꝛ accidētaliter ex cibis frigidis humoꝛ grossus ꝑpter debilitatē caliditatis coꝛpis ꝛ digestōis sue: sicut accidit ex comestiōe fructuū ante maturationē eoꝝ. Et ex comistiōe citruloꝝ ꝛ cucumeris ꝛ carnis citri ꝛ lactis acetosi ꝛc̄. Hec igitur ꝛ similia sunt a nō laborantibus ꝛ debilib⁹ fugiēda: ꝑpter nocumenta superius assignata. Et ꝑpterea concludendū est ꝙ qui pꝛetactas nō habuerint conditiōes ista potius que dixim⁹ dimittere debēt ꝙ̄ comedre. Et quāuis ex iā dictis satis cōpꝛehendi possit ꝙ sicca siue dura ꝛ lubꝛica viscosa siue mollia eo ꝙ vt plurimū grossa sint pari ratiōe ꝑtermittenda foꝛent. Tamē dicemus specialiter de ipsis cū Gal. in.j. de differētijs febꝛiū.c.iij. dicente. Queçūq̄ sunt lubꝛica ꝛ viscosa grossoꝝ humoꝛū generatiua moꝛbidioꝛa sunt: opilare enim ꝛ obstruere coꝛp⁹ sunt parata. Non minus autē sicca cibaria a sapientibus ꝙ̄ aquosa ꝛ lubꝛica detestantur cum multoꝛū sint generatiua nocumentoꝝ dicente Rasi in.xxv. continentis.c.j. auctoꝛitate fabꝛi. Superabundans sumptio nutrimentoꝝ siccoꝝ tollit virtutē ꝛ coloꝛē coꝛpis mutat desiccādo ventrē. Jsaac etiā in.vij.c. dietarū vniuersaliū sic inquit. Cibus durus ꝛ siccus fit pessimus et oībus que diximus contrari⁹. dixerat enim supꝛa ꝙ cibus q̄ siccus nō erat nutritiuus ꝛ ad dissoluendum de mēbꝛis dur⁹ existebat atq̄ qḋ substātie membꝛoꝝ perfecte assimulabatur. Et in capitulo.viij. libꝛi eiusdez iterum dixit. Sicca cibaria sunt pessima: quia cum duritia digerendi nutrimenta faciunt sicca: vnde ꝓm medicinam: ꝛ non ꝓm nutrimenta sunt danda. Et propterea a pꝛeadductis auctoꝛibus nō discedens Auicē. de in iij.j. doc.ij.c.vij. sic ait. Nutrientia sicca assidue comedere foꝛtitudinē cadere faciat. que fuit. Gal. sententia in.v. de simplici medicina distinctione.vj.c.ij. dicentis. Omnes res q̄ exiccant finiunt humiditatem sanguinis quare ingrossant eū. Et propter hāc causam minoꝛant ipsum. Et si sunt in naturis calide faciunt eum vehemētioꝛis caliditatis ꙙ̄ fuit ꝛc̄. Quā ob rem dicere possumus bꝛeuibus nos expedientes ad sanitatis cōseruationem nec grossa valde cibaria neq̄ subtilia neq̄ lubꝛica viscosa ꝛ valde mollia sicut nec sicca facere vidētur. Sed interdicta que mediocria fuerint appꝛobātur.

¶ Capitulū.xlvij. declarat ꝙ cibi sanitatis conseruatiui non sint nec esse debeant valde calidi aut frigidi sicut nec valde humidi vel sicci virtualiter.

Cum uia nō sufficit ciboꝛuz substātiam intelligere ad conseruationem sanitatis nisi etiam de qualitatibus ipsoꝛum pꝛimis sufficiens habeatur cognitio. Jdeo in pꝛesentiarū de ipsis sermonē faciemus dicentes. ꝙ cibaria sanitatis conseruatiua esse non debeāt foꝛtis caliditatis in virtute: propterea ꝙ caloꝛem incēdunt naturalem: ꝛ humiditatem coꝛpoꝛis soleant desiccare cum dicat Auicen. in.j.j. doc.iij.c.j. ꝙ caliditas maioꝛ ꙙ̄ debet reddit coꝛpus siccius ꙙ̄ opoꝛtet. ꝛ in.iiij.j.c.ij. Omnes caloris cause cū superfluūt i exiccādo iuuāt. Et fuit sententia Gal. in pꝛimo de cōplexionibus.c.ij. dicētis. Caliditatis nāq̄ cū vincit ꝑprietas est vt destruat humiditatē ꝛ consumat eam. Et in eodē.c. iterū ait. Necessariuz est cum vincit caliditas coꝛpe vt sequatur eā siccitas ꝛc̄. Et ꝑpterea cibi valde calidi vt plurimū sunt etiam sicci ꝛ per cōsequens calefaciūt ꝛ exiccāt coꝛpus vltra ꙙ̄ opoꝛtet.

Et iō cibi tales valde calefaciētes aut nūq̄ aut raro immo q̄rarissime sumant᷑ ꝛ pl⁹ via medicine q̄ nutrimēti nisi forsitā corpa valde frigida foret hieme ꝛ regiōe frigida dicēte Gal. in libro de dissolutione continua. Cibaria calida cōueniūt ei cui dn̄atur frigiditas: et in temporibus ꝛ partibus frigidis: et in ciuitatibus frigidis. Et vitare debet ipsa ille qui calide fuerit complexiōis in tēporibus calidis ꝛ in ciuitatib⁹ calidis. Quēadmodum sunt frumentum coctum: panis frumenti: cicera: dactili: sisamum: sinapis: vue dulces: apium: ruta: raffanus: rape: canapis: pastinace: allia: cepe: porri: case⁹ antiquus: vinū dulce calidum ꝛ viuū antiquū citrinū. Aduertēdū quoq̄ ē ꝙ nō solū euitare oportet cibaria que nimis calida sunt in in virtute ꝛ in potentia: verūetiam temperatissima quādo actualiter multū calida perciperent᷑ ſm qḋ iussit Rasis in Almansoris iiij.c.iiij. dicēs. Est etiā abstinēdū a cibis calidissimis quales sunt tūc cū ab igne remouentur: quib⁹ null⁹ vti debet: ꝑpter hoc tamē null⁹ intelligat ꝙ tepida debeāt esse que comedenda sunt: imo calidiora q̄ tepida licet nō calidissima esse oporteat que accipiūtur propterea ꝙ tepidū omne est mollificatiuū ꝛ resoluēs virtutē teste pn̄cipe.j.iiij.c.xxvj. Et fuit sn̄ia Gal. in.ij. terapētice.c.v. dicentis. Tepida oīa soluūt robur ventris ideo calida sufficiēter ꝛ nō calidissima neq̄ tepida sint que māducamus. Cibaria etiam actu vel potentia valde frigida nullo pacto sunt comedēda: quoniam sua frigiditas humane nature est valde contraria cum dicat Isaac in vniuersalib⁹ dietis.c.v. Frigida velut nix sunt multū fugiēda: qm̄ ꝛ si in corporibus iuuenū nō appareat nocumētū eoꝝ: tamē malitia paulatim se adunat: licet ipsi nō sentiāt: sed exeūtes iuuentutem ꝛ subeuntes senectutem multos ꝛ diuersos morbos incidūt: qui incurabiles sunt ꝛ diu in visceribus permanēt ꝛ in articulis ꝛ neruis quia frigiditas semper membra ꝑcutit debilia ꝛ multū sensibilia. Sicut etiā colligit᷑ in.v. afforismoꝝ afforismo.xviij. dicente. Frigidū est inimicū neruis: ossib⁹: dentibus: cerebro: spinali medulle ꝛc̄. ꝛ Gal. in.iij. regiminis acutoꝝ cōmēto.xl. di. Nocumentū aduenit neruis ex oībus reb⁹ frigidis i naturis suis ꝛc̄. Qua de re cōcludere possum⁹ cū Auicē. in.v.iiij. tractatu.iij.c.j. dicēte. In oī dispositiōe oportet vt vehementer caueatur frig⁹ etiā in estate qm̄ i eo est timor magn⁹: nō ingrediat᷑ ergo res aliqua actu vel potētia multū frigida nisi gratie medicine dicēte Gal. in libro de dissolutione cōtinua. Cibaria frigida debēt administrari ei qui est calidi corporis ꝛ in tꝑibus calidis ꝛ in ciuitatib⁹ calidis. Quēadmodū sicca cōueniūt in cui⁹ corpore dn̄at᷑ humiditas ꝛ in tꝑibus ꝛ in ciuitatib⁹ humidis ꝛc̄. Pro sanis tū ꝛ bene cōplexionatis corporibus eligant᷑ cibaria in virtute temperate humida cū ipa nō modo ad vitā sunt vtilia: verūetiam necessaria cū ex ipsis sicut flāma ex oleo calor noster interior pabulet᷑: dicēte quoq̄ philosopho in.j. methaphisice ꝙ calido viuim⁹ ꝛ humido nutrimur. Et in.ij. Metheoroꝝ dixit. Calidi humidū est alimentū. a quo sumpsisse videt᷑ princeps cū ait in.j.j. Vita existit per caliditatē ꝛ augmētū ꝑ humiditatē: ꝛ caliditas in hūiditate existit ꝛ ab ea nutrit᷑. Et i.vij.iiij. trac.iiij.c.j. Vita nāq̄ in hūiditate existit verū oportet vt tu caueas ꝛ abhorreas eā i via superfluitatis licz nō appareat ei⁹ nocumētū: sint itaq̄ cibi nō sicci vel hūidi superflue: sed mediocres sicut ꝛ in caliditate tēperati ꝛc̄.

¶ Capitulū.xlviij. ostēdit ꝙ sapores ciboꝝ considerādi sint ad sanitatis cōseruationē.

Cum vtile sit nō min⁹ q̄ necessariū ꝑter primas ciboꝝ ꝛ potuū qualitates sc̄das etiā cōsiderare que ex illis vt sapiētes dicūt fieri solēt ex quaꝝ numero sapores existūt: nobis videtur cōsequēter de eis dicendū esse ꝛ eo magis ꝙ ea que scripsimus in ꝑcedēti capitulo reddent᷑ per ea que in hoc dicent᷑ clariora cū demonstrabimus qui calidi ꝛ q̄ frigidi existāt cibi: ꝛ quātum vnusquisq̄ sapoꝝ faciat ad corporis sanitatē. Sed in primis videam⁹ qḋ sit sapor ꝛ quomodo fiat cū ex vniuersalibus ad singularia oporteat procedere tanq̄ ex notio-

ribus nobis:vt voluit philosophus in p̄rio phisicorū textu cōmēti.iiij.Et in textu.lvij. iterū dicat.Debem⁹ incipere ab vniuersali-bus deinde ad pticularia trāsire: qꝛ cogniti vniuersalib⁹ facilius cognoscūtur min⁹ cō-munia vt idē sensit in.ij.de gñationē ꝛ corru ptiōe textu cōmēti.lj.Dicam⁹ igit̄ cū Isaac in libro de vniuersalib⁹ dietis.c.iiij.dicente ꝙ sapor nihil aliud ē q̄ quoddā sensuale sen sui gust⁹ deputatū qd abhorret natura vel ex ipo delectat̄. Causatur aūt sapor per ad mixtionē substātie sicce cū hūida qñ coquū tur p calorē decoctiōe determinata: vt inqt Auerrois in.iij.colliget. Et fuit snīa Arist. in.xx.pblematū pblemate.xx.vbi ait. Que cūqꝫ ꝯo natura dulcia sunt:sunt ppter mo-deratiōnē existentis hūidi quēadmodū.s.re liqui sapores ex imoderata cōmixtiōe resul tant humidi cū sicco vt ex speciebus eorum fiet manifestū.Que vt qbusdā placet sūt no uem.Secūdū ꝯo alios tantūmodo octo.sic eī de ipsis scripsit Auicen.in.ij.canonis.c. iij.Spēs saporū sunt.viij. p̄ter insipidū:scꝫ Dulcedo:Amaritudo: Acuitas: Salcedo: Acetositas:Pōticitas:Siccitas:ꝛ Unctuo sitas.Auerrois aūt in.v.colliget pronūcia-uit esse nouē inter quas species insipidū cō putauit:licꝫ Auicē. dixerit vbi supra ꝙ qui insipidū saporem tenent eorū insipida sunt verba.Quicquid autē sit nolum⁹ in p̄sentia rū hanc ingredi questionē sed sapientiorib⁹ pro nunc relinquatur ꝛ adherebimus opi-nioni Auicenne dicentis in sequentibus de illis.viij.speciebus sigillatimvt virt⁹vniuscuiusqꝫ clari⁹ habeat̄ ꝛ summa qdā cū facili tate eoꝝ distincta ꝛ separata determinatio reperiat̄:si eī vellemus de oib⁹ in vno capi tulo dicere prolixū esset admodū confusum permolestūqꝫ:atqꝫ satis iutile.Sꝫ iā ad dul cedinē tanqꝫ ad potissimum ꝛ desideratissi-mū in primis transeamus ꝛ de ipa dulcedi-ne ꝛ rebus dulcibus simul.Que in diuersis ꝛ plurimis antiquorū voluminib⁹ ꝛ in eorū varijs locis legimus scribere incipiamus.

¶Cap.xlix.ostēdit naturā ꝛ pprietates dul cedinis ꝛ rerū dulciū tangendo vtilitates iu uamēta simul cū eorum nocumētis.

Quantū ex dulcibus reb⁹ huma-nus gustus delectet̄ q̄ facile po-test vnusq̄sqꝫ cōprehēdere:ppter quid aūt hoc fiat solū scit q̄ no-uit q̄tū vnūquodqꝫ suū simile appetat atqꝫ diligat.grandis qppe est inter dulcia ꝛ hu-manā naturā similitudo dicēte Isaac in vni uersalibus dietis.c.iiij. Constat saporosissi mā humane complexioni vicinantē esse dul cedinem.Et infra humores dulcedinis visco si sunt ꝛ grossi tēperamēto vicini substātiali hūiditati corporis humani assimilatiui. Et post aliq̄ subiūxit.palā ergo fit rōni ꝙ dul-cedo mediocritatē ꝛ tēperamentū significat inter calorē ꝛ humiditatē.Unde etiā antiq̄ aque tepide ipsam assimilauere.Que cōple xioni humani corpis assimilat̄.Et infra con cludit.Cōstat dulcedinē ceteris saporibus delectabiliorē ꝛ cōplexioni nutriende vici-niorē esse ppter naturalē humane cōplexio-nis similitudinē.Que fuit snīa Gal̄.in. iiij. de simplici medicina distinctione.iij.c.j.di-centis.Res dulces sunt in caliditate sua p-pinque corporib⁹ apud q̄ sunt dulces.Et in distinctione.iiij.c.ij.eiusdē ait.Ois res dul-cis est calida ꝛ hūida ꝛ pptera ipsa est con ueniens nature corporis hūani qm̄ corpus humanū est calidū ꝛ humidū cū equalitate. Sūt ergo res dulces valde delectabiles: tū pptera q̄ dicta sūt:tū etiā qꝛ hūano corpo-ri ꝛ similes ꝛ cōuenientissime sui tēperamēti rōne. Et ꝙ ita sit appet etiā p Auicēnā in ij.canonis.c.iij.sic dicentē.Dulce nō calefa cit calefactiōe nociua immo delectabili si-cut est delectatio aque tēperate cuꝫ effundit̄ supra corpus.Et accepit hāc snīam a Gal̄. in.iiij.de simplicib⁹ disti.iij.c.j.dicēte. Ois res dulcis est calida verūtamen nō vincit ca liditatē que est in corpore hoīs victoria sup flua ꝛ proportionatur aque calide occurren ti corpori nostro frigido.ꝛ in fine eiusdē ca-pituli sic iterū inquit.Dulcedo non accidit nisi ab eq̄litate caliditatis.Hoc quoqꝫ sen-sit Serapio dicens.Dulcis substātia est eq̄-lis ꝛ virtus oīm dulciū est calida nisi qꝛ ca-lor diuersificatur in eis ꝯm paucū ꝛ multuꝫ ideoqꝫ sunt diuersitates in dulcibus: qꝛ qd est dulcius est calidi⁹.Et nō aduenit ex dul-

cis caliditate nocumentū calori innato: sed est caliditas eius prima corporib⁹ quib⁹ap paret dulce:z sic habemus q̄ sit dulcedinis cōplexio:z q̄ta ipsi⁹ tēperies : quomodoq̄ humano corpori similia. ¶ Sed videamus modo q̄tum faciat ad nutriendū vt z aliud ei⁹ iuuamētū notificetur. Quod est tale atq̄ tantū q̄ nihil pōt humanū corp⁹nutrire nisi aliqua dulcedine participauerit: vt sensit Aristo. in libello de sensu z sensato cū inq̄t. Oia nutriūtur dulci simpliciter vel pmixto. Et ex eo calidū augmētat z struit nutrimētū q̄z qd leue q̄dē est attrahit:amarū aūt z salsum relinq̄t pp̄ter grauedinē:vt in plantis in salsis z dulcibus terris plātatis est videre. Qd etiā voluit princeps in.ij.canonis.c.iij. dicēs. Impossibile est q̄n in oī nutriēte apd medicos sit dulcedo aliqua:lȝ nutrimentuȝ alijs indigeat ɔditionib⁹ p̄ter hanc dulcedinē zc̄. Hoc etiā dixerat Gal.in loco p̄allegato his verbis. Oē quod nutrit est de genere rerū delectabiliū dulciū. Et q̄ ita sit Isaac sup hoc nobis adduxit signuȝ istud in.c. iij. vniuersaliū dietarū di. Mēbra ex delectatione ciborū dulciū eos attrahūt plurimū:z in intestinis remanet ide parū z pp̄ter hoc paruas accidētaliter feces dulcedo. Salsitudo ꝟo multas:ob hāc etiā cāȝ dulces cibi cito saturāt:q̄z cū mēbra delectēt cogunt vt multo plus de eis sibi attrahāt z venas z cōcauitates mēbrorū cito impleāt. Nullū pp̄terea mirū est si naturaliter dulcia affectamus cū tēperata sint z nobis conueniētia plurimūq̄ nutrientia. Hec solū toti verū etiā singulis fere partib⁹ aliquod p̄stēt iuuamētuȝ dicente Auicē. Operationis dulcis sunt dīgestio: lenificatio:z multiplicatio nutrimēti. Et in.xiiij.tertij. Dulcia cōueniunt epati q̄re impinguat eis z magnificat z ɔfortatur zc̄. Isaac quoq̄ vbi supra sic ait. Dulcis sapor si fuerit pure dulcis omī carens malitia acuminis z viscositatis saporosior oib⁹alijs cibis erit:q̄z naturaliter vicinior est sanguini mundificās z quasi lauans nocumētū gust⁹ z sensus ventrem tēperate humectans sine labore nature. Unde actio eius tēperata est in digestione z a stomacho z intestinis egressione. Et in sequēti.c.dixit. Dulce ꝓm nutrimentum nutrit multū:ꝓm ꝟo medicinā grossos humores dissoluit z mundificat:diuersas res tēperat:dura enī mollificat humiditate sua. Mollia indurat cū caloris sui subtilitate zc̄. Ecce igit̄ quot bona dulces cibi in corpus nostrū efficiāt: securus itaq̄ eorū vsus videtur esse dūmodo duas conditiōes habuerint. Prima quarum est vt eorū dulcedo non sit intensa immo remissa vt postq̄ digesti fuerint a naturali calore vere dulces efficiantur z non in coleram conuertantur. Quemadmodū voluit Gal.in.iiij.de simplicibus distin.iij.in fine cū ait. Hec res vera est ꝓm naturā qd rei in qua multitudo dulcedinis est:non est possibile vt addat̄ dulcedo in ipsa:ergo proculdubio recedit a dulcedine apud cōuersionē z pmutationē.i.digestionē. Et ad saporē tēdit q̄ est supra dulcedinē.s.ad amaritudinē : rei aūt diminute dulcedinis expedit necessario quādo digerit̄ vt perueniat ad cōplemētū dulcedinis. Quod aūt res dulcis si amplius decoquat̄ reddat̄ amara declarat ipe p exemplū dicēs. Sicut mel q̄n approximat̄ extrinsecus igni tpe longo fit amari saporis. Et similiter est ei⁹ proprietas in corporibus hominū quādo inuenit caliditatē fortem generat humorē colericum zc̄.vt infra patebit.c.de melle zc̄. Melius est igitur vt diximus q̄ cibi remisse sint dulcedinis z presertim fortem habentibus calorem. Et pp̄terea mel z hmōi valde dulcia magis senibus videntur conuenire : vt Rasis z Gal. dicunt vbiq̄ de eo loquentes. Secūda aūt cōditio requisita ad hoc q̄ dulcia nullū inferant corpori nocumentū est:vt subtilis sint substantie z nō viscose aut grosse dicente Isaac in vniuersalibus dietis.c. iiij. Dulcedo viscosa epati z spleni maxime est nociua duplici ex cā. Una q̄ opilatio est durior z grossior. Altera q̄z citi⁹ putredini est vicina vnde augmentatiua inflationis: z rugitus: z est causa interpolationis febris commotiua facile z naturaliter in fumositatem colericam:z in colerica genera conuersiua : z accidentaliter in putredinem z opilationem zc̄. Quod etiam sensit Rasis in iiij. Almansoris.c.j.cū ait. Dulce opilatiōes generat:z apostema in epate z splene:z p̄cis

pue si hec mēbra ad hoc fuerint preparata vē-tris etiam flux⁹ ex eo sequit̄ ⁊ mollificat sto machum ⁊c̄. Et patet ꝙ de grosso ⁊ viscoso dulci loquat̄. Dulcia enim grossa habēt opi lationes facere propter suam grossiciem: ⁊ ꝓpterea ꝙ nunꝙ ꝑfecte digerant̄ dicēte Ari sto. in. xxj. problematū problemate. xij. Dele ctabilia plurima grossa quidē ⁊ dulcia ⁊ pin guia delectabilissima videntur esse nobis gu stantibus: hec autem oīa nutribilia ⁊ nō di-gesta ⁊ supernatātia ⁊c̄. Quo in loco voluit ꝙ ⁊ si bene digerant̄ i stomacho in reliquis tamē indigesta remaneant ⁊ ꝓpter hoc opi lēt patet cū inquit. Dulcia ad primā opera tionem corpis digesta vt aūt ad finē indige-sta. Quod etiā sensisse videt̄ Auicen. in. iij. j. doc. ij. c. vij. cū dixit. Res dulces ad facien-das opilatiōes sunt veloces qm̄ eas natura trahit nunꝙ digerant̄. Et infra subdit. sci re debes ꝙ dulce nutriēs rapit natura ante-ꝙ maturescat ⁊ digerat̄ ⁊ corrūpit sangui-nem. Quod ⁊ in. xiiij. tertij iterū replicauit dicēs. licet dulcia cōfortent epar: vetūtamē velocia sunt ad hoc vt faciāt euenire opila-tionem ꝓpterea ꝙ epar attrahit ea laborio se associās ea humoribus alijs. Et postpau ca expressit de quibus maxime intelligeret dicēs. Et nocibiliora dulcia sunt q̄ sunt ex eis grossa ꝓpterea q̄ꝛ faciunt accidere opila tionē ex quo ex eis sunt calida propter con-uersionem suam ad colerā. Ideo nostro cōsi lio iuuenes raro: ⁊ precipue colerici: dulcib⁹ rebus vti debent.

¶ Capitulum. l. determinat de amaritudi-ne ⁊ cibis amaris ⁊ de eoꝝ proprietatibus: iuuamentis: ⁊ nocumentis.

Et si in rebus dulcibusꝙ plu-ra dicātur esse picula ⁊ in gros sis ꝑcipue atꝙ viscosis: vt in superiori visuꝫ est. c. Nō debet tamen ob hāc causam quis exi stimare ꝙ rebus amaris sit vtendū q̄si duo-bus existentibus cōtrarijs si vnum piculo-sum q̄nꝙ sit reliquū ꝟo sit securissimū. De-ciperetur equidē q̄ sic opinaret̄: ꝓpterea ꝙ ꝙuis aliqđ dulce humano corpi sit nociuū: nullū tn̄ amari cuiuslibet cōparatione vide-tur esse reprobādū: ⁊ hoc q̄ꝛ amara oīa quo-dāmodo corpori inimicātur sua amaritudi-ne: caliditate: siccitate: ⁊ nutrimēti ꝓhibitio ne: oēs em̄ antiqui phi ⁊ medici concorda-rūt in hoc ꝙ amara calida existerent: preter Auerroim tenentē in. v. colliget ꝙ etiā fieri possent a frigiditate: cui⁹ opinionē suis cū rōnibus ⁊ fundamētis ꝯfutauit Cōciliator in differētia. cxlv. Qui ⁊ si nunꝙ fuisset ad-huc magis sapientiorib⁹ medicis erat credē dū. Dixit enim Serapio. Uirt⁹ prima amari est calida nisi q̄ꝛ caliditas sua habet multas diuersitates: q̄ꝛ illud qđ est amarum multa amaritudine est calidi⁹ ⁊ illud qđ habet pau cā amaritudinē habet paucū calorē. princeps etiā in. ij. canonis. c. iij. sic ait. Non est possi-bile vt sapores dulcis ⁊ amar⁹ ⁊ acut⁹ sint nisi in substātia calida. Et infra sic quoꝙ di xit. Amaritudo in substātia calida spissa ⁊ terrea fundat̄. ⁊ i xiij. tertij. Sapor oīs ama rus significat caliditatē ⁊ colerā. q̄ fuit snīa Aristo. in. xx. ꝓblematū ꝓblemate. xxix. di. Oīne amarū est calidū. a quo sumpsit Isaac in. iiij. c. vniuersaliū dietarū cū scripsit. Oīa amara calida sunt ⁊ sicca i tertio gradu: ⁊ ter restria. ⁊ alibi. Amaritudo calorē suū in ter-tio gradu esse denūciat: ⁊ siccitatē in scđo. vñ in suis hūorib⁹ terrestreitas ⁊ grossicies dn̄atur. hoc quoꝙ voluit Gal̄. in. iiij. de sim plici medicina distinctione. ij. c. vj. di. Oēs res amare sunt calide sicut mirra: bauraꝫ ⁊c̄. Et in. c. vij. eiusdē ait. Res nō fit amara nisi ꝓpter superfluitatē caliditatis ⁊ acuitatis. ⁊ iterū in distinctione. iiij. c. ij. dixit. Sapor amarus est sequēs substantiā calidā ⁊ siccā: terreā: subtilē ⁊c̄. Ecce ꝙ clare ⁊ vniuersales cōtra Auerrois opinionē clamāt auctorita-tes. Cū ita sit igit̄ ꝙ i tātū calida sint ⁊ sicca nimirū si calefaciūt ⁊ desiccāt fortiter san-guinēꝙ cito ad adustionē perducūt ⁊ ad ma litiā: colerā quoꝙ rubeā i sanguinē augmē tant: vt Rasis inquit in Almansore. c. se-pius allegato. Alia etiam in corpus produ-cunt nocumenta res amare dicente Aui-cenna in secūdo canonis. c. iij. absterget et exasperat absolutum omne amarum ⁊ ideo nocet visceribus: ⁊ ꝙ deterius est siccāt cor-

pus amara vltra q̃ oportet: vt dixit Gal. in.j.terapentice.c.vij. Et in.iiij. de simplici medicina distinctiõe.iiij.c.ij.sic de eis inqt. Res pure amaritudinis est inimica oib⁹ aialibus ꝛ plãtis:qm̃ in natura sua est sicca ꝛ ꝑniciosa:sicut fumus q̃ generat̃ ex adustione. A quo videt̃ accepisse Auerrois in.v.colliget cũ ait. Amaritudo est ĩ vltimitate cõtrarietatis nutrimẽto aĩaliũ ꝛ est cõtrariũ dulci ꝓpter siccitatẽ solã ꝛ ꝓpterea interficit infantes qñ eo multũ vtunt̃ ꝓpterea qꝛ sunt in vltimo hũiditatis. Et subdit. Et vniuersaliter nõ ingreditur natura amaritudinis in re cibali propterea qꝛ nõ est nisi medicinalis. Quod etiã voluit princeps vbi supra dicens. ꝙ purum amarum non nutrit animal. Et ideo concludam⁹ ꝙ res amare nõ pro cibis:sed pro medicinis tãtũmodo debem⁹ accipere cũ eis vti voluerim⁹. Plurimarũ em̃ ipsarũ ꝯferunt epati eo quod stiptice sunt ꝛ aperitiue vt in.xiiij.tertij.c.xx.princeps inqt Auicẽ. De ꝓprietate quoqꝫ omniũ reꝝ amararũ est ꝙ ipse abstergũt ꝛ lauant ꝛ mundificant ꝛ incidũt quod est in venis de humoribus grossis:vt dixit Gal.in.iiij.de simplicibus.c.sepius annotato. Et in.v.eiusdem.c. vltimo distinctiõis.viij.sic quoqꝫ ait. Amarũ aperit ꝛ mundificat meatus ꝛ abstergit ꝛ incidit humores grossos ꝓpter caliditatem eius manifestã. Iterũ ergo replicãdo via medicine potius q̃ via cibi vtendũ est amaris.

¶ Capitulum.lj.ostendit naturam salcedinis declarando iuuamenta:vtilitates:ꝛ salsorum nocumenta.

Quidam hominũ adeo sunt salso sapore assueti vt nequaq̃ aliqd sine sale ꝛ in notabili ei⁹ quãtitate comedere possent. Alij ṽo reperiuntur qui pro carne salita vel piscibus salsis quecũqꝫ alia etiã perfectissima cibaria postponerẽt. Qui omnes profecto non intelligũt ꝙ salsi cibi ꝛ si minus q̃ amari sint calidi ab auctorib⁹ tamen nostris reprobentur cũ illaudabiles in corpus ꝓducant operationes sue caliditatis ꝛ siccitatis ratione. Quia res salse terrestres sunt ꝛ calidẽ ꝛ sicce in secũdo gradu vt inquit Isaac in vniuersalibus dietis. c.iiij.in quo etiã sed infra sic inquit. Salsus sapor significat calorem ꝛ siccitatem sui esse in fine secũdi gradus: quia sui humores inter grossos ꝛ subtiles sunt mediocres terrestribus vicinantes. Unde virtutẽ habẽt pũgitiuam lauantem ꝛ mũdificantem. Qđ etiã voluit Serapio cũ ait. Salsus sapor est prope amarũ:quia ambo sunt terrei calidi. Et infra subiunxit. Et plurimũ substantie salsi ꝛ terreũ grossum. ꝛ fuit sentẽtia Gal.in.iiij. de simplici medicina distinctione.iiij.c.ij.dicentis. Sapor quidem salsus est proximus sapori amaro:qm̃ ambo sunt terrei calidi verũtamẽ differunt in hoc qđ res amari saporis pl⁹ calida est ꝛ sicca ꝛ adusta. a quo sumpsit Auerrois ĩ.v.colliget dicẽs. Super cõplexionem salsi dominat̃ pars sicca adusta in qua est mixta pauca humiditas ꝛc̃. Cum igitur salsum proueniat ex resolutione amari in insipido aquoso teste Auicen.in secũdo canonis.c.superius allegato.parũ ab amaro differre videtur. Et ꝓpterea salsoꝝ nocumenta paulo minora ab eis que amarorum dicunt̃ esse.s.calefacere:desiccare: exasperare:resoluere:ꝛ subtiliare.ꝛ ꝙ ita sit apparet ꝑ seriẽ Isaac in libro vniuersaliũ dietarũ sic dicẽtẽ in.c.viij. Salsa dissoluũt subtiliant ꝛ calefaciunt:similiter aggregãt:opilãt ꝛ exiccant humiditatem propter caliditatem superfluã ꝛ manifestã vt Gal.ait in.v.de simplicibus distinctione.viij.c.vltimo. His itaqꝫ de causis nõ parũ nocere vidẽtur ꝛ maxime colericis ꝛ extenuatis corporib⁹. Nõ minus quoqꝫ ratione nulli⁹ aut minimi sui nutrimenti queadmodũ voluit Ari.in libello de sensu ꝛ sensato vbi dixit ꝙ calidum leue quidem attrahit: amarũ aũt ꝛ salsum relinquit ꝓpter grauedinẽ vt in plãtis in salsis ꝛ dulcibus terris plãtatis est videre. Qđ etiã replicauit in.xxiij.ꝓblematũ ꝓblemate.x.cũ. inqt. Salsuꝫ quidẽ est graue dulce aũt leue. Cõcludere igit̃ possum⁹ ꝙ amara ꝛ salsa minime faciãt ad nutrimẽta ꝛ ad sanitatis ꝛ vite conseruationem: immo nature humane ꝛ vniuscuiusqꝫ animalis contrariari videntur:dicente Galie.in libro de colera nigra.

Non em̄ videntur aĩalia ex salsedine satura-
ri: cũ nullũ viuat aĩal ex illa vt vocatũ mor-
tuũ mare cõiectura. In quo pre nimia salse
dine ⁊ amaritudine nec pisces nec aliquod
aliud aĩal viuere põt: sic em̄ series verborũ
eius ibi ip̄m demõstrat voluisse. Et ideo di-
cimus ꝙ magis via medicine q̄ȝ via cibi hu
mano corpori cõueniant huiuscemodi eo ꝙ
salsedinis operationes sunt abstersio: ablu-
tio: exiccatio: ⁊ ꝓhibere putrefactionem: vt
ait princeps in canonis.ij. Quomodo autẽ
caro salita qñqȝ ante cibũ cõueniat ratione
medicine prouocãtis appetitum apparebit
infra in.c. de salita carne.

¶ Capitulum.liij. ostẽdit naturam acuti sa-
poris: ⁊ nocumenta prouenientia ex acutis
comestibilibus.

RES acute nõ minus immo lon
ge magis q̄ȝ salse vel amare
sunt humanis corporibus ini-
micantes: ꝓpterea qđ calidio-
res ceteris oĩbus existũt: cũ in
gradu quarto ⁊ postremo caliditatis repo-
nãtur: vt voluit Isaac in libro vniuersaliũ
dietaꝝ.c.iiij. dicẽs. Oĩa acuta sunt calida ⁊
sicca ĩ quarto gradu. ⁊ postpauca subiũxit.
Acuta calidiora sunt ⁊ sicciora ceteris sapo
ribus. Et postea dixit. Natura ⁊ sensus mi-
nus fugit salsa q̄ȝ amara: ⁊ minus amara q̄ȝ
acuta ꝓpter caliditatẽ eoꝝ. Et iterum infra
magis sic inq̄t. Acutus sapor calidus est in
quarto gradu: qꝛ sua intẽsio est ignea. vnde
est corrodẽs: incidẽs: ⁊ subtiliatiuus magis
ceteris saporibus. Hoc etiã sensit Auerrois
in.v. colliget cũ ait. Qđ dñatur super acutũ
est multus calor cũ multa siccitate ⁊ subtili-
tate: ⁊ propterea calor illius est fortior reli-
quis oĩbus. Serapio quoqȝ de hoc sapore
sic dixit. Substantia acuti est ignea. Et post
pauca subdit. Et virtus eius prima est vir-
tus calidior oĩbus aliis. Que fuit sentẽtia
Gal. in.v. de simplici medicina distinctione
viij.c. vltimo dicẽtis. Acutũ acre est igneũ:
sicut salsum est terreũ: ⁊ cum terreitate cali-
dũ: cũ ita sit ergo ꝙ res acute in tãtũ calide
sint ⁊ sicce si plurimoꝝ sint causa nocumẽto
rũ dicẽte Auicẽ. in.ij. canonis.c.iij. ꝙ acuta
visceribus noceãt ⁊ os stomachi ledãt ⁊ vi-
sum. cũ dicat idem in.iij. tertij tractatu pri-
mo.c.v. De summa rerũ nocibiliũ oculo est
om̄e qđ habet acuitatẽ: sicut porrũ ⁊ anda-
cocha ⁊ oĩa que exiccãt superflue ⁊c̃. Et cir-
ca finẽ eiusdẽ capituli sic inquit. Cibi salsi ⁊
acres ⁊ vaporosi q̇ ledunt os stomachi sunt
cepe: porri: ⁊ allia: ⁊ bedarungi comesta: cu-
ius simile voluit Auenzoar in sui teisir loco
primo tractatu.viij.c.xxj. dicẽs. Et scire de-
bes ꝙ oĩa acuta habent caput replere ex va
poribus ⁊ fumositatibus: sicut sunt cepe ⁊
alliũ ⁊ his similia quare visui potissime no
cẽt: ⁊ medicina omnino existunt orbitatis ⁊
cecitatis. ⁊ in tractatu.viij.c.viij. libri eius-
dẽ iterũ dixit. Necesse est vt ꝓhibeas in om̄i
accidẽte malo cerebro superuenientẽte alliũ et
cepe: qm̄ ꝓprietatẽ habẽt maximã in pertur
bãdo ⁊ destruẽdo cogitatiuã. Rationẽ autẽ
hoꝝ nocumẽtoꝝ videt̃ assignare Haliabas
in.v. theorice.c.xiiij. dicens. Sinapis: cepe:
porrũ: alliũ: ⁊ oĩs pũgitiuꝰ: cibus amarus:
salsus: ⁊ oĩa talia superfluitates generãt ca
lidas: dicũturqȝ cibi subtiliãtes: qm̄ humo-
res generãt acutos colericos q̇ exurũt ⁊ cor-
rũpũt: nec ꝓsunt nisi illis in quoꝝ corpe su-
perflui flegmatici: ⁊ viscosi ac grossi existũt
hũores: incidũt etem̄ ⁊ subtiliãt eos: diutur
nosqȝ patiẽtibus morbos vtiles sunt: eo ꝙ
materias morbos hos generãtes subtilient:
vt ait Gal. in libro de regimine subtiliati-
uo. hec ip̄e. Quare relinquit̃ ꝙ ꝓ medicina
⁊ nõ ꝓ cibo sint huiuscemodi comedẽda cũ
nõ solũ cerebro: oculis: ⁊ ori stomachi talia
acuta sint nocua: verũetiã ⁊ toti corpori di-
cẽte Gal. in.ij. lib. de accidẽti ⁊ morbo.c.ij.
ꝙ qui assuescũt allia porros ⁊ cepas ⁊ vinũ
vetus acutũ aut medicamina que a veneno
custodiunt febres patiant̃. ꝙ quõ faciãt no-
bis innuit Rasis in.iij. almansoris.c.j. di-
cẽs. Acutũ multo plus calefacit q̄ȝ amarũ:
vnde ⁊ calorẽ auget: ⁊ corpus velociter inflã
mat: ⁊ sanguinẽ adurit: ip̄mqȝ prius in cole
rã mutat rubeã postea aũt ĩ nigrã: ⁊ ideo cõ
cludit in primo suoꝝ afforismoꝝ dicẽs. Qui
ab alleis ⁊ porris abstinuerit nocumẽta ma
loꝝ humoꝝ euadet. Talibus igitur rebus

vt diximus nō est vtendū nisi forsitan ꝓ me
dicinis aliqñ ⁊ nō ꝓ cibis: ſm qḋ etiā supra
iusserat Haliabas ⁊ Ysaac in.c.viij. de die
tis vniuersalibus cū ait. Cibaria acuta non
iuuāt nisi quibus humores flegmatici habū
dāt: viscosi ⁊ grossi ⁊ similes vitreis. Unde
semper sunt cauēda neq̄ frequētāda ne san⸗
guinē incendāt ⁊c̄. Et fuit Gal. sñia in.ij.de
alimētis.c.vltimo dicētis. Oportet a conti⸗
nuo esu oīm pūgitiuoꝝ: ⁊ maxime qñ quis
offert ip̄a magis colericis ⁊ siccis natura so
lū eñ his q̇ aut flegmaticū homorē: aut cru
dū grossum ⁊ viscosum habuerint. Idonea
talia eduliorꝝ sunt ⁊c̄. His eñ via medicine
cōmēdantur: ꝓpterea ꝙ acuitatis operatio⸗
nes sunt resolutio: incisio ⁊ putrefactio: teste
principe in. ij. canonis.c.iij. ⁊ Gal. in.v.de
simplicibus.c.vbi supra di. Acutum acre at
trahit ⁊ resoluit. ⁊ infra. Acutum acre subti
liat: ⁊ mūdificat: ⁊ resoluit: ⁊ aperit: ⁊ attra⸗
hit: ⁊ adurit ⁊c̄. Et ob hanc causam grossis
humoribus et viscosis maxime conueniunt
sicuti colericis et macilentis iuuenibus no⸗
cent precipue.

¶ Cap.liij. ostēdit naturam: iuuamēta: ⁊ no
cumēta vnctuosaꝝ rerū: simul ⁊ de insipidis
⁊ qualitatibus ip̄aꝝ q̄ breuiter ꝑstringēdo.

Cum ꝑpauca velim de vnctuo
sis et simul de insipis rebus
minime ad sanitatis conserua
tionē vtilibus scribere: visum
est mihi breuitatis gr̄a in vno
c.de ambobus aliqua declarare cū quandā
ad seinuicē habeāt in qualitatibus cōuenie
tiam ⁊ in virtute cōformitatē: ⁊ eo magis ꝙ
vnctuosoꝝ ꝑtractatio in.c.de pinguedine ⁊
pinguibus infra ponēdo cōplebit: ꝓ nūc tñ
cū principe dicēdū in cāticoꝝ tertu cōmēti
xxx. dicente. Omne habēs dñium pinguedi
nis ⁊ vnctuositatis est calidū ⁊ humidū sua
tñ caliditas est remissa dicēte Auerroi in.v.
colliget ꝙ sapor vnctuosus dictus hoc ha⸗
bet ꝙ in eo pars aerea dñatur cum modica
aquositate: ⁊ ꝓpterea calor ipsi⁹ est minor q̄
calor dulcis. qḋ etiā sensisse videt̄ Ysaac in
vniuersalibus dietis.c.iiij. dicēs. Cōstat ꝙ
vnctuositas et dulcedo eiusdē sunt generis
in caliditate: sed tñ differūt: q: humores dul
cedinis viscosi sunt: ⁊ grossi tēperamēto vici
ni humiditati substātiali corporis assimila⸗
tiui: humores autem vnctuositatis subtiles
sunt ⁊ aeris humiditati similes ⁊c̄. Et Aui⸗
cē. in.ij. canonis sic inquit de ip̄a. ꝙ cū aeri⸗
tate vnctuosi aquositas etiā satis notabilis
est admixta: ⁊ ob hāc cām stomacho nō cō⸗
ueniūt vnctuosa: vt voluit Rasis in.iij. Al⸗
māsoris.c.sept⁹ allegato cū scripsit vnctuo⸗
sum stomachū mollificat: ⁊ ventrē fluere fa⸗
cit: ac satietatē affert anteq̄ homo cibi quā⸗
titatē sibi necessariā assumat ⁊ calefacit: ⁊ ꝑ
maxime febricitātes vel habentes epar aut
stomachū calida: corpus preterea humectat
atq̄ lenit: flegma auget: cogitationē reddit
hebetē ⁊ augmētat somnū: ex q̇bus facile cō
prehēdi pōt ꝙ vnctuosa nō faciāt ad sanita
tis cōseruationē. Quare aut nunq̄: aut ra⸗
rissime eis vtēdū est: ⁊ plus loco cōdimēti q̄
cibi nutriētis: vt in.c.de pinguib⁹ ostēdem⁹
q̄ diffusissime. De insipidis ꝟo dicim⁹ ꝙ ad
huc magis pretermittenda sint cū nulli sua
placeāt qualitate: sunt eñ ip̄a magis hūida
⁊ frigida q̄ vnctuosa: teste principe in.xxx.
textu cāticoꝝ sic referēte. Qḋ pure insipidū
est: frigidū ⁊ humidū existit. que videt̄ fuisse
Gal. sñia in. iiij. de simplici medicina.c.iij.
distinctionis.ij. sic scribētis. Qñ inuenimus
rē quā sentimus de gustu aque cui penitus
nō est sapor in aliquo succoꝝ: tūc res in illo
succo manifesta est: qm̄ ip̄e est egrediens ab
omī caliditate ⁊ frigiditate manifesta: ⁊ ꝙ
eius cōplexio: aut est media: aut decliuis ad
frigidū ⁊c̄. Demōstrauit aūt insipidoꝝ nocu
mēta in distinctione.viij. libri.v. opis preal
legati cū ait. Res aque insipide ingrossant:
⁊ aggregant: ⁊ mortificant: ⁊ stupefaciunt: ⁊
ꝓpterea nō solū ad sanitatē cōseruādā: sed
nec ad vite ꝑdurationē facere videt̄: qua de
re ꝓposse dimittant̄: quemadmodū sunt cu⸗
curbita cucumeres ⁊ multi alioꝝ fructuū de
quibus infra deo cōcedēte scribemus.

¶ Capitulum. liiij. agit de sapore acetoso
ostendens vtilitates et damna ipsius et re⸗
rum acetosarum.

Olumus hoc in loco aliquid de aceto scribere cũ de ipo spe ciale capitulũ sit in sequẽtib⁹ faciedũ: sed tantũmodo de re bus acetosis in vniuersali in p̃ sentiarũ: prout saporũ materia requirit: nõ nulla q̃ breuiter percurremus vt intelligant hi qui oĩa ferme volunt cũ eis manducare: quãtũ errent nescientes acetosorũ cõplexio nẽ ꝛ nocumenta neq̧ quãtũ infrigidẽt ꝛ exic cent: ppterea ꝙ forsitan nõ legerũt Auicẽnã in .xxx. Cãticorũ textu dicẽtẽ. Oĩs sapor põ ticus ꝛ acetosus frigidus est ꝛ siccus. in quo aũt gradu nõ subiũxit ipse: sed illud expres sit Isaac i.c.iiij. dietarũ vniuersaliũ cũ ait. Acetosus sapor frigiditatẽ ꝛ siccitatẽ in se cũdo gradu esse denũciat: qꝛ hũores sui sub stãtiales sũt subtiles ꝛ penetrabiles: ꝛ ptim terrestres: ideoq̧ perforat ꝛ incidit grossos humores ꝛ appetitũ cõmouet ꝛc̃. Qđ etiam sensit Serapio dicẽs. Substantia acetosi est aquosa ꝛ virtus quidẽ acetositatis absolu te inuenitur infrigidatiua. ꝛ infra iterũ ait. Acetosi ergo substantia est subtilis pũgeus ꝛ virtus eius prima est frigida: q̃ quoq̧ fuit sententia Gal. in. iiij. de simplici medicina di stinctione. ij. c. iiij. sic scribẽtis. Acetosorum corpus est subtile: ꝛ qualitas eorũ est quali tas frigida. ꝛ in. c. vj. eiusdẽ sic etiaꝫ inquit. Inuenies oẽs res acetosas infrigidare: ob hanc igiꝝ causam res acetose q̃ plura in cor pus ingerunt nocumenta preter hoc ꝙ pa rũ nutriant ꝛ multas generent superfluita tes: vt placuit Aristo. in. xxij. problematum pblemate tertio dicẽtis. Acetosa quidẽ nõ sunt nutribilia sed nutrimẽtũ quidẽ modi cum habent: supfluitatẽ aũt multã ꝛc̃. Nocu mẽta ꝟo acetosorũ hec sunt qꝛ colerã nigraꝫ adiuuant multiplicari: neruis nocent ꝛc̃. vt colligitur ex dictis Hipocratis in tertio re giminis acutoꝝ textu cõmẽti. xl. in cuius cõ mẽto Gal. sic inquit. Acetosuꝫ nocet oibus mẽbris neruosis ppter subtilitatẽ substãtie sue ppter quã habet penetrationẽ in pfun dũ mẽbrorũ ꝛ penetrat in totũ mẽbrũ ita vt non remaneat in eo ps q̃uis sit parua valde cui nõ noceat: ẜm hoc ergo nocet membris neruosis. hec ipe. A quo sumpsit Auicẽ. in scđa tertij. c. j. cũ dixit. Oĩe acetosum est in frigidatiuũ i potẽtia: ꝛ iõ nocet neruis. ꝛ in c. iiij. eiusdẽ sic etiã dixit. Acetum est ex reb⁹ q̃ neruis sunt nocibiliores. Preter hec etiaꝫ mala res acetose faciũt senectutẽ accelerare dicẽte Principe in tertia primi doctrina se cũda. c. vij. Ex acetoso cibo ꝛ nutriente fit se niũ: ꝛ similiter ex acuto ꝛ salso ꝛc̃. Reb⁹ igiꝝ acetosis p cibis non est vtẽdũ lꝫ p medici nis eis vti quandoq̧ possimus: eo ꝙ plura medicinalia habeãt iuuamẽta: cũ dicat Aui cen. in secundo canonis. c. iiij. Omne subtile acetosum est aperitiuũ. ꝛ Isaac in tertio. c. dietarũ vniuersaliũ. Acetosi cibi virib⁹ sunt incisiui sine calefactione ꝛc̃. Et in. c. viij. ea rũdẽ sic quoq̧ ait. Acetosa incidũt ꝛ subti liãt atq̧ refrigerant. ꝛ fuit Gal. snia in. v. de simplici medicina distinctione ꝛ. c. sepius al legatis dicẽtis. De proprietate acetosi est vt incidat ꝛ separet ꝛ subtiliet ꝛ aperiat ꝛ mun dificet pter qđ calefaciat. In hoc tñ vltimo Auerrois in. v. colliget cũ medicis nõ videꝝ pcordare cũ dixit. Sapor acetosus fit cũ fri giditate mixta cũ pte hũiditatis ꝛ non est re motus a calore ꝛ ppterea ĩcidit ꝛ subtiliat. q̃ si dꝫ a medicis saluari sic puto exponẽduꝫ ei⁹ dictũ. Acetosus sapor nõ est remot⁹ a calo re. s. plurimũ qꝛ frigidũ est i p̃mo vt etiã di xit Isaac expsse ꝛ Rasis i tertio Almãsoris c. j. di. Acetosuꝫ frigidũ est lꝫ vehemẽtis nõ sit frigiditatis: colerã rubeã ꝛ sanguinẽ repri mit atq̧ vẽtrẽ stringit: si stomach⁹ ꝛ intestina munda fuerint. Si aũt in eis flegmatis erit multitudo vẽtris efficit fluxũ: ꝛ corpus infri gidat: virtutẽ quoq̧ debilitat: ꝛ digestiuã p prie in epate. Neruis etiã ꝛ neruosis mẽbris ꝛ nocumentũ affert: atq̧ corpus desiccat ꝛc̃. Quas ob res rarissime acetosis est vtendum ꝛ magis gratia medicine q̃ ꝛc̃.

¶ Cap. lv. oñdit cõplexionẽ: ꝟtutẽ: vtilita tes ꝛ nocumẽta stiptici ꝛ pontici saporum.

Um sapor stipticus ꝛ põticus sint vni⁹ nature ꝛ nõ diuersi nisi ẜm magis ꝛ min⁹: vt dixit Auerrois in q̃nto colliget. Et Serapio cum inq̃t. Sapor sti

pticus est sapor ponticus debilis:⁊ nō diffe rūt nisi multa ⁊ pauca stipticitate: que sunt verba Gal.in quarto de simplici medicina distinctione.ij.c.vij.dicentis. Sapor stipticus nō est nisi sapor ponticꝰ debilis: ꝓpter hoc de ipsis simul in vno.c.scribēdū esse iudicauimus. Incipiamus ergo a stiptico qui cōtrahit parū de lingua respectu pontici q̄ causa exasperat: vt inquit Priceps in cauonis secūdo.c.iij.⁊ dicamꝰ cū Auerroi i.xxx. cāticorū cōmētō dicente. Sapor pōticus et stipticus generant ex substantia frigida terrea ⁊ grossa:⁊ propterea significant sup complexionē fortis siccitatis ⁊ frigiditatis ⁊ pōticus in hoc est fortior stiptico vt idez refert in colliget.v.cui cōsonare videt Isaac in vniuersalibus dietis.c.iiij.dicēs. Quicūqꝫ sapor ponticus aut stipticus cōplexiones sue frigide erūt:⁊ infra stiptici sapores semp sūt siccitatis ⁊ frigiditatis significatiui: qd sensit Serapio dicēs. Et stiptici q̄dē substātia est terrea grossa:⁊ virtus eius prima est frigida exiccatiua. que fuit Gal. sentētia in q̄rto de Simplici medicina disti.ij.c.iiij. dicētis. Res stiptice sunt in essentia sue substantie grosse: in qualitate aūt sua frigide.⁊ in.vj.c. eiusdem sic ait. Omne corpus stipticū denudatū ex reliquis saporibus apud sensum inuenis semper p experimētū infrigidare: cuz talem igitur cōplexionē habeat omne stipticū quid mirū si corpus hūanū infrigidet et desiccet: carniū quoqꝫ ac sanguinis minorationē faciat si quis eo multotiēs vtat stomachū quoqꝫ cōfortet ac vētrē ſm plurimū cōstringat ⁊ sanguinē generet melancolicū: vt dixit Almansor in libro tertio.c.j. Que fuit sentētia Gal.in tertio de simplici medicina distinctione.iij.c.v.circa finē sic scribentis. Quādo stipticitas est fortis vehemens tunc ipsa stringit meatus ⁊ coartat eos ⁊ aggregat substantiam cui occurrit ⁊ solidat eam ⁊ prohibet res que humectant ⁊c̄. Et in.v.c.distinctionis.viij.sic iterum dixit. De proprietate stiptici est vt aggreget ⁊ faciat solidum:⁊ stipticet:⁊ impleat:⁊ ingrosset:⁊ infrigidet:⁊ exiccet: ⁊ ꝓpterea magis nomen medicine q̄z cibi res stiptice sibi vendicarūt. Res similiter pontice idem quod stiptice in corpus humanum operantur quodaz tamē modo intensiori cum ⁊ ipse in suis qualitatibus sint illis intensiores dicente Auicēna in canonis.ij.c.iij. ꝙ ponticum est frigidius stiptico.⁊ Gal. in quarto de simplici medicina distinctione.ij.c.iiij.di. Humor ponticus est stiptico frigidius proculdubio. ⁊ infra. corpora pontica sunt grossa:⁊ propterea de proprietate humoris pontici est: vt aggreget linguā ⁊ exiccet eam ⁊ exasperet ipsam p operationem sui manifestam. Et Isaac in vniuersalibus dietis.c.iij.sic de eis scripsit. Cibi pontici naturaliter sunt stiptici humiditatis ingrossatiui ⁊ desiccatiui id scilꝫ facientes ventri ꝙ calx corijs preparandis facit. Unde subtiliter digerere vel dietare volentibus nociui sunt ⁊c̄. Et in.iiij. earūdem sic etiā inq̄t. Pōticitatis humores sunt pure terrestres ⁊ frigidi similiter ⁊ sicci in tātū ꝙ necesse est vt in fine tertij gradus sint: existant aūt ei vicini vnde ⁊ sua nutrimēta sunt paruissima ⁊ grossos humores facientia: ⁊ subtilis diete laudabilia: in sui tamen natura desiderium cibi excitat quia in p̄mis constringit supiora:⁊ eijcit ꝯtēta p inferiora ⁊c̄. Ex quibus patet ꝙ huiusmodi stipticis et ponticis non sit vtendum via cibi cuz dicat Auenzoar in primo.c.sui. Teisir auctoritate zoar patris sui dicentis. Experimento noui ꝙ omnia habentia fortem stipticitatē sicut sunt pontica naturaliter sunt sicca: grossa:⁊ dura: terrestria: dolorem stomacho generantia: q̄zuis in eis virtus aliqua confortādi stomachū reperiat: qꝛ non conferunt stomacho habentia fortem stipticitatē: sed tēperatā sicut rose ⁊c̄. Postremo de ciborū saporibus mihi videtur concludēdum cum Isaac loco allegato dicente. Horribilia saporosa hūane cōplexioni sunt cōtraria vt pōtica: stiptica: acetosa: amara ⁊ salsa: cuius quidē rationē assignat in.c.v. cū ait. Quicūqꝫ cibus est grauis in odore: siue abominabilis in sapore nutrimēti est pessimi: ⁊ ꝓpterea si alicui necessariū fuerit hmōi mala nutrientia comedere in pauca quātitate ⁊ paucis vicibus ⁊ non frequēter vtatur: vt admonuit Auicē. in tertia primi capitulo de eo quod comeditur ⁊ bibitur ⁊c̄.

¶ Capitulum.lvj.ostēdit quantū faciāt ad sanitatis cōseruatione cibi z potus delectabiles:z si aliqualiter fuerint minus q̄ commendati deteriores.

Delectabilitas reficientiū omnē mūdi saporē vincere z superare dicuntur. Quāquidē delectationē auctores medicine nō mediocriter magnificecere:z ideo rationabiliter z cōsecutiue de ipa post sapoꝝ determinationē dicēdū esse hoc in loco nō incōgrue existimaui. Tantā eñ in cibis vim habet hec delectatio q̄ facere possit vt minus boni plerūq; magis bonis anteferātur:vt colligit ex sententia Hipocratis in.ij.afforismoꝝ afforismo. xxxviij. dicētis. Parū deterior cib⁹ z pot⁹ delectabilior:melioribus quidē z in delectabilibus est magis appetēdus. In cui⁹ cōmēto dixit Gal. Ois eñ cibus sapidus quo quis delectat:cū accipitur a stomacho amplexus retinetur : z cū magna delectatione digerit plusq; quilibet alius: qui si fuerit abominabilis fugit inde vomitus fastidiū z inflatio gñatur.a quo videtur assumpsisse Rasis in.xxv.continētis. c.j.cum dictū Hipocratis preallegatū exponeret inquit. Quare scire debes q̄ res q̄ erit penes maiorē partem hoim mala modice z penes vnū ipsoꝝ delectabilis eidem erit melior: qm̄ vbi fuerit delectatio ibi sequit bonitas digestionis.z subiungit. Diximus eñ si fuerit mala modice : qm̄ res delectabilis si fuerit in vltimitate malitie: nō debemus ea vti tūc frequēter ob delectationē ipsius: immo si fuerit malitia ei⁹ modica:z delectatio egri in ea sit abūdātior magis q̄ illa que non habuerit ipam malitiā : z similis debet esse cōditio in corpore sano. Et infra sic etiā subdit. Que cōsueuit vti aliquo nutrimēto illud erit eis magis cōueniēs licz nō fuerit laudabile modice:z similiter est cōditio temporꝝ sumptionū : eius delectatio eñ ipsius nutrimēti in hoc dignitatē habet maximā: qm̄ quāto detestabilius fuerit nutrimentū: tāto magis vehemētior erit digestio ipsius: quare sequi debes illud ꝯm cōsuetudinē approbatā z antiquā.hec ipe. Qd etiam sensit Auicē.in.iij.primi doc.ij.c.vij.dicēs. Oportet te scire q̄ nutriens melius est qd melius sapit:ppterea q̄ stomachus z virtus nutritiua vehemēter ipsi applicātur cū bone fuerint substantie:z fuerint oīa principalia mēbra in suis operationibus sana. Nec minus hoc sensit Auerrois in parte.ij.canticoꝝ cōmento.xvij.dicens. Duoꝝ cibarioꝝ ille qui minoris est iuuamēti magis tñ delectabilis: melior est minus delectabili z si sit maioris iuuamēti.z in.v.sui colliget etiā hoc idē voluit cum ait.q̄ qñ cibus est multū delectabilis:lesio que puenit ab eo nō est multū manifesta. Nō solū igit sanis sed etiā infirmis saporita z delectabilia cibaria cōuenire vidētur dicēte Isaac in vniuersalibus dietis. c.vij. Cibi tēperatissimi z iuuatiuissimi sunt maxime si saporiti sint: faciliores enim sunt ad digerēdū z vtiliores in sanitate custodiēda in sanis z infirmis reddēda. Non saporitos ꝟo abhorret natura. Unde nō digestibiles sunt immo stomacho nocentes zc̄. Et infra sic iterū inquit. Si duo cibaria in natura sua vel in qualitatibus equalia saporiora sunt stomacho vtiliora:z ad digerēdū velociora: non saporita ꝟo ecōtrario.z adhuc in eodē.c.dixit. Si duo cibaria equalia sint in sanitate custodienda z infirmis reddenda stomacho delectabiliora sunt z vtiliora. Ex q̄bus satis eligere possumus q̄ cibis bonis z delectabilibus sit vtēdū semper. Reliqui ꝟo tanq̄ inutiles z nociui pretermittantur.

¶ Cap.lvij.ostendit q̄ reficientia cum contrarijs debeant alterari cum fuerint alicuius excellentis qualitatis : vel complexio assumentis discrasiata.

Ad cōplementū cōsiderationis nostre de ciboꝝ qualitate dicēdū est de vtilitate tēperātie reficientiū:quequidē non modo vtilis:verūetiā ad sanitatis cōseruationē necessaria : eo q̄ qñq; calida vel frigida nimis sint nobis oblata : similiter sicca vel humida que tñ sic incorrecta pernecabilia videntur esse z sepissime egrotare faciētia:vt supra visum est:cū de prima ciborū

qualitate loqueremur: quã ob rẽ ne huius/
modi male vel excellentis qualitatis nobis
nocere possint: debemus ea corrigere ꝛ tẽpe
rare cũ sibi cõtrarijs.s.calida cũ frigidis:hu
mida cum siccis ꝛc̃. ẜm qꝺ precepit Auicẽ/
na in.iij.primi doc.ij.c.vij.dicens. Frigidũ
nutriẽs sicut cucumer ꝛ cucurbita tẽperetur
cũ eo qꝺ ei existit contrariũ: sicut allia ꝛ por
ri: ꝛ si fuerit calidũ:cũ eo qꝺ est frigidũ tem
peret: ꝛ si opilatiuũ fuerit cũ eo qꝺ aperiat
ꝛ euacuet ꝛc̃. Et infra etiã subiunxit. Et cui
res dulces nocẽt acetosa bibat:cui ꝟo aceto
sum nocet rẽ dulcẽ post ipm comedat. idem
quoqꝫ in cãticoꝝ parte.ij.textu cõmẽti.xix.
scripsit. Cibi sunt permiscendi.s.humidi cũ
siccis:dulces cum acetosis:frigidi cum cali/
dis ꝛc̃. Cuius hec est series. Est autẽ humi/
dũ ꝛ lubricũ stiptico imponẽdũ. Estqꝫ sapor
dulcis acetoso vniẽdus: ꝛ siccũ cũ humido
rectificãdũ: ꝛ frigidũ cũ calido ꝛ ecõtrario.
ꝙ si timeat̃ defedatio oleaginosi vel eius qꝺ
est male digestionis ratione pinguedinis ad
datur sal eis aut aliqꝺ acutũ: nã hec iuuant
ad subtiliãdũ.qꝺ etiã voluit Rasis in.xxv.
cõtinẽtis.c.j.cũ ait. Et si coact⁹ dederis ali
cui nutrimẽtũ incõueniẽs misce cũ eo aliqꝺ
cõueniẽs ad remouẽdũ nocumẽtũ ipsius in
modo q̃titatis ipius ꝛc̃. Hoc etiam sensisse
videt̃ Isaac in vniuersalibus dietis.c.xiiij.
Farina tritici quātūcūq̃ optimi non erit ad sanitatē corꝑis laudāda: nisi debite cōditionata ꝑfecteq̃ mollita: nō autē trāsmollita: vt plerūq̃ molendinarij facere cōsueuerūt: volētes q̄ tātū furfuris cōterat q̄ntū optime farine sunt furati inde farina ipa nigrior reddit ⁊ peior: ⁊ ad sanitatem minime faciēs ꝓpter plurimā subtilis furfuris quantitatē ei admixtā. Ex qua nō pōt fieri nisi panis furfuraceus q̄ velociter de stomacho descendit: vt princeps ait in. iij. primi. c. sepius allegato. ⁊ in. ij. canonis. c. ꝓprio sic etiam inquit. Panis opirus q̄ est multi furfuris velocis est penetrationis: sed est minoris nutrimenti ⁊ deterioris: ⁊ preter hoc est durus ad digerēdū ⁊ doloris ⁊ inflationis generatiuus: ⁊ nutrimēti illaudabilis: vt dixit Isaac i vniuersalibus dietis. c. xj. Et in particularibus sic etiā inquit. Natura corticis triticei calida est ⁊ sicca ac colatiua ⁊ mūdificatiua magis q̄ farina: nutrimētū tn̄ eiꝰ paruissimū est quinimmo pessimū cum panis furfuraceus generet melācoliā: teste Auicē. in cātica textu cōmenti. cxxx. que fuit Gal. sn̄ia vt refert Rasis in libro. xxj. cōtinentis. c. xxviij. dicentis. Panis habēs multū de furfure nō trahit morā in stomacho ⁊ est pauci nutrimenti ⁊ in quo est parum de furfure est econtrario. Et infra auctoritate Ruffi etiam sic inquit. Panis quāto mūdior tāto magis generat humorē meliorē: tn̄ est tardi descēsus. Ille v̄o q̄ non est bene mūdus ⁊ multi furfuris generat malū humorē ⁊ est velocis descēsus. Et ꝓpterea farina debet esse sufficiēter ⁊ nō superflue mollita vt cortices grossi remaneant et non possint cū cribrant cū farina ꝑ setaceū trāsire ⁊ inde mundior ⁊ salubrior fit ipa: dicente Isaac in vniuersalibus dietis. c. allegato. Farina ꝑfecte mollita et a furfure et cortice mūdata melior est ad mutandū in stomacho ⁊ ad venas totūq̃ corpus penetrandū facilior ⁊ mēbroꝝ totius corporis nutribilior: que autem nō bene mollit ecōtrario. Quod etiam sensit Ruffus vt idem refert in particularibus cum ait. Panis quāto mundior est tāto pluris est nutrimēti: ⁊ durioris ege-

ſtionis:a quo videtur Princeps accepiſſe cũ
dixit i ſecũdo canonis.c.cccccLxxvij. Panis
de ſimila nutribilioꝛ eſt ꝙ̃ alius:⁊ eius nu-
trimentum eſt melius:ſed eſt tardioꝛis pene
trationis.⁊ ab his ſumpſit Auerrois in cõ-
mento.cxxvj.cũ ait. Sciendũ ꝙ panis ex ſi
mila tritici citioꝛis eſt digeſtionis ceteris ⁊
tardioꝛis penetrationis:egreſſiõis:⁊ deſcen
ſus:ſm Gal.qui ꝓbat ipſum eſſe cite dige-
ſtionis ex magna mũdificatione ⁊ ſeparatio
ne ipſius a furfure:quod quidez oĩno eſt in
digeſtibile.Et hoc quidẽ eſt cauſa tardi de-
ſcenſus ipſius.nã furfur ꝓ̃bet pani velocita
tẽ egreſſus:et hoc opinati ſunt poſterioꝛes
medici quod panis ex ſimila cõpoſitus dif-
ficilis⁊ tarde ſit egeſtionis.ex q̃bus patet ꝙ
farina debet eſſe mũda ⁊ debito modo mol-
lita:que pꝛima erat cõditionũ ad ꝑfectionẽ
farine requiſitarũ.Secunda autẽ conditio
eſt ꝙ farina non ſit nouiter mollita nec etiaz
iã diu ⁊ ꝑ longũ tẽpus reſeruata : ſʒ media:
cũ dicat Iſaac in particularibꝰ dietis: ꝙ fa
rina que vicina eſt mollitiei ⁊ vicini tẽpoꝛis
calefacit coꝛpꝰ ventremqꝫ conſtipat:igneam
eñ naturã ex mollẽdini inuolutiõe adepta
eſt:vñ ſtomachũ calefacit⁊ egeſtionis hũidi
tatem exiccat.Que vo longinqui eſt tẽpoꝛis
epar calefacit ⁊ a ſtomacho eijcit̃ cito. Que
vo medij eſt tempoꝛis ꝓ̃fatarũ eſt media po
teſtatũ. Talis eñ farina munda ⁊ vt dictuʒ
eſt mollita:eſt illa que comedit̃ ⁊ in cõplexio
ne eſt calida ⁊ humida : vt dixit Serapio in
c.de maturatiua medicina. ⁊ fuit ſententia
Galie. in.v.de ſimplici medicina diſtinctio
ne ſecunda.c.v.Ex tali itaqꝫ farina cũ aqua
ſale ⁊ fermento vt dicetur infra panis eſt cõ
ficiendus ex quibus foꝛma vna ⁊ cõplexio
reſultat qua panis calefaciẽs eſt i ꝓ̇mo gra-
du:vt inq̃t Haliabas in.v.theoꝛice.c.xv.

¶ Cap.lxix.oſtẽdit quomodo ⁊ ex quibꝰ pa
nis laudabilis ſit conficiendus.

AD panem ſanitatis conſerua-
tiuũ faciendũ:tria maxime ne-
ceſſaria debẽt obſeruari.Quo
rũ pꝛimum eſt vt nullũ pꝛeter
mittat̃ ingrediẽtiũ q̃ ſnut hec.
Aqua.ſ.ſal ⁊ fermẽtũ in cõpetenti quantita
te: vt iuſſit Auerrois in.v.colliget.c.de con
plexionibus ciboꝛũ cũ ait.Quãdo panis cõ
ficitur ponitur de ſale cõuenienter: ⁊ cõficit̃
cum multa aqua ad hoc vt ſit ſpongioſus:
⁊ ſit etiam competenter fermentatus. ⁊ cãm
ſubiũxit dicẽs.Quia panis azimus eſt groſ
ſus ⁊ viſcoſus:eodẽ modo non eſt bonꝰ qui
eſt nimiũ fermẽtatus:q2 trãſmutatur ad hu
moꝛes putridos ꝓpter caloꝛẽ extraneũ gene
ratũ in eo.ſ.fermento.Et ꝓpter hoc quãti-
tas fermẽti ⁊ ſalis debet eſſe moderata: qm̃
panis qui fermenti ſuꝑfluum ſaliſqꝫ habuit
parũ nutrit ⁊ non confoꝛtat:virtus eñ ſalis
humiditatẽ eius exiccat:fermentũ autem cõ
mixtionẽ eius ratificat:vt inquit Iſaac vbi
ſupꝛa. Ponatur igit̃ bona quãtitas ſalis ⁊
fermenti in pane:ſed non ſuperflua dicente
Raſi in tertio Almãſoꝛis.c.iij. Panis qui
ex tritico fit melioꝛ redditur quando multũ
ſalis habet ⁊ multum fermẽti ex quibus be-
ne fermentatus citius digeritur ⁊ magis te-
nuis ⁊ ſubtilioꝛ inuenitur. que fuit etiã Ga
lieni ſententia in.v.de regimine ſanitatis di
centis. Panis conueniẽs non debet eſſe ſi-
ne ſale : immo multum ſalis ⁊ fermenti ha-
beat:⁊ coctꝰ ſit diligenter.⁊ in pꝛimo de Ali
mentis.c.de fermento ſic etiã dixit.Optimꝰ
panis ad ſanitatem homini eſt neqꝫ iuueni:
neqꝫ laboꝛanti qui plurimum quidem fer-
mentum habens: ⁊ plurimum ſalis:⁊ pluri
mum a piſtoꝛe laboꝛatus ⁊c̃.Si quis autem
quereret ad q̃d ponit̃ fermẽtũ in pane. Re
ſpõdet Auerrois i q̃nto colliget dicẽs. Pꝛo
pterea ponitur fermeutũ in pane:ad hoc vt
faciat ipſum ſpongioſum ⁊ vt in eo domine
tur aeritas:⁊ ſit facilis ad digerẽdũ: ꝓpter-
ea q2 coꝛpus aereũ leuius eſt ad permutãdũ
pꝛopter ſuam humiditatem: ſicut ſubſtãtia
ſicca eſt dura ad permutandũ ⁊ digerendũ.
Et querenti ad quid ſal in pane ponitur re-
ſpondet Ariſto.in.xxj.ꝓblematũ ꝓblemate
v.dicens.Quia deſiccat ſal pꝛopter qđ ⁊ ſal
uantur imputridi ſalliti.cõſumit̃ eñ ⁊ deſic
catur humidũ ab ipſo quod putrefit calido
⁊ in pane igitur cõſumitur humidũ a ſale:⁊
exalat extra pꝛopter quod veteres panes le
uioꝛes ſunt calidis frigidi exiſtentes:in non

sallitis autẽ hoc humidũ plus existens facit grauiores ipsos. hec ipse phs. In cuius cõmẽto padubanẽsis noster sic ait. Causa huius est: quia sal i sui caliditate ⁊ siccitate habet desiccate illa quibꝰ admiscet: ⁊ ideo panes salliti saluant imputredi: nã per sal cõsumitur resolutione calidi ⁊ desiccatur hũidũ aqueũ quod erat natũ putrescere a calido. Et post multa dixit ꝙ in panibꝰ non sallitis hũidũ aqueũ cõseruat in eis intranspiratũ: cũ nõ sit sal mouẽs ⁊ exiccãs illud: reddit ergo eos grauiores: ⁊ ideo falsi pistores panes nõ saliũt neq͂ decoquũt sufficiẽter vt põderi constituto a preside adequentur. Ex his ergo q̃ diximꝰ. s. ex aqua fermẽto ⁊ sale cũ farina panis fiat ⁊ nõ cũ oleo vel alijs huiusmodi: qm̃ panis sic impastatꝰ cũ oleo est malus q2 tẽpore decoctiõis cõburitur oleũ ⁊ tendit ad sulfurem: testibꝰ Auerroi in. v. colliget. ⁊ Haliabate in. v. Theorice. c. xv. Hoc igitur erat primũ req̃situ ad panis cõfectionẽ vt ingrediẽtia iam dicta ⁊ nõ alia in sufficienti ponerẽtur quãtitate. Secũdũ aũt requisitũ est vt pasta bene malaxet ⁊ domet iuxta p̃ceptu3 Auicẽ. in. ij. canonis. c. sepius adducto dicentis. Et conficiat massa ipsius plurimum qð fit vt panis inde digestibilior reddat. q̃rente em̃ Aristo. in. xxj. ꝓblematũ ꝓblemate. vij. Propter q̃d massa q̃dẽ q̃to vtiq͂ magis ꝯficit difficulter diuisibilis fit: panis aũt facile diuisibilis. Ad qð rñdens ip̄e sic ait. Propter id qð cõficit vehemẽtiꝰ pasta ⁊c̃. Et q2 series eiꝰ est obscura ⁊ lõga nimis dimittã ipam ⁊ loco eiꝰ adducamꝰ cõmentũ Petri de abano sic dicentis. Quanto magis pasta cõficitur ⁊ cõmassatur viscosior reddit: ⁊ cũ sufficiẽter decoquit ex omni p̄te humidũ cõsumitur ⁊ aufert: cũ ip̄m sit debilius ⁊ magis euaporari aptũ ꝓpter diuisionẽ ipsiꝰ in partes minimas: quare ablato hinc humido a pane reddit amplius frangibilis: ⁊ in plures partes diuisibilis quãtũcũq͂ fuerit pasta magis ducta ⁊ malaxata: nã tali confectione adeo in partes paruas humidum redditur dispartitum ꝙ inde frangibilis fit panis ⁊ digestibilis optime: q2 trituratio cibi in ore confert ad digestionẽ. ⁊ hoc est quod voluit Aristo. in textu cum inquit. Oportet enim quod debet digeri diuidi in parua ⁊c̃. Tertium cũ predictis requisitum ⁊ obseruandũ est vt panes non multum parui nec etiam multum magni fiant: sed mediocres: quoniam dixit Isaac in. p. d. ꝙ panis parui ⁊ subtilis interiora ignis perforat ⁊ humiditatem medulle exiccat. Unde parũ nutrit ⁊ tarde egreditur ⁊ ventrem cõstipat ⁊ precipue si sit vno vel duobus diebus a coctione longinquus. Magnus etiam panis non laudatur: dicente ipso vbi supra. ꝙ forma panis magna medulle plus habet ⁊ corticem subtiliorez ⁊ quia medulla grossa est ⁊ viscosa ⁊ humida: vnde est inflatiua flegma viscosum generans propterea paruz nutrit hmõi panis ⁊ ad digerendũ est durus: humiditatem digestionis excitans ⁊ ventrem soluit. Si aũt digeratur pluris est nutrimenti. Et ideo medie existat q̃titatis ⁊ medie erit potestatis ⁊c̃. Concludẽdum est itaq͂ ꝙ panis qui predictas non habuerit cõditiones mali sit humoris generatiuus dicente Gal. i libro de euchimia ⁊ cachochimia. Panes quicunq͂ neq͂ de fermento: neq͂ de salibus sufficienter habuerunt: neq͂ ad plurimum fuerunt elaborati cachochimiores sunt valde: cum viscositate non pauca participent: quare fiant vt diximus.

Cap. lxx. ostẽdit quomodo coquẽdus sit panis: ⁊ que sint nocumenta eius cũ azimus fuerit aut non coctus ad sufficientiam.

Cum diuersimode panes decoqui cõsueuerint necessariũ mihi videtur esse scribẽdũ de modis illis cũ aliqui ipsorũ non ad sanitatem: sed p̄maxime ad egritudinũ faciant generationem: dicamus igitur cũ Galieno in primo de alimentis. c. de Tritico sic scribente. Panes super cratẽ assati: aut p̄ calidũ cinerẽ: aut ignis texta sicut clibano vtentes praui oẽs sunt ⁊ irregulariter dispositi: silr̃ ꝯo ⁊ q̃ extra ip̄oꝝ sup̄assati sunt ⁊ in ꝓfundo sunt crudi subcineritij nominati ab eo ꝙ coquũtur sub cineribꝰ sepulti q̃bus addit ⁊ cinis prauitatẽ: oim̄ panũ sunt pessimi: a quo sumpsit Isaac in par

ticularibus dietis cū ait. Panis sub testis coctus peior est: quia focus tm̄ in vna parte operat: altera vero grossa ꝛ viscosa ꝑmanet: ꝛ ideo ad digerendū durus est. Si ergo comedatur post multū tꝑs inflationē ꝛ dolorē lateris generat: peior aūt oībus est q̄ subtus carbones vel cineres coctus existit qui velociter desiccatur extrinsecus: intrinsecus vero grossus remanet ꝛ viscosus ꝛ multū cineris ꝛ terre ei admiscet: maxime aūt si ligna mollia fuerint ꝛ cito incēdant: vnde inflationes mēbroꝝ et grauitates et visus obscuritates hmōi panes faciūt: quā ob rē dicēdū est cū Auicen. in. xiij. tertij. c. xxix. ꝙ panis in furno coqui debet: nec etiā sit quomodocunqꝫ: sed cū igne cōmēsurato: superexcellēs em̄ clibani calor vituperat ab Ysaac vbi supra dicēte. Magnus focus desiccat ꝛ indurat exteriora panis: mica vero non bene cocta remanet: qꝛ cortex velociter induratus nō ꝑmittit focū penetrare ad interiora inde duabus de causis est illaudādus: vel qꝛ cortex est durꝰ. Et inde nō nutriēs interiora vt feruore incēsus: vel quia grossa est ꝛ viscosa mica: ꝛ ita vtrūqꝫ indigestiuum ꝛ diuersoꝝ maloꝝ humoꝝ gñatiuū. durities em̄ corticis ꝛ intēsio suis siccissimū sanguinē parit ꝛ cōstipat ventrem: viscositas vero ꝛ grossicies mice humores crudos ꝛ flegmaticos faciunt ꝛ solutiones vētris adiuuāt ꝛc. Qđ sensit Haliabas in. v. theorice. c. xv. cū inquit. Laudabilior oibus panis est cuius farina optime pistata est: ꝛ in quo salis oportuna ꝓijcit quātitas beneqꝫ fermētatus est ꝛ in camino coquitur māsueti ignis temperati ꝛ non nimiū calidi quo exteriora panis vrat: interioribus indigestis crudisqꝫ remanētibus ꝛc. Et fuit Galie. snīa in. j. de alimētis. c. preallegato dicētis. Optimi panū ꝓ digestione sunt q̄ maxime fermētati ꝛ q̄ assationē habuerūt a commēsurato igne in clibano: qm̄ amplior q̄dē ignis mox in prima applicatione exteriorē superficiē adurēs obstrachizat: ꝛ accidit secundū ambo prauū fieri panē crudū q̄dē et imperfectū intus habentē ꝛc. Sic ergo temperato ꝛ sufficiēti calore clibani vel furni panis coqui debet ꝛ nō debili vel remisso: qm̄ vt Ysaac inquit vbi supra. Debilitas foci ex defectione sui penetrare interiora panis ꝑ ignescit. Unde diutiꝰ habet immorari: si em̄ anteqꝫ coctus sit extraxeris eū viscosus erit ꝛ fortis digeri. Exercitātibus tamē necessarius: ꝛ si vsqꝫ quo coquat dimiseris: siccus ꝛ durus erit digestioni ꝛ stipticus. superius etiā dixit ꝙ panis nō bene coctus viscositatē creat ꝛ grossiciē: vnde durior ꝛ tardior ad digerēdū ꝓpter hoc aptus est exercitātibus scꝫ forti ꝛ laborioso exercitio: in quibus habundantia caloris existit causa fortitudinis digestionis. qđ etiā voluit princeps in. ij. canonis. c. ccccclxxvij. cū dixit. Ille panis qui nō decoquit bene est plurimi nutrimēti: ꝛ similiter parū habens fermēti: sed eius nutrimētū opilat nisi illos q̄ plurimi sunt exercitij. ꝛ subdit. ꝛ panis de patella est huius generis: eius nāqꝫ pars interior raro decoquitur bene. Et ꝓpterea cōcludēdū est ꝙ quietis ꝛ delicatis ꝛ quoꝝ virtus deficit sicut senibus ꝛ ex egritudine resurgentibus: panis predictus. s. non bene coctus cōueniat minime: sed tm̄ ille q̄ coctus est a tēperato foco q̄ totū corpus panis equaliter ꝑforat. Unde ꝑfecte ꝛ sm̄ qđ oportet coquit: vt ait Ysaac vbi supra. Qui aūt azimus fuerit ꝛ nō sufficiēter coctus a predictis quiescētibus est fugiendus: sicut ꝛ q̄ iam dictus est: ꝓpterea ꝙ in ipsū dure digerit tardeqꝫ de stomacho descēdit ꝛ in vētre dolorē efficit: ꝛ in epate opilationē atqꝫ in renibus lapidē creat: vt dixit Haliabas in. v. theorice. c. xv. Et Rasis in tertio almāsoris. c. iij. ꝛ in. j. suoꝝ afforismorū cū ait. Qui panē azimū comedit grossas egritudines et magnas habebit: qm̄ panis azimus est grossus ꝛ viscosus: teste Auerroi in. v. colliget. qđ cōfirmauit Ysaac in prima doctrina dicens. Azimus panis nimiū nutrit ꝛ diutissime digeritur: ꝓprietatē habet opilationem ꝛ vētositatē generādi. Idcirco oibus naturis incōueniēs est: nisi raro eis q̄ maximis laboribus exercētes sunt vt messores ꝛ hmōi. Gal. quoqꝫ idē sensisse videt cū in primo de alimentis. c. sepius adducto dicat. Athletis q̄dē idoneus panis est: q̄ neqꝫ valde bene coctus: neqꝫ fermētū habet multū: penitus tm̄ infermētatus nulli est vtilis. Quare de bona panis coctura ad tuendam

salutem est valde procurandum ⁊c̄.

¶ Capitulū.lxxj.ostendit qui panis sit laudabilis ⁊ eligendus: ⁊ que sint iuuamenta ⁊ vtilitates eius.

Reliquū est ꝓ complemēto huius materie aliqua alia ad sanitatem de pane subiūgamus nō inutilia: qm̄ posset aliquis existimare ꝙ panis semper bonus esset cū oēs prefatas habuerit cōditiones: ⁊ deciperetur cū nō sit ita: immo panis durus ⁊ exiccatus vel adhuc calidus reprobetur: ⁊ si nullū eoꝝ que dicta sunt ei desit: ⁊ ꝙ ita sit apparet ꝑ Auēzoar in primo.c. suiteisir sic dicente. Panis qui steterit post decoctionē suā etiā vltra vnū diē: suā tēperatā cōplexionē ꝑdit: inquātū est panis ⁊ incipit recipere alterationē: ⁊ q̄̄to magis induraṫ: eius indigestio multiplicaṫ: ⁊ eius siccitas augeṫ: quare humores sicci ex ip̄o ꝓcreanṫ: vnde ip̄m comedere ꝓhibeo. hec ip̄e. Quod etiam in.p.d. inquit cum ait. Panis siccissimus rarus est leuis et causa ablate humiditatis. Unde humiditatem corporis desiccat dure a stomacho eijciṫ: cū diu oporteat immorari ⁊ inde gñatur sitis: qꝛ digestionē desiccat ⁊ vētrē cōstipat. Auicē. quoqꝫ in.ij.canonis.c. ꝓprio dixit. Panis antiquus siccus stringit etiā si ei nō admisceṫ aliud. ⁊ fuerūt verba Serapionis dicētis. Et panis siccus ⁊ vetus stringit vētrē qñ sumiṫ solus ⁊ similiter facit panis biscoctus: vt Rasis inquit in.xxj.cōtinentis.c.xxviij. Cōsimiliter panē recētē ⁊ calidū oēs antiqui ꝓhibuere ad sanitatem. de quo dixit Isaac vbi supra. Panis qui ea die comediṫ minus est nutritiuus: velociter digeriṫ: tarde descēdit: qꝛ extrinsecus infrigidaṫ ⁊ poris clausis ⁊ calore recluso interius manet fumus ⁊ inde exire nō pōt poroꝝ opilatione ⁊ reuertens inuenit aliā fumositatē quibus grossicies fumositatis ⁊ inflationis cōficitur: ⁊ inde durus ⁊ indigestus ⁊ inflatiuus stomacho reddiṫ. Et ideo dixit Auenzoar loco superius allegato. Dicūt medici ⁊ est verum ꝙ comedere panem cōueniēter fermentatū ⁊ optime malaxatū ⁊ coctū eodē die post recessum tamen caliditatis acquisite ab igne iuuat in sanitatis cōseruatione. Et quēadmodū panē frigidū post diem vnā comedere nocet: ita ⁊ calidū: eo ꝙ si quis eū sic comederit infunditur ipsius calor igneus in stomacho ⁊ ip̄m corrūpit: ⁊ stomacho dñatur: qꝛ difficilis digestionis valde efficitur. qđ sensit Auicē. in.ij. canonis.c.cccccl xxvij. dicens. Panis nō comedaṫ calidus sicut est: qm̄ panis calidus nō est apud naturā receptibilis: ⁊ acceptio eius qui est de furno ⁊ reliquoꝝ similiū est mala. Et infra iterū ait. Panis calidus facit sitim sua caliditate et natat ꝓpter suam humiditatem vaporosam ⁊ faciat velociter ꝓpter illud ⁊ est tarde descēsionis: que fuit sententia Rasis in.xxj. continētis.c.xxviij. sic scribētis. Panis calidus habet caliditatem accidētalē ⁊ humiditatem vaporosam. Et ꝓpter caliditatem accidentalem inducit sitim: ⁊ ꝓpter humiditatem vaporosam supernatat ⁊ erit difficilis digestionis ⁊ descēsus ⁊ inflat: preter illa duo que diximus et replet velociter causa sue caliditatis ⁊ supernatationis. Cōcludamus ergo cum Haliabate in quinto theorice.c.xv. sic dicēte. Panis calidus cum ex camino extrahitur omnibus reliquis peior est: qm̄ immoraṫ eius a stomacho descēsus ⁊ sitim ꝓuocat ⁊c̄. Et cum Isaac in. p. d. sic scribente. Panis ille est melior qui post primū diem vel scđm accipitur: qm̄ intus ⁊ exterius frigiditas dominatur: ⁊ ꝓpterea hic laudabilis est nutrimenti: qꝛ neqꝫ grossus: neqꝫ viscosus existit. Hic itaqꝫ panis qui omnē habuerit laudabilem conditionē vere erit precipuus cibus ad humani corporis nutrimentū ⁊ eius naturaliter simile complexioni cū calidus sit in secūdo gradu: vt Isaac ip̄e sic demōstrat. Triticum ꝺm sui naturam substantialem in primo gradu calidum est ⁊ humidum ⁊ siccum mediocre. Panis ex eo factus calidior est in scđo gradu: adipiscitur em̄ id ex calore ignis ⁊ coctione: ad quod addit sal ⁊ fermētum: ⁊ testatur hoc elemētoꝝ in rebus actio. Uerbigratia. Melones cum in natura sint frigidi et humidi in secūdo gradu: eorum semen desiccatum ad solem concipit siccitatē.

Ordeū autem et faba cū in ꝓpria natura sue substātie facta sint sicca: si coquant in aqua hūiditatē assumūt etc. Et sic habemus panis cōplexionē. Qui aūt optimus sit et eligēdus panis ad tuēdā sanitatē licet ex iā ꝓhabitis satis patere possit: attamē ad ampliorē intelligentiā dicemus cū Auerroi in cōmēto. cxxvj. canticorum sic dicente. Melior ex panibus est ille q̄ sic ꝓparatur: vt similis spōgie efficiat equaliter et tēperate fermētatus et in clibano cōuenienter decoctus. et fuit sententia Gal. in ꝓmo Terapētice. c. vj. sic scribētis. Panis bonus debet esse clibanarius purus sine furfure: studiose q̄dem coctus habēs aūt fermētū et sal sufficiēter. et in ꝓmo de Alimētis ait. Optimi panū ꝓ digestione sunt q̄ maxime fermētati: et qui assationē habuerūt a cōmēsurato igne in clibano. et in libro de euchimia. c. ij. Euchimorū cibariorum tritici q̄dē sunt panes puri elaborati bn̄ cocti s̄m certitudinē habētes commixtionē et fermētationē moderatā et de sale cōsimiliter. Huius itaq̄ panis iuuamenta qui moderatus est in oībus supradictis hec sunt: sc3 in stomacho pfecte digerit et sanguinē in corpore clarissimum generat: vn̄ nature confortat actiones: propterea cōmodus est eis qui inquiete sunt et delitiarū delectatione: et eis quorum digestio defectum patit: et seniorū et egritudinē exeuntiū etc. Teste Isaac vbi supra. De pane aūt facto ex alijs granis dicimus cum Auerroi in quinto colliget. q̄ habet illam virtutem quā habēt illa grana que cum oīa ferme illaudabilia sunt et panis ex eis confectus similiter.

¶ Cap. lxxij. ostēdit quāta sit conuenientia carnis ad corpus humanū: et preponit que cōsiderāda et scribēda sint de carne.

SI hoīes antiq̄tus erāt cōtēti comestione glādiū et castanearum: vt dixit Gal. in scd̄o Alimentorum. hac tn̄ nr̄a etate valde ab eis degenerasse vident cum non solum siluestribus cibis: sed et domesticis delicatissimisq̄ ac q̄pluribus non sint contenti. Et propterea pane etiā optimo nō saturati: diuersa carnīū et animalium genera ad esum inuenerunt: quod equidem a viris sapientissimis habuisse initium: existimamus: magis vt proportionale et sibi cōueniens cum oporteret: humanū corpus acciperet nutrimentum: q̄ vt proprie gulositati satisfacerēt. Rationaliter eīm cognouerūt q̄ facilius caro ex carne fieret q̄ ex quocūq̄ alio cuiusuis generis et cōditionis cibo: qd̄ cū experti fuissent grandē corporis cōfortationē ex eius comestiōe ꝑceperunt qm̄ cū caro sit corpus calidū et humidū molle ex sanguine generatū: vt ait Cōciliator: nō immerito est cibus cōfortans corpus et est cibus magis ꝓpinque cōuersiōis ad sanguinem et ad nutrimentum. teste Auicē. in canonis scd̄o. et Rasi in tertio Almansoris. c. ix. dicente. Caro omnibus nutrientibus vehementius nutrit corpus ꝑterea īpinguat et corroborat. et in libro. xxiij. ꝯtinentis. c. lxxiij. Caro quotiens bene digeritur generat sanguinē bonū et conferentem et proprie si fuerit de carnibus animaliū bonorū humorū ad modū carnis porcine etc. Et in. xxv. libro eiusdē. c. j. Nutrimentū carnis cōuenientis corporis bonū est quoniā auget cito carnē ipsius et illud corroborat finaliter: qm̄ oīs res corroborās alid̄ similis est rei corroborate p eā. Hoc quoq̄ sensit Haliabas in quinto Theorice. c. xxj. Caro omnis calida est et humida multi nutrimenti et multū generans sanguinem: et id̄ sapientes fuerunt qui vsum eius vt diximus inuenere. de ipa ergo in presentiarū sermonē facere intendimus preponentes aliqua prius vniuersalia: deinde v̄o ad particularia magis descendemus de carne cuiuslibet aīalis vsitata specialiter pertractando. Dicamus igitur in hoc. c. q̄ in carniū comestione multa est adhibenda diligentia vt vnusquisq̄ pro sui sanitatis conseruatione sibi carnes conuenientes sciat eligere: reliquis v̄o aut nunq̄ aut vtatur q̄rarissime: non enim carnes omnes faciunt ad sanitatem: sed tantūmodo ille que humanā naturam nutriunt et ille q̄ cōplexioni sue sunt vicine: sicut porcine agnine hedulinee et similes. vt inq̄t Isaac ī vniuersalibus dietis. c. xiij. Carnes v̄o erītij vulpis lepori et similiū nature hūane nō sūt similes: imo earū nutrimēta sūt pessima: qd̄

testatur grauitas odoris ⁊ vicinitas fetoris ⁊ ideo ab hūanis cōplexionibus sunt discedentes: vt idē ait vbi supra. ⁊ fuit sententia Rasis ī tertio Almāsoris. c. ix. dicētis. Que carniū malū habēt odorē sunt sanguinis generatiue deterioris ideoq; nullo mō comedi debēt ⁊c. Dimittēde sunt ergo huiusmodi ab oībus a nōnullis ꝟo subtiles ⁊ laudabiles vt a fortiter exercitātib⁹: sicut neq; grosse ⁊ ad digerēdū dure a quiescētib⁹ sunt māducāde dicente Almāsore vbi supra. Caro grossa multū laborantibus conueniens est: subtilis autem his qui predictis sunt contrarij conuenit: que autē sint subtiles ⁊ que grosse expressit Auicē. in. xiiij. tertij. c. xxj. dicens. Carnes subtiles ⁊ leuis digestionis sunt caro hedi ⁊ ꝑdicū ⁊ turturū nō supflue pinguium ⁊ galline. Carnes ꝟo grosse sunt epar: splē: cor: carnes hircorū ⁊ arietū ⁊ similiū: ꝑter hec etiā ad carniū cōueniētiā est necessaria cōsideratio multarū rerū ex ꝑte iporū aīaliū quoꝝ carnib⁹ intēdim⁹ vti an. s. domestica sint siluestrib⁹ meliora ⁊ domesticorū: an q̄ in domo sunt nutrita: an q̄ in cāpis tantūmodo vescūtur. Similiter an masculina sint feminis laudabiliora: ⁊ an castrata sint coire potētib⁹ vtiliora: ex ꝑte quoq; etatis: an. s. tenera ⁊ lactētia sint adolescētibus iuniorib⁹ vel senioribus ⁊ decrepitis saniora: ex ꝑte etiā habitudinis: an pīguia macra vel mediocria sint magis eligēda. Et si assata vel elixata sint comedēda. Deinde magis specialiter de oīb⁹ ambulātibus vsitatis domesticis ⁊ siluestrib⁹ vidēdū erit. Demū si volatilia sint gressibilibus siue ambulantibus et quadrupedib⁹ meliora ⁊ q̄ sint ea ⁊ quāto tempore sint anteq; comedantur interficienda: scribēdū erit ⁊ cōsiderādū. Postremo de mēbris oībus q̄ cōmendata sint ⁊ q̄ ad sanitatē reprobata: vt vnusq̄sq; cōuenientes ab incōpetētibus possit discernere ⁊ ad sui salutē cōseruādā eligere. Hoc aūt in plerisq; sequentibus capitulis deinceps domino cōcedente prosequēdum. quare ⁊c.

¶ Cap. lxxiiij. ostēdit q̄ caro melior sit ⁊ eligibilior ad sanitatē: an ea q̄ ex domesticis accipitur aīalibus: an q̄ ex siluestribus.

Ex multis causis domesticorū aīaliū carnes sunt siluaticis siue siluestrib⁹ meliores. Et propterea magis eligende: vt voluit Haliabas in q̄nto Theorice. c. xxj. dicens. Siluestriū caro oīm mala est: sanguinē eñ generat grossum melācolicūq;. ⁊ Isaac in vniuersalibus dietis. c. xiij. cū inq̄t. Domestica aīalia saporiora ⁊ nutribiliora sunt siluaticis: exceptis capreolis: qꝛ minoris sunt caloris ⁊ maioris humiditatis siluaticis alijs ⁊ inde laudabiliores. ⁊ infra sic etiā ait. Antiq̄ dicūt domestica aīalia accidētaliter ꝑtinere ad pauca nutrimēta. Siluatica ꝟo accidētaliter ꝑtinere ad multa: domestica eñ ⁊ si multū nutriāt naturaliter: qꝛ inde a mēbris cito dissoluūtur: mēbra semꝑ inaniūt: ⁊ alius cib⁹ ad cōplementū querit ⁊ sic paruum nutrimētū acquirit inde. Siluatica ꝟo ⁊ si parū nutriāt naturaliter: quia dure a mēbris dissoluūtur ⁊ tarde: sufficiunt tamen mēbris vt nō pauperētur in cibis q̄rēdis ⁊ inde antiq̄ nutritiua multū ea dixere. Siluatica ergo aīalia ad confortādū mēbra bona sunt: domestica ꝟo ad sanitatē custodiendā. Cuius dicti rationē ipse assignauit in particularibus dietis cum ait. Aialia domestica ad siluestriū cōparationē calorem ⁊ siccitatē habent temperatiorem: ꝑpter sue q̄etis ⁊ aeris tēperiē: proīde sunt nutribiliora ⁊ laudabiliora. ⁊ adhuc magis in processu loquens de volatilibus dixit. Domestica plus nutriūt ⁊ sunt tēperatiora: atq; laudabilē generāt sanguinē ꝑ sui hūiditate laborisq; tēperie. qđ etiā sensit Gal. in libro de subtiliante dieta. c. viij. dicēs q̄ que dietant in mōtibus aīalia oīa sicciora ⁊ calidiora sūt cōplexionibus ⁊c. Et in tertio de Alimētis c. xiij. Caro domesticoꝝ aīaliū humidior est ea que siluestriū: ⁊ ꝑpter humiditatē aeris in quo versantur: ⁊ propter desidiosuȝ vite. que aūt in montibus defatigant ⁊ laborant sepe ⁊ in sicciori aere morant: propter hoc caro ipsoruȝ est durior ⁊ minus putrescibilior. ⁊ subdit postea. Quod alimētū siluestriū sine superfluitate est magis domesticorū ⁊c. Ubi sciendum et intelligendum est q̄ Gal. nō laudat ibi siluestria ad comparationem

domesticorũ absolute. Sed tantum respectu eorũ q̃ in domo sine aliquo exercitio vel labore nutriuntur: huiusmodi enim: vt infra dicemus: sunt longe peioris nutrimenti q̃ siluestria: cũ etiã stat q̃ ⁊ siluaticorũ carnes sint illaudabiles. ⁊ q̃ ita sit apparet per Isaac in vniuersalibus dietis. c. supius allegato dicentẽ. Quecũq̧ aĩaliũ ⁊ nascentium in calidis ⁊ siccis locis innascũtur calidiora ⁊ sicciora sunt ⁊ ad similandũ membris velociora: sed ad digerendũ ⁊ penetrãdũ corpus dura: vnde sunt illaudabiliora q: caro eorũ dura ⁊ sicca nutrimenta facit. Et infra etiam dixit. Oĩa siluestria aĩalia non saporita sunt neq̧ nutribilia sunt sicut domestica p̃ter capriolos ⁊c. In particularib⁹ sic quoq̧ inq̃t Siluestria aĩalia sunt calidiora ⁊ sicciora ⁊ indigestibiliora: illaudabile nutrimentũ generantia: propter multitudinẽ motus ⁊ laboris eorũ: ⁊ ppter calorem ⁊ siccitatẽ sui inhabitantis aeris: qđ fit ppter calorẽ solis: ⁊ ppter indigentiã vmbre ea a sole operientis. Unde siluestria aĩalia minus boni sunt nutrimẽti in q̃titate ⁊ qualitate ⁊c. Qđ etiam sensit Rasis in Almãsoris tertio: loquẽs de siluestribus inquit. Oẽs carnes iste sanguinẽ generãt melãcolicũ. Ex qb⁹ clarissime patet primũ circa carnes aĩaliũ cõsiderãdũ. s. q̃ domestice siluaticis ad sanitatis cõseruationẽ magis ab auctorib⁹ approbent. Et iõ siluestriũ carnes vbi domesticorũ copia habetur ab oĩbus postponẽde sunt.

¶ Cap. lxxiiij. ostẽdit que caro domesticorũ melior sit ad sanitatem: an eorum que in domo continue nutriuntur: an illorum que in campis pascuntur.

Non solũ naturas quorũdam aĩaliũ scire sufficit. Sed etiã q̃titates nutrimẽti ⁊ qualitates digestiõis in quibuslibet specieb⁹ ⁊ opꝫ vt inuestigem⁹ loca ⁊ pascua ⁊ aerẽ ⁊ quãtitatẽ sui motus ⁊ quietis: vt inq̃t Isaac in. c. xiij. dietarũ vniuersaliũ. Circa que non modica quidem est habenda solicitudo a volenti suã conseruare sanitatẽ: qm̃ ex iã dictis bona ⁊ salutifera ⁊ qñ morbosa ⁊ pniciosa est caro eorundem aĩaliũ i specie. ¶ Nã ea q̃ domo alũtur aĩalia loci quietis: ac nutrimẽti superabundantis ratione non approbant: dicẽte Isaac vbi supra. Que in domibus nutriũtur ⁊ incrassantur: carnes habent viscosiores ⁊ grossiores propter multas comestiones. Et sui cibi corruptiones ⁊ grossities: vñ duriores sunt in stomacho ⁊ epate: ⁊ ad digerendũ tardiores. Si tamẽ bñ digerant nutriũt multum ⁊ mẽbra cõfortant. Qđ tamẽ raro. s. contingit vt bene digerant: qm̃ vniuersa aĩalia q̃ inexercitata sunt superfluitates sunt habentia: vt dixit Gal. in. ij. terapẽtice. c. ij. Et in libro de subtiliãte dieta. c. viij. idem sensit cũ ait. Colũbe que in turribus meliores sunt eis que sm̃ domos: ita aũt ⁊ porci montani sunt meliores domesticis ad esum. ⁊ subdit. Et vniuersaliter oĩa que exercitant nõ exercitatis. Et q̃ siccioribus cibis vtũtur eis q̃ hũidioribus. Et q̃ parũ ⁊ subtilẽ aerem respirãt meliora sunt contrarijs. Domesticorũ enim porcorũ carnes oĩm quidem ciborũ sunt nutritiuissime: multã aũt habent in seipsis viscositatem ocio ⁊ dieta ⁊ copia cibi humidioris. Sed ab his q̃dem abstinere oportet omnifariam eum qui curat de subtiliante dieta ⁊c. Quemadmodũ aũt de his tãtũmodo expressit animalibus pariter ⁊ de alijs est intelligendũ: a quo sumpsisse videtur Isaac cũ in suo de particularibus dietis. c. de pecudib⁹ dixit. Caueant hoĩes aĩalia siluestria in q̃ete viuentia ⁊ etiam multo magis domestica. Et postpauca causaz adducit dicẽs. In q̃ete enim viuentibus ⁊ delectationẽ assuetantibus modicus est calor: et copia humorũ frigidorũ ⁊ viscosorũ. Et qb⁹ necessario calor eorũ sit defectus: addit etiam ad malitiã carnis horũ aĩaliũ nutrimentum quo ipsa vtũtur quod forsitan suis complexionibus nõ est in totum appropriatum: quemadmoduz si in campis ⁊ pratis essent sibi reperirent et propterea illaudabilia reddũtur. Et hec nõ nostra est sed Isaac sententia in libro de vniuersalibus dietis. c. xiiij. dicentis. Oĩa animalia si cibos cõpetentes sibi ⁊ sue cõplexioni vnde saturentur inueniunt carne saporiora ⁊ laudabiliora fiunt: non inuenientia vo

his contraria:huiusmodi autem sunt que in domibus tenentur ergo illaudanda:que autem sint talia sibi appropriata nutrimenta declarat ipse in eo loco dicens. Animalia paruas et minimas herbas pascentia sunt bonitate carnis laudabiliora ab initio veris usque ad medium estatis:his enim temporibus sibi competentes cibi inueniunt:vnde et in his temporibus grossiora et teneriora fiunt et laudabilis nutrimenti.et postea subiunxit. Extrema ramorum pascentia ab initio estatis vsque ad medium hiemis sunt bona:tunc enim rami teneriores sunt. et post alia quedam sic etiam ait. Animalia que ramos comedunt teneros et frondes: meliora sunt quam que domui aluntur : et propterea in illo.c.auctoritate Hipocratis ipse concludit. quod sine dubio animalia que in campis et pratis degunt carne sunt leuiora et faciliora ad digerendum:plusque ea que in domibus pascuntur:quorum quidem ratio duplex est vt ipse dixit ibidem. Una quod animalia que parum sunt comedentia : vt illa que in campis scilicet multum comedentibus et bibentibus sunt meliora quemadmodum:scilicet sunt ea que in domibus aluntur. Alia autem causa ponitur ab eo in.c.xv.eiusdem libri sic scribente. Carnes animalium que semper sunt mouentia ad digerendum:sunt velociores et saporiores et venarum sunt penetrabiliores:quoniam motu subtiliantur humores:caro leuiatur:et calor temperatur. Semper autem quiescentium his sunt contrarie : quia quies refrigerat:carnes grauat:et ad digerendum indurat:et propterea possumus concludere cum eodem in.c. xiiij. preallegati operis. quod animalia domestica pasta in montanis et siccis locis sunt mediocria in omnibus inter siluatica et domestica domi nutrita:ideo carnes eorum ceteris laudabiliores et conuenientiores et perfectiores in custodienda sanitate et confortatione et in membris assimilatione etc. Maxime itaque sunt fugiende carnes domestice domi nutrite si humide fuerint complexionis : vt carnes porcorum auium et columbarum et similium.

¶ Cap.lxxv.ostendit que magis eligenda sit ex carnibus masculorum feminarum et castratorum animalium.

Sexus quoque animalium quorum carnes comedimus est considerandus cum non parum faciat ad sanitatis conseruationem ipsius habita diligentia. Nam masculorum carnes sunt vt plurimum laudabiliores quam feminarum et hoc pluribus de causis vt sensit Isaac in c.xiiij. dietarum vniuersalium dicens. Non dubitauerunt antiqui phisici quod animalium masculus calidior et siccior sit minusque viscosi humoris et nutrimenti subtilioris quam femina. Femina vero econtrario: ideo omnis masculina caro laudabilior et digestibilior est:caprina excepta que calidior et siccior est temperamento. Et in particularibus.d. sic etiam inquit. Masculina omnia femininis sunt calidiora et minoris humiditatis. Sunt etiam laudabiliora et digestioni faciliora:feminina vero quia minorem habent calorem et humiditatem maiorem ad digerendum sunt tardiora. Quod etiam voluit Rasis in libro.xxiij.continentis .c.cciij. cum dixit. Caro masculina est siccior feminina. Et Auicen.in secundo canonis.c.de carne dixit. Caro nigri est leuior et suauior et similiter caro masculi et hoc quia calidior est et siccior femina autem frigida et humida vt ait Aristo. in quarta problematum problemate.xxv. Et propterea dicebat Gal.in commento pulsuum primo. quod calidior sit masculus quam femina ab optimis anterioribus medicis et philosophis dictum est et a nobis alibi demonstratum est:cuius signum posuit Auicen.in prima primi doctrina.iij.dicens. Femine sunt masculis in creatura minores et hoc quia non nisi frigidiores illis in complexione existunt etc. Ex quibus patet quod ceteris paribus caro masculorum est melior digestibilior et laudabilior : et per consequens magis quam caro feminarum est eligenda non existente tamen in omnibus paritate:caro feminarum quandoque magis eligenda foret vt si compararetur iuuenca adolescens adhuc vel vitula vt malis dicere:seni et iam decrepito boui : et sic de alijs : vt patet manifeste etc. Quid autem de castratorum carne sententiamus scribamus modo dicentes. quod ipsa media sit inter masculorum et feminarum carnes: non adeo bona sicut ea que masculorum: exceptis caprinis : castratis gallis et huiusmodi acuitatem habentibus: vt

infra ⁊ in pcessu magis videbit: nec tātum mala sicut ea que feminaꝝ: quequidē est sententia Isaac i libro.p.d.sic scribētis. Castrata aialia q̄uis pp̄ter humiditatem feminis sint vicina in calore tn̄ sunt discordantia: q: calor eoꝝ iter vtrūq; sexū est mediocris. Castrata nāq; aialia maiorē q̄ feminina habēt calorē ⁊ minorem masculinis: idcirco digestibiliora sunt feminis. in.c.vo.xliij. vniuersaliū dietarū sic etiā ait. Castrata aialia inter cōplexiones maris ⁊ femine sunt mediocria in specie sua: ideo actiōes sue ⁊ passiones feminis sunt vicinātes: q: ⁊ si quilibet masculus nascat: nobilissima tn̄ mēbra que naturalis caloris sunt fundamēta amisit inde calor defecit. Sciēdū tn̄ est ꝙ hec dicta de castratis quadrupedū maxime sunt itelligēda: nō aūt de castratis volatiliū quoꝝ nōnulli magis q̄ masculi cuiuscūq; generis magis approbant: dicēte Isaac in.p.d. Volatilia castrata oībus aialibus ambulātibus sunt vtiliora. Necnō galli castrati oībus volatilib⁹ cōuenientiores cū laudabilius nutrimētum ⁊ pfectū generēt sanguinē: qd̄ ⁊ i.c.xvj.v.d. voluit cū ait. Castrata volatilia ad cōparatione ambulātiū sunt meliora: laudabilē eī sanguinē sunt generātia. Et ifra. Gallus caponatus plurimū est laudādus qm̄ complexio sua in quattuor qualitatibus est temperata ⁊ inde nutribilior ⁊c̄. Ecce igitur ꝙ castrata volatilium plusq̄ masculi non orbati sunt cōuenientia. De quadrupedib⁹ aūt oībus nō sic est vt ex dictis auctoꝝ p̄allegatis cōprehēdi pōt q̄clarissime. De ouibus ⁊ capris vel hircis castratis in presentiarū nihil dicere volumus: q: in sequētibus de ipsis ꝓpria faciemus capitula si deus voluerit.

¶ Capitulū.lxxvj.ostendit que caro melior sit animaliū nouiter natorum vel iuuenū aut veterū ⁊ decrepitorum.

Utile perfecto ac pmaxime necessarium ad sanitatē cōseruādaꝫ nō minus q̄ ad bonitatē carnis cognoscēda est pcognoscere aialium etates. Qm̄ caro eiusdē animalis in vna etate ⁊ a sapiētibus approbatissima: in altera vo egritudinalis ⁊ plurimū ab eiusdem detestata atq; phibita. Et ppterea dicēdū est in hoc.c.ꝙ ⁊ si plerūq; aialiū lactētiuꝫ carnes vtiles sint ⁊ ad custodiā salutis facere videantur nō tamen omnes sunt huiuscemodi. Sed ille tātūmodo que siccorum sunt animaliuꝫ: vt placuit Isaac i vniuersalibus dietis.c.xliij.dicenti. Lactētiū carnes sunt humidiores ⁊ a stomacho lubriciores: vētris solubiliores: sanguinem flegmaticū ⁊ multū superfluitatem generātes: nisi sicce sint naturaliter sicut bouine ⁊ caprine quarū nutrimēta sunt ceteris laudabiliora: ⁊ maxime bonum lac sugētia. Et postea subiūxit ꝙ si animalia lactentia naturaliter fuerit humida sunt pessima: quia humiditas naturalis ⁊ humiditas etatis in eodē se colligūt: ⁊ inde fiunt grossa ⁊ viscosa: ⁊ ad digerendū dura: ⁊ corruptū nutrimentuꝫ facientia. Et cuꝫ humide sint complexionis flegmaticos generāt humores ⁊ calidos fumos ⁊ corruptos. Et inde est ꝙ lactētia porcina ⁊ agnina sunt pessima: sed plus porcina ex naturalis caloris paruitate: ⁊ viscositatis ⁊ humiditatis dominio. Et ideo sunt fugiēda. quod etiā in libro particularinm replicauit dicēs. Lactens animal calidius ⁊ humidius est animalibus oībus atq; teneriorē habet carnem pp̄ter sanguinem materie sue cōplexioni dominātem: pp̄ter hoc igitur sunt quedā aialium in suo gn̄e humida sicut porci ⁊ pecudes que necessario de duabus partib⁹ habēt humiditatē: ex etate.s.⁊ cōplexione quare quod ab eis generat est viscosum digestiōi difficile: facile tn̄ de stomacho descēdit difficillime a mēbris dissoluit ⁊ viscosum generat flegma maxime si nō sit ex masculinis aialib⁹. ꝙ si fuerint animalia i suo genere sicut caprina ⁊ bouina suaꝝ cōplexionū siccitas cū humiditate etatis tēperatur. Unde sunt leuiora ⁊ digestiōi cōpetentia maxime si masculina sint: ideoq; lactātiū corpora caprina ⁊ bouina sunt laudabiliora porcinis ⁊ pecorinis. Que fuit etiam Gal.in sententia i.iij.de alimētis.c.xiiij.dicētis. Caro quidē humidissima est post parturitionē. Et in libro de euchimia.c.iij. Carnes iuniorum animaliū digestibiles sunt preterq̄ si postq̄

nata fuerint mox comedātur: superfluitati-
bus enim plene sunt oēs he. Et maxime eo-
rū que humidiores habēt natura carnes si-
cut agnoꝝ ⁊ porcoꝝ. Hedoꝝ vo ⁊ vituloꝝ
que sicciora sunt animalia multo sunt melio
res ⁊ ad digestionē ⁊ ad nutritionē. Et in li-
bro de dissolutione continua sit quoqꝫ ait.
Omne quod est ex animalib⁹ siccis paruum
velocius digeritur q̄ magnū: ⁊ ideo caro vi
tuli velocius digerit q̄ caro bouis ⁊ hedi: ⁊
annualis agni velocius digeruntur carnes
q̄ caro antiquorū ⁊ q̄ caprina. Et omne qđ
est ex animalibus huiusmodi magis ⁊ velo-
cius digeritur q̄ anteqꝫ durescant: eoruꝫ vo
que humida sunt ecōuerso. Et ideo annalis
ex pecude velocius digeritur q̄ agnus. Et
caro omnis animalis qđ est in augmento et
cremento velocius digerit q̄ ei⁹ quod inue
teratum est ⁊ antiquū ⁊c. Et ꝓpterea idem
dixit in scđo de cōplexionib⁹. c. ij. Caro ani-
malis cum nascitur fit insipida ꝓpter multi
tudinem humiditatū in ea ⁊ proprie que hu
mida natura est. Et ideo cōcludit Rasis in
xxiij. continētis. c. cciij. Nō debet comedi ca
ra morticina neqꝫ macilenta valde: nec etiaꝫ
caro illius qđ natum est in minori tempore
vnius mēsis. Sic ergo dicemus cum Isaac
in loco superius allegato dicēte. Pulli sic-
corum animalium meliores sunt. Humido-
rum vo ⁊ frigidorū maiores. Iuuenes igit
sint porci pecudes ⁊ huiuscemodi animalia
natura humida. Que vo sunt sicca lactātia
comedantur. Qđ etiam in particularib⁹ vo
luit cū ait. Animalia in iuuētute manētia ca
lidiora sunt lactētibus in qualitate: in quā-
titate vo minime: qm̄ eoꝝ caro siccior est ꝑ
sue natiuitatis remotiōe. Uñ aīalia si sunt
sicca sicut boues: capre: habent siccitatem ex
duabus ꝑtibus. s. ex etate ⁊ cōplexione: sunt
ergo dura ac indigestibilia: ad dissoluendū
tarde illaudabile quoqꝫ nutrimentū donan
tia. Qđ si sint aīalia genere sua hūida sicut
pecudes ⁊ porci naturalis eoruꝫ humiditas
cū sua siccitate tēperatur: ideo iuuenes por-
ci ⁊ pecudes meliores sunt ⁊c. Qđ Gal. ac-
cepit vt visum est supra. ¶ Quod aūt de an
tiquatis cuiuscūqꝫ generis sunt aīalib⁹: dici
mus est id qđ scripsit Isaac i. v. doc. c. xiiij.
di. In estate quarta aīalia oīa sunt pessima
⁊ ad digerēdū durissima. Et īfra etiā sic ait.
Que magis sunt annosa aīalia mēbris sunt
sicciora ⁊ ad digerendū duriora: ⁊ quāto mi
nora tāto mēbra sunt tenuiora ⁊ ad digeren-
dū velociora: cuius causam in. p. d. assigna-
uit dicens. Decrepita quidē aīalia sunt sic-
ciora ⁊ duriora: q2 naturalis calor eoꝝ defe-
ctissimus est extinctioniqꝫ parat⁹ ⁊ eoꝝ hu-
miditas vicinit⁹ finiēda: ⁊ quia virtus eoꝝ
digestiua est defecta sunt accidētaliter aqui-
sita humiditatem crudam et innutribilem:
ideoqꝫ ad digerendū difficilia ⁊ ad dissoluē
dum tardissima illaudabilē chimū vtpote
viscosum flegma generātia. Sed tamē si na-
turaliter fuerint calida minus nociua erūt:
econuerso vo si fuerint pessimā inferūt lesiō
nem ⁊c. Cōcludamus igit propositū nostrū
cū Almāsore in libro. iij. c. ix. sic dicēte. Ani-
maliuꝫ decrepitoꝝ ⁊ impinguatoꝝ caro ma
la est: nec est in comestiōe eius vtilitas. Que
aūt media reperitur mediocris existit. Que
fuit etiam sentētia Auenzoar in. s. c. sui Tei-
sir sic scribentis. Dicunt medici ꝙ comedere
carnes antiquas ⁊ veteres est materia egri-
tudinū. ⁊ Gal. in. ij. Terapētice. c. ij. di. Om-
niū aīaliū fugienda sunt vetera ⁊ nouiter na
ta: nam hec quidem duriora sunt ⁊ indigesti
biliora: illa vo q2 vltra q̄ oportet humida
⁊ superfluitatē generantia ⁊ maxime quecū-
qꝫ animaliū sunt humida sicut oues ⁊c. ⁊ in
iij. de Alimētis. c. xviij. sic etiā iquit. Opor
tet cognoscere crescentiū carnem multo me-
liorem esse ea que ꝑuectoꝝ: mediā aūt am-
boꝝ ea que in statu: prauā vo ⁊ eā que oīno
iuuenū: sed subcontraria ei que eoꝝ qui iam
senuerūt. Et i. c. xx. eiusdē sic cōcludit. Opti
me quidem carnes sunt aīaliū bene nutrito
rū ⁊ iuuenū: pessime aūt que macilētoꝝ ⁊ ꝑ
uectoꝝ. ¶ Et sic ista ex dictis eliciat ꝯclusio
ꝙ aīaliū naturaliter siccoꝝ carnes dū lactāt
comedēde sunt: hūidoꝝ voꝝ frigidoꝝ cū ad
statū iuuētutis ꝑuenerunt: senioꝝ vo nūqꝫ.

¶ Capitulum. lxxvij. ostēdit que caro lau-
dabilior sit ad sanitatē conseruandam: an ea
que mediocrium pinguium: vel macilento-
rum animalium fuerit.

Quia posset a nobis quispiam
rõnabiliter querere p̄suppoſi-
ta bonitate aĩalis ĩ genere eta
te ⁊c̃. Quenã caro ſit cõueniẽ
tior ad ſanitatẽ tuendã : an ea
que macri fuerit animalis: an illa que pin-
guis vel ea que mediocris exiſtit: cui rñdebi
mus adducentes Iſaac auctoritatẽ ſcriptã
in.c.xiiij.vniuerſaliũ dietarũ ſic dicẽte. Ani
malia macerrima carne ſunt neruoſa ⁊ parũ
ſanguinis habẽtia ⁊ parũ hũida ⁊ parui nu
trimenti:ſed tñ cauſa ſue parue viſcoſitatis
velocia ſũt digeri ⁊ venas penetrare magis
inq̃ꝫ q̃ꝫ carnes graſſe. Et in.c.xvj.earũdẽ ſic
etiã ait. Neruoſa ſunt ⁊ dura ⁊ parũ nutrien
tia aĩalia q̃ macra fuerint aut naturaliter ſic
ca. Qd̃ etiã ſenſit Auicẽ.in ſecũdo canonis.
c.proprio cum dixit. Caro decrepiti eſt ma-
la ⁊ ſimiliter caro extenuati. Que mihi vidẽ
tur fuiſſe verba Gal.in.iij.de alimentis cuꝫ
inquit. Carnes aĩaliũ macilentorũ ⁊ proue
ctorũ ſunt peſſime. Ex quibꝰ manifeſtũ eſt ꝙ
caro macroꝝ aĩalium nõ ſit comedẽda : mi-
nuſq̃ꝫ etiã caro pinguiũ ex arte ⁊ ſtudioſe im
pinguatoꝝ. Qm̃ craſſiſſima aĩalia ſimiliter
ſunt peſſima cũ pinguedinis proprietas ſto
macho ⁊ digeſtioni ſit nociua:vt inq̇t Iſaac
in.v.d.c.xiiij. Et in particularibus ſimiliter
cũ ait. Pinguiſſima cõpoſitio eſt indigeſti-
bilis:cito de ſtomacho deſcẽdẽs:ventrẽ hu-
mectat:velociter in corruptionẽ cõuertitur:
flegmatis viſcoſi eſt generatiua : ⁊ magis ſi
ſit de hũidis aĩalibus vt ſunt porci:⁊ pecu-
des. Et infra ſic quoq̃ꝫ ſcripſit. Pinguedo
cum carne mixta faſtidioſior eſt ⁊ ſolubilior:
ambo eñ ſunt faſtidiũ inducentia: cibiq̃ꝫ in
ſtrumentũ mollientia ⁊ humefaciẽtia maxĩe
villos ſtomachi:hꝫ quoq̃ꝫ ꝓprietatem ſuper
oẽs cibos natãdi:⁊ in cibũ viſcoſum groſſũ
digeſtioniq̃ꝫ inobedientẽ faciẽdi ⁊ falſam ſa
turitatem generãdi ⁊c̃. Et propterea dixit
etiã Princeps in canonis.ij. Caro quidem
pinguis lenit ventrem cũ paucitate ſui nu-
trimenti ⁊ velocitatẽ ſue cõuerſionis ad fu
moſitatẽ ⁊ colerã ⁊ egerit velociter ⁊c̃. Ca-
ro itaq̃ꝫ mixta cũ pinguedine q̃ craſſa dicit
nõ eſt comedẽda. Si tñ ſola ſit ⁊ ex pingue-
dine nuda ⁊ de craſſo animali aſſumpta fue-
rit:comedi poteſt quoniã melior eſt ⁊ lauda
bilior q̃ꝫ que cõmixta eſt ex pinguedine:licet
etiã ſit de nõ craſſo animali. ⁊ cauſa eſt:quia
nõ habet craſſitiem que poſſit ſtomacho no
cere vt ad litteram inquit Iſaac in libro. v.
d.c.xiiij. Uia tamen tutior ⁊ ſecurior eſt vt re
lictis extremis pinguiſſima ſcilicet ⁊ macer
rima carne mediocrẽ comedamus : quoniã
vt idem ait vbi ſupra que animalium inter
craſſitiem ⁊ maciẽ ſunt media in natura ſue
actionis ⁊ paſſionis ſunt mediocria. Et in-
fra. Caro cuiuſlibet animalis in pinguediẽ
temperata melior eſt q̃ꝫ pinguiſſima ſiue ma
cerrima. Qd̃ iterum in particularibus repli
cauit cum de mẽbris loqueretur dicẽs. Mẽ
bra mediocriter pinguedinis habentia ſunt
digeſtibiliora ⁊ ſtomacho competentia ⁊ bo
num ſanguinem generantia. Quequidẽ fuit
etiã Haliabatis ſententia in.v. Theorice.c.
xxj.ſic dicentis. Omnibus porro carnibꝰ ele
gantior eſt que inter macredinem ⁊ pingue-
dineꝫ eſt temperata. ⁊ Raſis in tertio Almã
ſoris.c.xj.ſic ſcribentis. Caro que inter pin-
guedinem ⁊ macram exiſtit ſanguinem gene
rat temperatum. Et in.c.ix. eiuſdem. Caro
rubea ſine pinguedine maioris eſt nutrimen
ti q̃ꝫ que eſt cum pinguedine ⁊ pauciores ge
nerat ſuperfluitates:⁊ ſtomachum plus cor
roborat. Sit itaq̃ꝫ caro faciens ad ſanitateꝫ
nõ macra neq̃ꝫ pinguis ſed de carnoſo iuue
ni ⁊ ſatis pingui naturaliter animali : ⁊ non
in domo incraſſati ſuperabundanter. Et pre
ſertim ſi illud animal humide fuerit comple
xionis vt porci oues ⁊ ſimilium quoniã ni-
hil deterius vt ex preallegatis auctorũ ſen-
tentijs viſum eſt ſupra. Quibus fidem adhi
bere noluerit:galieno ſaltem credat ſic dicẽ
ti in libro de diſſolutione cõtinua. Caro gal
line duragi ⁊ ſtarne ⁊ epata pullorum anſe-
rum ⁊ eorum aſcelle ⁊ omnium auium pin-
guium ⁊ iuuenũ velocius digerunt q̃ꝫ aſcel
le macrarum et antiquarum. Et ſicut ipſe
de predictis expreſſit ſic pariter de reliquis
aĩalibus intelligendũ eſt. Que cũ iuuenilia
fuerint ⁊ mediocriter pinguia eorum carnes
optime ſunt dũmodo pinguedo que eis ad-
heret non accipiatur ſed caro tãtũmodo ſo
la:vt ex pretactis rationibus diximus.

¶ Cap. lxxviij. ostēdit quomodo coquende sint carnes macre ꝛ q̄uo pingues declarans virtutem ꝛ naturā assatarum frixarū ꝛ elixatarum carnium.

res aīalium posterioribus sunt meliores tribus ex causis. Una quia nutriuntur sanguine mūdificato in corde: ideo pectus ⁊ ipsum circunstantia ceteris membris in cibo sunt meliora. Scđa q: pectus ⁊ voce flatu semper mouetur: ⁊ ideo caro sua leuigatur. Tertia q: in pectore cor moratur qđ est fundamentū caloris naturalis. ⁊ in. c. xvj. eiusdem dixit. Partes vicine spatulis ⁊ costis ex suo motu saporosiores ⁊ digestibiliores existūt. Que fuit etiā Rasis sentētia in. iij. Almāsoris. c. xj. sic dicentis. Aīalia anteriora leuiora sunt ⁊ calidiora: posteriora vō grauiora sunt ⁊ frigidiora ⁊c̄. Querenti aūt an dextra sint mēbris sinistris saniora respōdet Isaac in quinto. c. xv. dicēs. Partes aīalium que in parte dextra vicine sunt fundamento caloris naturalis scilicet epati ⁊ felli inde leuiores ⁊ ad digerendum faciliores. De sinistra vō parte contrarie q: spleni sunt vicine. ⁊ in particularibus sic ait. Membra enim dextre partis meliora sunt his que in sinistra sunt ꝓpter vicinitatē epatis qđ est naturalis caloris fundamentū. fortiorē eñ actionē habet circa loca vicina ꝙ̄ circa remota. Hoc etiā sensit princeps in. ij. canonis in. c. cxlvj. cū ait. Et dextra quidē leuior est ⁊ melior sinistra. Mēbroꝝ quoqꝫ diuersitas reperitur ſm sitū nō pauca. Quedā eñ sunt principalibus ꝓpinqua: quedā vō remota. Mēbra nāqꝫ inter cerebrū ⁊ cor existentia calori vicina naturali: sunt boni saporis digestionisqꝫ facilia et bonū nutrimentū generantia ꝓpter duas res. Una pro vicinitate caloris naturalis superfluitates sui nutrimēti purificātis. Scđa q: bene bonoqꝫ sanguine cordis ⁊ epatis sunt nutrita. Mēbra vō q̄ caude sunt vicina ⁊ a calore naturali longinqua duriora sunt et indigestibiliora minusqꝫ saporosiora. Qđ fit duobus modis. Primo ꝓpter calorē naturalē ab eis remotū. Scđo q: fuerunt nutrita sanguine male in epate cocto. Mēbra vō inter hec mediocria sunt ſm vtrorūqꝫ extremitates sibi vicinantes: de eis eñ qualitates accipiūt ⁊c̄. hec ipse.

¶ Cap̄. c. ostēdit naturā mēbroꝝ valde carnosoꝝ declarādo que meliora sint ex eis.

Membroꝝ q̄dā sunt adeo carnosa vt carnē ipam tantūmodo esse videant. Quoꝝ ꝑticulas q: aut sine ossib⁹ sint: aut cū modicis vnusq̄sqꝫ emptor expostulat nesciens ꝙ vt plurimum partes animaliū adeo pulpose sunt ipsorū nates. Quaꝝ carnes licet saporite sint ⁊ vnctuose: vt dixit Isaac ⁊ calide ⁊ humide teste Auicē. in. ij. canonis. c. cxlvj. sunt tñ illaudabiles: vt voluit ibi princeps cū ait. Caro yliorū ⁊ natiū deterior est carne pingui ⁊ est mala in digestione ⁊ nutrimēto: q: est calidior ⁊ grossior pinguedine. Cuius quidē causa potest esse: q: sunt mēbra quiescētia ⁊ humiditatibus plena: que vituperātur ab Isaac in libro particulariū dietaꝝ cōtraria approbādo cū ait. Mēbra que sunt mobilia ⁊ modicū humiditatis habēt sunt saporosiora facileqꝫ digestibilia. Cōtraria aūt sunt cōtrarie se habētia. ⁊ ob hāc causam lacertose partes aīaliū approbant vt coxe crura ⁊ hmōi. Carnes eñ coxaꝝ saporate laudabilis sunt nutrimenti ⁊ cito digestibiles: vt inquit Isaac in. c. xvj. d. v. Similiter etiā lacerti: q: sunt mēbra multū mobilia ⁊ parū humoris habētia. ⁊ ideo sunt bene digestibiles vt idē ait in particularibus. Quod tñ prius in. xv. c. vniuersaliū dixerat his verbis. Membra inter durū ⁊ molle media sicut caro lacerti et caro pinguedine nuda sunt tēperatissima in quattuor qualitatibus: ⁊ ideo ceteris membris sunt tēperatiora ⁊ ad digerēdū velociora ⁊ ad penetrandū venas faciliora ⁊ ad cōfortandū corpus laudabiliora. Et in. c. xvj. eiusdē sic quoqꝫ inquit. Carnes lacertoꝝ et pinguedine nude sunt tēperate. ⁊ infra subdit. Carnes lacertoꝝ ⁊ maxime extremitates eoꝝ sunt ceteris carnibus laudabiliores ꝓpter nimiū motū. Si tñ musculi multa ac plurima essent repleti pinguedine sanguinē multa habūdātē humiditate multāqꝫ generantē superfluitates efficiūt: quēadmodū caro sine pinguedine rubea scꝫ sanguinis sicci est generatiua paucas faciēs superfluitates minoris tñ est nutrimenti: sicut caro que est inter pinguē ⁊ macrā sanguinē generat temperatum: vt dixit Almansor in tertio libro

c.x. Talis itaq; caro eligatur que mobilius sit mēbrorū in macie ⁊ pinguedine temperatorū anterioris ⁊ dextre partis a principalibus mēbris nō remota vt supra diximꝰ. Et ideo concludendo presens capitulū dicemꝰ ꝙ pro cōclusiōe huius materie illud Isaac preceptū in particularibus dietis est obseruandum dicentis. Mēbra mediocritatē habentia eligenda sunt ad sanitatē tuendā sicut caro pinguedine nuda que sunt tēperatiora ⁊ saporosiora ⁊ digestioni faciliora ⁊ laudabilem sanguinem generantia maxime si fuerint de animalibus temperatas cōplexiones habentibus sicut sunt heduli vituli lactentes: ⁊ iuuenes porci: ⁊ pecudes itidem iuuenes scilicet annuales agni ⁊ similiū. hec ipse. quare ⁊c̄.

¶ Cap. cj. ostēdit que partes de exterioribꝰ volatilium sint eligende magis ⁊ saniores.

Postq̄ diximus que mēbra ambulantiū seu q̄drupedum sint meliora mihi quoq; videt esse dicēdū de partibus volatiliū que laudabiliores ⁊ saniores ad sanitatē existant anteq̄ de singulis membris sermonē faciamꝰ. dicamus ergo cū Haliabate in q̄nto theorice. c. xxiij. sic scribēte. Auium porro mēbrorū oīm ale facilliꝰ digerunt ⁊ minus nutriūt: ⁊ laudabiliores inter omnes alas auiū sūt saginatarū paruarūq; etate eodēq; modo ⁊ colla. cuius causam inuit Isaac in. c. xvj. dietarū vniuersaliū di. Sole ale ⁊ ceruices in oīm volatiliū generibus teneriores ⁊ laudabiliores sunt ꝑpter nimiū earū motuz. ⁊ infra sic inquit. Mobilia semp teneriora sunt ⁊ saporosiora ⁊ ad digerēdū velociora sicut ale volatiliū saporosiores sunt gallinarū primo secūdo anserū ⁊c̄. Quod etiā voluit in particularibus dicēs. Ale vniuscuiusq; volatilis sunt alijs membris laudabiliores pro sui motus ac laboris nimietate. Cōstat eñ motꝰ multitudine humorū sup̄fluitatē expelli. vnde ala fit saporosior ⁊ digestibilior. Rursus iuuenū volatiliū ale sunt meliores puerilibus ꝑpter fortitudinē motus eorū. pullorū eñ ale lz bñ nutriāt paruum tamē dāt nutrimentū. ⁊ prosequit. Colla laudabilis sunt etiaz nutrimenti propter nimiuz motū quē habēt sicut diximus de illis: sed colla anseris ⁊ galline sunt meliora collis omniū animaliū. Que non solū fuit Isaac sed etiā Auicēne sententia in scd̄o canonis. c. cxlvj. dicētis. Ale grossarū auiū ⁊ magnarū exercitātiuz sunt boni chimi. Et etiam Galieni in tertio de alimētis. c. xx. sic scribentis. Ale volatiliū sunt idonee ad digeri ⁊ ad nutriri magis autem ex ipsis ⁊ q̄ gallinarū. Et in libro de euchimia ⁊ cachochimia. c. iij. sic etiam inquit. Ad digestionem ale volatilium animalium sunt idonee ⁊ cōmuni quidem sermone ⁊ aliaꝝ que exercitātur partium non superfluice eñ sunt omnes be sicut earū que in ocio superfluice existūt. Et propterea in. c. iiij. preallegati libri sic cōcludit. Optime igitur sunt gallinarū ⁊ anserum ale sed alie partes anseris dure sunt et indigestibilis ⁊ superfluice ꝑter alas ⁊c̄. De cristis autem gallorum ⁊ barbis nihil vsq; modo reperi ab aliquo medicine auctore ꝑter ꝙ a Galieno in tertio de alimētis sic dicente. Cristas gallorum ⁊ barbas non laudabit quis neq; vituperabit. Quid igitur de ipsis possum ego minimus medicorum dicere? Ideo de eis aliter nō scribimus. Sed de reliquis volatilium partibꝰ credimus pariformiter esse dicendū sicut ⁊ de partibꝰ quadrupedum supra scriptū est: scilicet ꝙ anteriora posterioribus sint meliora ⁊ dextra sinistris ⁊ propinqua principalibꝰ remotis sint laudabiliora. Et sic de alijs suo mō vt patet intelligenti. quare ⁊c̄.

¶ Capitulum. cij. ostēdit naturā cerebri cū suis nocumentis: et quomodo preparari debeat anteq̄ mādducetur.

Quamuis per tradita in superioribꝰ capitulis possemus multorū scribendorum infra scire naturam ⁊ intelligere: tamen vt clarior ⁊ habundantior habeatur doctrina pro sanitatis conseruatione de membris omnibus ambulantium ⁊ volatilium dicemus sigillatim a superioribus initiū faciēdo de vnoquoq; descriptionē afferemus vt virtus ⁊ operatio

illius mēbri ⁊ modus ſubſtantie ⁊ nonnulla
alia melius intelligantur. Declarantes igiꞇ
primo q̇d ſit cerebrū. Dicemus cū Concilia
tore nr̄o in differētia. xxiiij. ſic dicente. Cere
brū eſt ſeu medulla capitis in ſupremo cor-
poris ſita tribus ſeu q̄ttuor vētriculis inter
ciſa duabus miringis velata ſenſus ⁊ motꝰ
organice initiatiua. vn̄ in. iij. theorice diciꞇ.
Cerebrū eſt ceteris mēbris honorabiliꝰ ⁊ ex
cellentiꝰ: eſt nāq̨ radix ⁊ quaſi forma aīe rō-
nalis ꝑ quā eſt animꝰ ⁊ diſcretio ſenſibuſq̨
origo. Et hoc eſt qđ ſenſit Gal̄. in primo de
regimine ſanitatis cū ait. Cerebrū eſt domꝰ
q̄dā aīe rōnalis que ab oſſe cōtineꞇ denſo.
Cuius cerebri cōplexio eſt frigida ⁊ hūida ⁊
nō calida: vt ꝓbat Cōciliator in differentia
p̄allegata cōtra Iſaac q̇ dixit ꝙ ip̄z erat na-
turaliter calidū: ⁊ frigidū accidētaliter: ⁊ ꝙ
non ſit ita imo ꝙ cerebrum naturaliter frigi
dū ſit ſex ibi rōnibus ⁊ pluribus auctoritati
bus ip̄e padubanēſis ꝓbauit. qui ⁊ ſi nunq̄
fuiſſet: id ſatis erat manifeſtū ex dictis phi-
loſophorū ⁊ medicorum oīm. Nōne ſcripſit
Ariſto. in libro de ſenſu ⁊ ſenſato. frigido exi
ſtente cerebro de facili fiunt reumata ⁊c̄. ⁊ in
ſecūdo de partibꝰ aīaliū. Cerebrū eſt frigi-
diſſimū partiū. quod etiā voluit Auicen. in
prima primi in. c. de cōplexiōe mēbrorꝫ cum
inquit. Mēbra principalia ſunt tria: quorū
vnū eſt cerebrū quod eſt frigidū ⁊c̄. Et p̄ia
tertij. c. ij. Cerebri ſubſtantia eſt frigida ⁊ hu
mida. ⁊ in canticis idem voluit. Cū igiꞇ hi
viri ſapientiſſimi in hoc cōueniant de cere-
bro viuentis hominis qui calidiſſimꝰ eſt aīa
lium vt placuit philoſopho. Quāto igitur
magis cerebrū occiſorū brutorū eſt frigidū
quo tātū in via cibi nōnulli delectanꞇ neſciē
tes ꝙ cū hoc ꝙ frigidū ſit ⁊ naturaliter ⁊ ac
cidentaliter: pluribus de cauſis eſt etiā hu
midiſſimū ⁊ cū ſua humiditate viſcoſū plu
rima faciēs nocumēta: quēadmodum dixit
Haliabas in. v. theorice. c. xxij. di. Cerebrū
amplius humidum eſt flegma generat dige
ſtioni reſiſtit ſubuerſiuū ſtomachi malum.
Et Iſaac in particularibꝰ dietis etiā ſic ſcri
pſit. Cū cerebrū ſit accidentaliter frigidū
proinde eſt humidū ⁊ viſcoſum abominabi
le appetitū corrumpit in ſtomacho citoq̨ in

putredinē conuertitur maxime ſi in fine cibi
manduceꞇ. vnde Gal̄. Volētes inquit vome
re cerebrū ī fine cibi cū multo oleo comedāt.
Ideoq̨ oportet ante cibū ⁊ poſt ipſum caue
re ab humidas cōplexiones habentibus ac
debilē appetitū ī ſtomacho. Et alibi ſic etiā
dixit. Cerebrum pinguedo ⁊ ſimilia ſunt vi
ſcoſa ⁊ lubricatiua ſtomachi villos ſua hu-
miditate defectant ⁊ corrumpūt: ſunt etiā in
malos hūores cōuertibilia. que quoq̨ fuit
Gal̄. ſententia in. iij. de alimētis. c. vij. dicen
tis. Magis flegmaticum eſt ⁊ groſſi chimi ⁊
tardi meatus ⁊ indigeſtibile nō minus ⁊ ma
lū cerebrū oē eſt ſtomacho. a quo princeps
accepit in ſcđo canonis in. c. ciij. cū ait. Cere
brū frigidū eſt ⁊ hūidū generās flegma ⁊ hu
mores groſſos. ⁊ ſubdit. ip̄z em̄ facit nauſeā
apud digeſtionē ſuā ⁊ delet appetitū. Et ſi-
militer Almāſor ī lib. iij. c. xj. di. Cerebrū cū
ſit frigidū nauſeam facit ac ſtomacho nocet
⁊c̄. Cū igiꞇ hec faciat cerebrū aīaliū ſua ſuꝑ
flua hūiditate ⁊ viſcoſitate aut nō erit come
dēdū oīno: aut p̄paratū prius ⁊ cōditionatū
vt infra. Quarū cōditionū hec prima ſit. ꝙ
ipſum nō ſit aīalis humidi ⁊ viſcoſi natura
liter vel accidētaliter vt porci pecudis agni
⁊ huiuſmodi. Quorū cerebrū oīno eſt fugiē-
dū. Sed ſit potiꝰ cerebrū ſiccorū naturaliter
aīaliū: ⁊ volatiliū magis q̄ ambulantiū: q̄m
illud magis approbaꞇ ab Iſaac in libro par
ticulariū dietarū. c. de volatilibꝰ cū ait. Cere
bella volatiliū cerebellis ambulātiū ſūt me
liora q̄m minoris ſunt hūiditatis ⁊ viſcoſi-
tatis ⁊ propter hoc iudicamꝰ ip̄orū cerebel-
la parū eſſe humida ad illorꝫ cōꝑationem. ⁊
laudabiliora oībus cerebellis volatiliū ſunt
ea que pullorꝫ ſtarnorū ꝑdicū gallorꝫ ⁊ galli
narū. Hoc etiā voluit Auicē. in. ij. canonis
c. p̄allegato cū dixit. Meliora ſunt cerebra
volatiliū ⁊ ꝓprie mōtanorum. ⁊ ex cerebris
q̄drupedū cerebrum arietis. ſ. hedi: deinde
vituli ⁊c̄. Et fuit Gal̄. ſn̄ia in. iij. de alimen-
tis. c. xx. dicentis. Cerebra ꝑua quidē habēt
volatilia aīalia meliora tn̄ multo his que
in peditātibus quātō ⁊ ſicciora: his igiꞇ vtē-
dum eſt potius q̄ cerebris ambulātiū. Que
⁊ ſi voluerimus oīno comedere ſit iſta ſecun
da cōditio obſeruāda vt ante cibū ſumātur

ꝛ cū repꝛimētib⁹ eoꝝ malitiā sint precōdita: dicēte Jsaac in.p.d.anteq̄ȝ comedāt cerebrū cū aceto pipe zinzibere ꝛ absintio ꝛ mēta et siīibus illd cōdiāt.qd sensit princeps vbi supra dicēs.Et oportet q̄dē vt comedat cū seminibus.s.calefaciētib⁹ ꝛ desiccātib⁹.Et ꝙ ita sint verba eius interp̄tanda:apparet per Gal.in.iij.de Alimētis.c.vij.dicentē.Cerebrū lȝ sit grossi chimi ꝛ supflui cū mell⁹ aūt sit q̄ȝtū ad oīa cū incisiuis ꝛ calefaciētib⁹ p̄paratū: sic eñ cōditū si bñ digerat alimētū notabile dat corpi.hec ipse.quare ꝛc̄.

¶ Cap̄.cliij.oñdit naturaȝ nuche ꝛ medulle cū earū malitijs ꝛ nocumētis ꝛc̄.

NUcha est nūcius ꝛ vicarius cerebri i cursu dorsi a q̄ lateralr̄ oriunt nerui nō potētes cōueniēter a cerebro nasci q̄ spinalis medulla siue dorsalis nūcupat:vt ex dictis Auicē.i p̄ria tertij ꝛ p̄ma p̄mi colligi pōt.Est eñ velut clau⁹ ligās spōdilia: teste Auerroi in scd̄o colliget. Que cū min⁹ mollis sit q̄ȝ cerebrū q̄to magis ab eo distat ꝛ remouet tāto magis indurat:vt inq̄t Gal.i.iij.Alimētorū.Que q̄dē medulla siue nucha cū sit cerebro frigidior:vt p̄bat Cōciliator i dr̄ia.xxv. ꝛ fuit snīa Jsaac i li.ptīculariū dietaꝝ sic scribētis.Medulla spōdiliū ad cōpatione medulle ossiū:frigidissima est sicut ꝛ hūidissima.Est eñ sicut cerebrum durior tñ est ipo frigidior ꝛ mioris hūiditatis. q̄ si bñ digerat grossi⁹ ꝛ pl⁹ cerebro dabit nutrimētū.Medulla tñ ossiū saporosior ꝛ fastidiū faciēs bñ tñ digesta multū nutrit. Hoc eñ sensit Rasis i.xxiij.ꝯtinētī.c.ccccccclvij. cū ait.Medulla q̄ est i interiori pte ossis suauior ꝛ vnctuosior est medulla cerebri q2 excitat vomitū: tñ si digerit nutrimētū ipsi⁹ erit habūdās. sed medulla spinalis.s.nuche nō cōpetit: q2 solidior est medulla cerebri qñ digerit nō modici nutrimēti est.Et auctoritate Pauli dixit ꝙ vngit stomachū ꝛ tollit appetitū cibi ꝛ lenit vētrē.vñ comedēda est cuȝ aromatibus.ꝛ Halibas in.v.Theorice.c.xxij.sic de ipa ait.Medula cerebro iocūdior est ꝛ suauior sed si plurimū sumat subuertit. Jdeo cū saturegia ꝛ sale oportet accipe. Et hi oēs a Gal.sumpsere dicēte i.iij.de alimētis.c.viij.Nauseatiu⁹ est cib⁹ āplior comesta medulla sicut cerebruȝ.si aūt bñ digerat nutritiua est ipa.ꝛ infra subdit. Spinalis medulla ꝯtinua q̄dē est cerebro ꝛ eiusdē nature cū ipo:durior aūt nō modicū ꝛ maxīe si inferioribus extremitatib⁹ spine. inquātū eñ distat a cerebro plus:intantū magis indurat. Si aūt hec alijs medullis cōparet magis mollificatiua reperitur ꝛ p cōsequēs magis stomacho nociua:vt colligit etiā ex verbis Serapionis dicētis.Reperit in ossibus medulla q̄ vere est medulla.Alia in spinali ꝛ est nucha q̄ est durior ꝛ siccior medullis alijs oībus q̄ accipiūtur ex ossib⁹ ꝛ hȝ de mollificatione ꝛ vnctuositate plus.Nō igit est comedēda cū peior alijs medullis videat:vt dictum est: ꝛ tanto magis ꝙ si oīs alia medulla est calefactiua lenitiua ꝛ abstersiua lȝ multi nutrimēti si digerat teste p̄ncipe in scd̄o canonis.c.ccccc.ꝛ cōturbet stomachū ꝛ deleat appetitū:vt idē ait ibidē.Quāto magis nucha cū sit frigidior cerebro ꝛ grossior vt dixim⁹ ꝛ vnctuosior ꝛc̄.Dimittāt itaq̄ȝ q̄ suā volūt cōseruare sanitatē hmōi medullas: ꝛ p̄sertim q̄ stomachū debilē ꝛ hūidū habent.ꝛ similiter qui deiectū ꝛ postratū suū senserint appetitū.Qd si oīno quandoq̄ȝ voluerint eis vti ex bonis ꝛ ex laudatis animalibus supra sit accepta: qm̄ cōuenientior est medulla vitulorū ꝛ cerui ꝛ tauri ꝛ caprarū:deide ouiū vt inquit princeps vbi supra. Quo in loco iussit etiā vt anteq̄ȝ comedam⁹ eā vt p̄paremus sufficienter dicēs.Oportet vt comedat cū piperibus ꝛ seminib⁹.Sic eñ medulla inter frigiditatē ꝛ caliditatē existit ꝛ tēperamēto vicina:caliditati tamē magis appropinquat. Que ꝛ sperma augmētat ꝛ stomachū mollificat:vt etiā asserit Almāsor i.c.xj. libri tertij. Verū q2 huiuscemōi naturalr̄ sūt hūida ꝛ viscosa ꝛ lubricatiua stomachi ꝛ q2 villos sua hūiditate corrūpūt ꝛ in malos hūores ꝯuertunt:vt supra dixim⁹ cū ipsius auctoritateȝ allegarem⁹: ꝑpterea securissimū nobis esse videtur vt talia vnctuosa ꝛ stomachum mollificātia oīno postponant potius q̄ȝ etiā cōdita:ꝛ in pauca sumantur quantitate.

¶ Cap.ciiij. oñdit naturā oculorū ꝛ lingue pro ꝙto via cibi faciunt ad nutrimētū.

Oculus est instrumentū videndi cōplexiōe aqueū cū quadā anteriori planitie rotūdū in supremo anterioris partis capitis locatū ex septē tunicis ꝛ tribus humoribus cōstitutū sex musculis motum ꝛ vno vel duobus seu tribus fultum inquit Conciliator in differentia.lxiiij. Quod sensit Gal.in.j.de ingenio sanitatis.c.vj.dicens. Oculi sunt mēbra quoꝝ actio est visus que ex septem tunicis ꝛ tribus componi inueniuntur humoribus: teste Rasi in.j. Almāsoris.c.viij. Quequidē diffinitiōes de viuentibus oculis semꝑ sunt intelligēde. Nos autem oculos nō viuētes sed ꝓut veniūt ad cibos cōsideramus in p̄senti ꝓposito: quēadmodū de eis locutus est Isaac in libro particulariū dietarū cuꝫ ait. Oculi sunt ex diuersis substantijs cōpositi: habent eñ lacertos pinguedinem pelliculas ꝛ hūores. Quātum eñ est ex parte pinguosa pertinēt calori ꝛ humiditati: ꝙtū vͦo est ex ꝑte pellicularū attinēt frigiditati ꝛ siccitati. Idcirco de pinguibus aīalibus frigidi sunt ꝛ hūidi. Si vͦo de macilentis frigidi sunt ꝛ sicci. ꝛ subdit. Et licet oculi facilius ceteris mēbris digerantur tñ ob pinguedinē sibi admixtā habēt grauedinis viscositatis ꝛ indigestionis quoddam: ꝛ ꝓpter hoc non accipiantur nisi cū aceto sale apio pipere calamēto zinzibere ꝛ similibꝫ condiātur. Qđ sensit Gal.in libro de euchimia ꝛ cachochimia.c.iiij. cū inter partes aialium difficile digestibiles oculos enumeraret. Ubi etiam dixit oculos pauci quidē comedunt: componūtur eñ ex dissimilibꝫ substantijs. Masculi aūt eorum sunt bene digestibiles soli animalium que idoneam habēt naturā ad euchimiam quales sunt cōmodati ſm etatem porci. Ab his tamen patribus manifeste discessit Platina cū inquit. Oculi animaliū si tenerrimi sint ꝛ pinguis bestie cum sint ꝛ humidi moderati alimenti habentur. Quod tantū qđē a via deuiat veritatis quātū ꝛ ipse a prefatis sapientibus secessit. Quāobrē aut oculos oīno dimittemus animalium: aut eos ex melioribus ꝛ laudabilioribus bestijs eligemus condientes ipsos: vt iusserunt Isaac ꝛ Haliabas vbi supra ꝛ raro eis vtendo. De lingua autem dicemus cū Auicē.in.vj.tertij.c.j. ꝙ ipsa est mēbrū oris ꝛ instrumentuꝫ conuersionis cibi masticati. Scđm autē Aristo.in.iij.problematū ꝓblemate.xxxij. lingua est caro spongiosa. a quo sumpsisse videtur princeps in.ij.canonis.c.ccccxlv. cum ait. Lingua est substantia composita ex carne laxa in qua penetrant vene ꝛ nerui ꝛ lacerti: ꝛ humor eius est huidus ꝛc. Et Rasis in.xxiij.continentis.c.ccccccxcvj. de ipsa dixit auctoritate Bunmasui. lingua grossa est habundantis motus coadunatione hūiditatis: vnde comedi debet cū sinapi. Et dixit Paulus. mollis est ꝛ modici nutrimenti. Et inqt Gal.in libro nutrimenti. substantiā habet cōpositam de carne molli venis neruis ꝛ musculis generans humorē habentem superfluam humiditatē. Sed Haliabas i.v.theorice.c.xxij. sic de ea scripsit. Lingue caro tēperata est ꝛ digestioni obediens eiusq̄ nutrimentū inter multum ꝛ modicū. Cui videtur consentire Isaac in.p.d. cum dixit. Lingua inter lacertos ꝛ teneram carnē est mediocris: idcirco sola comesta dat nutrimētum inter durū ꝛ molle ꝛ mediocre. Que si cuꝫ lacerto substantie eius iūcto mādacetur erit laudabilior faciliusq̄ digerit. Rursus si cum tenera carne sibi iūcta ꝑ quā saliua ori descendit manducetur durioris ꝛ viscosioris erit digestionis: vnde bonū est si cū obsomagaro. i. sale: pipere: ꝛ aceto: origano: zinzibere: ꝛ similibus comedatur ꝛc. Ex quibus potest ꝙ facilime vnusquisq̄ ponere concordiam inter aliqualiter dissonātes auctores: vt patet. ſm enim ꝙ diuersimode lingua consideratur sic dissimilis existit nutrimenti. Quare concludere possumus cum Michaele nostro sic dicēte auctoritate Ruffi. Linguarum carnes sunt satis temperate. Quare nutrimentū est mediocre in quantitate. Et ideo non est periculum linguis laudabilium animalium vti quādoq̄.

¶ Cap.cv. oñdit naturā carnis auriū nariū cutis gutturis ꝛ similium cartilaginosorū.

DE his omnibꝰ in vno capitulo scribēdum esse videtur cum in suis naturis ⁊ cōplexionibus similentur: sed inceptū modū obseruantes dicimus ꝙ auris est membrū creatum auditui ⁊ factum est ei ostra cosum anfractuosum ⁊c̃. vt dixit princeps in .iiij. tertij. c. j. Nares ꝟo sunt vie per quas hanelitus trāsit: teste Gal. in .v. de accidenti ⁊ morbo. c. iij. a quo Conciliator accepit in sua differentia. xlv. cū ait. Nares sunt instrumenta delationis aeris ad pulmonē ⁊ odoris ad carūculas ex pluribus ossibus ⁊ cartilaginibus composita: quoꝝ instrumentorū complexio est frigida ⁊ sicca vt colligitur ex verbis Isaac in paticularibus dietis sic scribētis. Nares frigide ⁊ sicce sunt. Sūt enim cartilaginose ideoq̧ digestioni difficiles parum nutriūt. Et supra dixerat mēbra que naturaliter sicca sunt dure digerunt tardeq̧ de stomacho eijciuntur et minus ceteris sunt nutrientia: maxime si fuerint de animalibus siccis sicut bobus capris. Que ꝙ̃uis bene sint masticata in stomacho ⁊ epate bene digesta: siccū tñ generant sanguinem et pessimū. Qd̓ iteruz voluit in processu magis cum ait. Extremitates animalium: quia omnino carent pinguedine tarde digerunt: sunt enim de substātia cutis ⁊ neruoꝝ. Quequidem videt Rasis sentētia in .xxj. continētis capitulis. lx. ⁊. lxj. dicentis. Nasus fm Mesue est frigidus ⁊ siccꝰ: q̄ est cartilaginosus ⁊ est dure digestiōis ⁊ debet comedi cum aromatibus. Auris autem fm eundē est de natura nasi. ⁊ fm qd̓ inqt Gal. in libro chimorū. Aures animalium sunt cartilaginose nō digeruntur nec mutātur. Et cutis que est̄ super cartilaginem est pauci nutrimenti ⁊ difficilis digestionis: quia est subtilis ⁊ sicca. ⁊ hoc est qd̓ voluit Gal. in .iiij. c. lib. de euchimia ⁊ cachochimia. cū inter partes animalium difficile digestibiles sint nares ⁊ aures ⁊ talia enumerata. Qua de re cum Isaac in loco allegato est cōcludendū dicente. Labra auribꝰ sunt laudabiliora: q̄ auricule de cute ⁊ cartilagine sunt cōposite. Cartilagīes ꝟo si de animalibus iuuenibus fuerīt ⁊ bene coquantur erunt digestibiles: ⁊ presertim si de lactentibus fuerint. Idem quoq̧ de cuti est sentienduz que pellis dicitur ⁊ a vulgaribꝰ cutica que est membrū ex neruo carneq̧ cōtextum superficietenus corpus ambiēs omne ac ipsius protectiuū: vt dixit Conciliator in differentia. xliij. Et licet hec vere cutis sit diffinitio tamen ⁊ aggregato ex cuti ⁊ imene conuenit: ⁊ ad propositum facere videtur: quoniam malū dat nutrimētum sua grossitie ⁊ terrestricitate siue siccitate sicuti sensit Auicē. in .ij. canonis. c. ccccclij. dicēs. Meliores ex eis sunt pelles lactentiū propter humiditatem ipsorum: earū tamē nutrimentuz est paruum viscosum ⁊ propinquum est in viscositate ⁊ dispositionibꝰ suis nutrimento pedum. Multoq̧ clarius Rasis in .c. xj. libri tertij Almansoris cum inquit. Cutis frigidum generat sanguinem in quo multa existit viscositas ⁊ opilationem facit ⁊c̃. Similiter guttur est frigidum ⁊ siccum cartilaginosum proinde parum dat nutrimentum digestioni inobediens: ⁊ hac de causa cum calidis aromatibꝰ decet comedi teste Isaac vbi supra. In quo loco etiam iussit vt nares aures ⁊ huiusmodi cartilaginose partes preparentur cū aceto: obsomogaro: sinapi: carui: pipere: zinzibere ⁊ similibꝰ. Si quis aūt aliqua affectus admiratiōe quereret qua ratione voluerit hic auctor ꝙ huiusmodi mēbra cartilaginosa que frigida sunt ⁊ sicca: vt ipe etiā asserit: cum aceto ⁊ talibꝰ etiā desiccantibus manducarent: cū videat ꝙ siccitas siccitati non sit coniungēda. Cui respōdebimus ꝙ ita est pfecto: vt ipse ait qñ ex talibus iaz dictis nutrimentum expectaremus. Sed qñ intendimus eoꝝ malitiam rectificare via cōdimenti huiusmodi ⁊ cōueniunt: ⁊ sunt permaxime necessaria vt viscositatē ⁊ grossitiez cartilaginosarū reruz habeant remouere cū sua incisione ⁊ subtiliatione. Hortamur tamē quoscūq̧ sanguinē habuerint grossum ⁊ viscosum vt flegmatici ⁊ melācolici: vt a predictis totaliter abstineant aut eis ꝙ̃ rarissime vtantur. quare ⁊c̃.

¶ Capitulum. cvj. ostendit naturam cordis ⁊ pulmonis ⁊ quātum in via nutrimenti faciant ad sanitatem.

Et si cor sit nobilissimum mēbrorum: vt inquit Auerrois .ij. celi. cōmēto. lxxiiij. Et sit princeps corporis primꝰ teste Hali in .ij. Tegni cōmēto. xcj. Et ꝓpterea positū in medio pectoris tanq̄ in loco tēperatiori: vt ait princeps .j. xj. tertij. c. j. Et est minera generatiōis nutrimenti spūs: vt idem voluit in libro de viribus cordis. c. ix. Et est fundamētum ⁊ quasi fons caloris naturalis ⁊ virtutis vitalis. vt īquit. Gal. in v. de interioribus. c. j. Et licz inq̄z cor viuens sit plus oībus mēbris sanguineū ⁊ plꝰ eis calidū: vt ipse dixit in primo cōplexionū. c. ix. Et tū mortuū: cū ad cibū ꝑuenit decoctum: valde ab eo diuersum: qm̄ viuēs erat mēbrū principale cuiꝰ virtutes erāt potētes ī corꝑe ac effectꝰ maximi virtutū organū ī corporis medio velut fornax situm. vt nr̄ inquit Cōciliator in differentia. xlj. auctoritate zoar. Mortuū autē cor īter vilissimas corꝑis partes via nutrimenti cōputatur: vt idē asserit Cōciliator in differētia. xxiiij. Qm̄ materialis cordis cōplexio quā sumpsit ex miscibilium mixtiōe frigida est ⁊ sicca: ⁊ ideo fortis extat texture ac cōpacte ita vt igni viderim in cōbustis pre ceteris corꝑis partibꝰ resistere ad qđ etiā humidū coadiuuat cōculcatuz in idipm̄: qđ oportuit vt obstaret motibꝰ ⁊ ꝑcussiōibꝰ ⁊ caloribꝰ ꝓpter qđ super id sita fuit pinguedo quedā equiuoca tū estq̄z ipm̄ dure digestiōis ⁊ delatiōis. i. penetratiōis ⁊ melācolici magis alimēti. hec padubanēsis ipse. Cū tū bn̄ digerit caro cordis multi est nutrimēti lz nō laudabilis: vt sensit Isaac ī particularibꝰ dietis capitulo ꝓprio cuz ait. Cor dure est substātie ⁊ nature lacertorū ꝑtinens tarde de stomacho eijcit bene tū digestū multum nutrit ⁊c̄. Hoc idem voluit Almansor in .iij. c. xj. cū inquit. Cor calidū est ⁊ dure substantie. Qđ ⁊ tarde digeritur ⁊ non multum nutrit. Et in .xxiij. cōtinentis idem sic scripsit in. c. cccccxxxij. auctoritate Gal. in libro nutrimenti substantia cordis est caro solida musculosa: ideo est difficilis digestionis tarde descēsionis de stomacho ⁊ penetratiōis de intestinis qn̄ digeritur: ad qđ lucratur de eo corpꝰ modicū est. Sed ī libro chimorum dixit ꝙ est habūdantis nutrimēti. Qđ etiā voluit Bimmasui. q̄bus concordat Haliabas in .v. theorice. c. xxij. dicens. Cor solidum est ⁊ digestiōi inobediēs valde. Qđ qui comedere voluerit oportet post illud zinzibere vti cōdito ⁊ comedat ipsum cū pipere ⁊ cimino ⁊ saturegia: cuius digestio si plena fuerit plurimū nutrit. ⁊ hec fuit Gal. sententia in .iij. de alimentis. c. xij. dicētis. Cor fm̄ stomachum quidem durum est: ⁊ ꝓpter hoc indigestibile ⁊ tarde pertransitiōis. Si aūt digeratur bene alimentū nō paucuz dat corpori. Concludamus igitur cum Michaele nostro sic scribente. Cor vt cibꝰ debet graduari frigide ⁊ sicce complexionis cū sit arteriosum ⁊ neruosum satisq̄z omnia frigida sunt ⁊ pauce carnis: ⁊ ideo aut dimittat omnino: aut eligatur ex iuuenibꝰ animalibus ⁊ pinguibus: ⁊ si cū sale pipere ⁊ cimino accipiatur remouet nocumentū eius. Ciminum tamen mihi nō placet cum horribilis sit saporis sed loco eius feniculū sumatur.

¶ De pulmone vo dicimus cuz Cōciliatore in differentia. xcix. ꝙ ipse est terminus caliditatis naturalis in euentationē cordis ordinatus. separat enim ⁊ distinguit aīalia calida a non calidis. calidiora enim eguerunt in euentatione caloris pulmone ceu sanginem habentia: reliquis vo sufficit euentatio cum brachijs: vt in piscibꝰ ⁊c̄. Et propterea fuit creatum ⁊c̄. Sed in proposito nostro consideratus frigide ⁊ humide existit complexiōis in primo: vt Michael refert. Qđ etiaz antiqui sensisse videtur cū dicat Isaac in .p. d. ꝙ pulmo sit facilis digestionis ⁊ facile de stomacho eijciatur ꝓpter leuitatem ac raritatem substantie proinde ceteris mēbris corporis nutrimētuz gignit pertinens flegmatico humori. ⁊ Haliabas in .v. theorice dixit absolute ꝙ pulmo parū nutrit ⁊ flegma generat. Rasis aūt in .iij. Almansoris inquit. Pulmo tarde digerit parūq̄z nutrit ⁊ est frigidꝰ. Et in .xxij. continentis. c. cccxliiij. sic etiā ait auctoritate Gal. Pulmo leuioris digestionis est epate et splene iuxta modū raritatis corporis ipsiꝰ tū minoris nutrimēti est ⁊ nutrimētum eius est flegmaticum. Et ꝓpterea dixit Ruffus in libro regiminis. Pulmo est

modici nutrimēti valde. et Joānitius dixit. Hoc accidit causa siccitatis et leuitatis ipsi⁹. et iterum Ruffus inqt. Juxta modum leuitatis substantie debuit esse velocioris digestionis: tñ qz ipse natat in superioribus stomachi fact⁹ est tardioris digestiōis. Idē quoqz sensit Paulus. Auicēna vo i.ij. canonis.c. ccccclxxiij. dixit. Pulmonis nutrimētū est paruū declinās ad flegmaticū. Et īfra dixit. eius digestio est facilis et in ipo est cōstrictio vētris. Et sic ipe et Isaac vident esse cōtrarie opinionis qz pfati sapiētes: qui absolute pnūciauerūt ipz eē digestiōis difficilis qb⁹ magis assentim⁹. p cōcordia tñ dicere possumus qz aut text⁹ est corrupt⁹: et vbi dicit facilis dicere velit difficilis: aut et forsitā meli⁹ intellexerūt oēs qz absolute pulmo difficulter digerat. In cōpatione tamē ad epar et splenē faciliter. Qd videtur Gal. voluisse in.iij. de alimētis.c.xj. dicēs. Pulmo digestibilior est epate et splene quanto eis rarior: ad nutrire autē minor. Alimentis vo quod dat corpori flegmatico suis est magis rc. Et ppterea pulmones animaliū dimittantur aut eligantur solummodo ex animalibus iuuenibus temperatis aut tēperamento vicinis: vt hedi pinguis: vituli: porci et similiū: vt Michael inquit rc.

¶Cap.cvij. oñdit naturā stomachi matricis intestinorū et similiū pro quātovia cibi et nutrimēti faciunt ad sanitatem.

De his oībus in vno capitulo scribendū est cum eiusdem fere sint substantie cōplexionis et nature: sed oñdentes qd sint hec dicamus cum nr̄o Sauoronola in sua practica sic scribente. Stomachus est mēbrū organicū cōplexiōe frigidū et siccuz in medio corporis situatū tunica neruosa intrinseca et carnosa extrinseca cōstitutū cibi et potus per meri ab ore susceptiuum atqz ipsius calore proprio et circūstātiū mēbrorū adiutorio digestiuū. Intestina aūt: vt dixit Cōciliator in differētia.cciiij. sunt mēbra corporis ceteris longiora duplici cōsita tunica iuuatiui et supfluitatis cōtētiua q sex extāt numero: vt ex.xvj. tertij colligēdū a pncipe. Matrix vo est mēbrū cōcauū neruosum pelliculosum spissum neruosum ī cōcauitate alchatin locatū ad rotūditatē quādā figuratū rc. Ex qb⁹ descriptionibus cōplexio horz mēbrorū intelligitur q frigida est et sicca de sui natura in viuis aīantib⁹: frigidior vo in mortuis plurimū. et ppterea dicebat Isaac in.c.xvj. dietarū vniuersaliū. Carnes stomachorū dure sunt ad digerēdū. et in particularibus etiaz inqt. Mēbra sicca naturaliter sicut neruus: cutis: intestina: venter: vulua. i. matrix et similia dure digeruntur tardeqz de stomacho eijciūtur et minus ceteri sunt nutritiua: et maxime si fuerint de aīalibus siccis naturaliter. Qd etiā voluit Almāsor in lib. iij.c.xj. dicēs. Uenter tarde digeritur q frigidus existēs parū nutrit atqz flegmaticū generat sanguinem. et in.xxiij. cōtinentis idem Rasis.c.cccccclxxj. sic scripsit. Uēter intestina et matrix aīalium solidiora sunt carne: iō licet digerantur perfecte de eis generat sanguis nō purus carens bonitatē immo generat humor vehemētioris frigoris et crudus indigēs tēpore lōgo in sui alteratione et trāsmutatione: laudabiliores tñ sunt vētres aīalis lactentis ex humiditate et veloci digestione ipsorz. Auctoritate etiā Pauli dixit qz vētris et intestina sint tarde digestionis et generent flegma. Haliabas quoqz in.v. theorice. c.xxij. sic ait. Intestina stomachus et iecora oia mēbra neruosa sunt et solida duraqz digestioni inobediētia: que generant sanguinē bonus non est sed mal⁹ et ad frigidū inclin⁹ nec aliqt peruenit ex eis ad corpus nutrimētū rc. Princeps qz in.ij. canonis.c. cccccccxxxvij. dixit. Uēter parui est nutrimēti et mali chimi: et similiter qd similatur ei ex visceribus qzu is ei⁹ bona fiat digestio. q fuit Gal. snia in libro de euchimia et cachochimia dicētis. Partes q in aīalibus difficile sunt digestibiles sunt intestina et vēter et matrix. Et in libro de subtiliāte dieta.c.viij. sic etiā ait. Uitandus est esus viscerū sicut et sanguinis qm ipsa supfluica sunt et disdigestibilia et pachichimia: qd et de vētribus: cum eiusdē sint nature: intelligi potest. quare aut dimittantur omnino: aut eligantur solūmodo vētres

volatiliũ potius ꝗ̃ ambulantiũ ⁊ nõ omniũ sed laudatorum vt anseris ⁊c̃. dicente Isaac in particularibus dietis. Venter oĩm volatiliũ lacertosus est ⁊ durus ad digerẽdũ: sed si digeratur multũ dat nutrimentum: oĩbus tamẽ ventribus anserinus est melior ⁊ laudabilior propter copiam sue humiditatis: post hũc galli nascentis venter cõmendatur. Qd̓ etiã sensit Auicẽ. in. ij. canõis. c. cxlvj. cũ ait. Ventres earũ. s. anatũ ⁊ anserũ sunt suaues. Et in. c. ccxxxvij. eiusdem sic inquit. Vẽtres auiũ qñ digerũtur sunt melioris nutrimẽti ꝗ̃ aliorũ ⁊ precipue gallinarũ ⁊ anserũ. Qd̓ non minus voluit Rasis in. xxiij. ꝯtinẽtis. c. ccccccxv. Et fuit sñia Gal̓. i. iij. de alimentis. c. xx. dicentis. Vẽtres nutritiui ⁊ delectabiles sunt qui anserũ ⁊ impinguatarũ gallinarũ. hi eñ tantũmodo approbant̃. Intestina aũt ⁊ matricẽ nullibi cõmendata reperi: vituperata aũt in oĩbus prefatis locis: ⁊ p̃cipue ab Isaac in prima doc. cũ inquit. Mẽbra acute ⁊ ossibus remota sunt indigestibilia ⁊ insipida grossiorẽ habẽtia carnẽ: copiã malorũ chimoꝝ generãtia ꝓpter duas res. vna q: vijs sunt vicina per quas hũorũ feces expellunt̃. Alia propter longinquitatez pororũ cutis per quos sue hũiditatis superfluitas nequit egredi: alia ꝓpter ossiũ absentiam: vnde tenera fieri neq̃ collidi possunt. Ideoq̃ vẽter ⁊ intestina ⁊ similia vt matrix ⁊c̃. sunt grossiora ⁊ male nutribilia: et propterea finiamus hoc capl̓m dicẽtes cũ Michaele nr̃o ꝙ hmõi reliquẽda sunt gulosis q̇ cũ eis ⁊ vino dulci i eoꝝ ĩteritũ solatiant̃.

¶ Cap. cviij. oñdit naturã epatis ⁊ splenis ꝓut faciũt ad nutrimẽtũ declarãdo que ipõrũ sint meliora ⁊ eligibiliora.

Declarantes quid sit vnũqd̓q̃ predictorum dicemus primo cũ Auicen. in prima primi doctrĩa. iij. c. ij. Epar est sicut sanguis congelatus. ⁊ cũ eodẽ in xiiij. tertij sic scribente. Epar est mẽbruz qd̓ generat sanguinẽ ⁊ est caro rubea quasi ipa sit sanguis verus cõgelatus. ⁊ cũ Gal̓. in. v. interiorũ. c. vij. dicente. Epar est instrumentum faciendi sanguinẽ. Et in. v. de iuuamentis mẽbrorũ. c. iij. Epar est principiũ venarũ ⁊ primũ instrumẽtorũ generantiũ sanguinẽ: ⁊ hoc ꝓpter suam substantiã carnosam quã qui cõsiderauerit inueniet ipsam esse ꝓpinquã nature sanguinis. a quibꝰ sumpsit Cõciliator in differentia. xlvij. cũ inq̇t. Epar est sanguis inspissatus ⁊ ipsius primũ generationis instrumẽtaliter organũ. Quas cũ habeat in viuẽte dignitates mortuũ quoq̃ al̓s quasdã habet ꝓprietates ⁊ bonitates cũ plurimũ faciat ad nutrimẽtũ: vt dixit Isaac in particularibꝰ dietis qñ sic scripsit. Epar oĩbus mẽbris grossius est ⁊ duriꝰ digeri sanguinẽ tñ generat laudabilẽ ⁊ nutribilius est carne nõ hñte pinguedinẽ sed lactẽtiũ epar ceteris est meliꝰ. galline aũt adhuc meliꝰ ꝗ̃ lactentiũ: ⁊ precipue si galline nutrimẽtũ fuerit tritici farina cũ lacte distẽꝑata ⁊ ficubꝰ. Et in. c. xvj. v. d. inquit. Ficatũ oĩm aĩaliuz durũ esse cõstat tñ laudandũ esse anserinum ⁊ gallinaceuz est melius. Queq̇dẽ fuit Gal̓. sñia in. iij. de alimentis. c. xj. dicentis. Epar quidem omnium aĩalium grossi chimi est ⁊ quasi indigestibile ⁊ tarde pertrãsitiõis existẽs. Et in libro de euchimia. c. iij. ait. Epar non est cachochimũ. a quo sumpsit Auicen. in secũdo canonis. c. ccxxxiij. cum dixit. Humor generatus ab epatibꝰ est grossus: ⁊ sanius ex eis est epar anatis pinguis ⁊ gallinarũ pinguiũ. ⁊ infra sic ait. Amplius epar est tardi incessus in venis nisi epar anatis pinguis. ⁊ similiter Hallabas in. v. Theorice. c. xxij. dicens. Epar complexione pollet calida ⁊ humida sapor ei iocũdus est sed grossum est ⁊ digestionẽ immorans: qd̓ si digerit̃ plurimo pascit corpus cibo ⁊ sanguis ex eo generatus laudabilis existit. Laudabilius aũt omnibus epar ⁊ iocũdius est anseris impinguate cum pasta ⁊ lacte. Deinde gallinarum impinguatarum post que porcinũ: omnis etenim animalis saginati epar delectabile est: maximeq̃ si cum lacte fuerit saginatum: oportet autem quadrupedum comedentes epar non multum sumere: digestione eteñ immoratur. hec ipse. Cũ quo videt̃ cõsonare Rasis in. iij. Almãsoris. c. xj. dicens. Epar calidum est et humidũ qd̓ ⁊ tarde di-

geritur ꝛ graue existit. Et in libro.xxv. continẽtis.c.cccccclxiij.cuꝫ ait auctoritate Gal. in lib.nutrimẽti. Epata aialium subiectoꝝ ad comestionẽ generant humorem difficilis digestionis tarde descensionis de stomacho ꝛ penetratiõis de intestinis:ꝛ meliꝰ epar in omnibꝰ cõditionibꝰ est animalis comedẽtis ficus siccas. ꝛ subdit.ꝛ epar anatis cum nutrimentũ distemperat cũ lacte est delectabile valde ꝛ habũdantis nutrimenti valde generat sanguinem laudabilẽ ꝛ humorẽ in vltima bonitate:ꝛ dispositio eiꝰ in digestione in stomacho ꝛ egestiõe est satis digna.ꝛ post ea auctoritate Bimmasui dixit. Epata oim animaliũ calida sunt ꝛ humida tarde digestiõis ꝛ generant sanguinem grossuꝫ ad modũ illius quẽ generant splẽ ꝛ testiculi:sꝫ epata gallinarũ laudabilia sunt: precipue si fuerint impinguate ꝛ proprie si comedũt ficus siccas ꝛc̃. Eligantur itaqꝫ epata anserũ anatũ pinguiũ ꝛ gallinarũ similiter saginatarũ: deinde porcoꝝ: deinde alioꝝ aialium lactẽtiũ: vt Michael noster ait. De splene autem dicamus cũ Auicen.in.xv.tertij.c.ij. ꝙ ipse est membrũ linguosum longũ coniũctum cũ stomacho a sinistro suoysqꝫ retro vbi est dorsum:attrahẽs melãcoliam. Gal. ṽo in. v. de iuuamẽtis membroꝝ.c.iij.dixit de eo. Splẽ est instrumentũ ad purgandũ superfluũ feculentũ generatũ in epate. ꝛ ꝑpter hoc ꝙ splẽ est saccus melancolie:illaudabilis est nutrimenti via cibi ꝛ cum in mensaꝫ venerit ꝛ corruptũ ꝛ melãcolicũ sanguinem generat ꝛ digeritur dure ꝛ tarde de stomacho eijcitur:vt inquit Isaac in.p.d.vbi subdit. Splen aũt porci melior est ceteris propter sue substãtie raritatem ꝛ subtilitatem. Qđ etiam voluit princeps in.ij.canonis. c. cccccccxxj. dicens. Melior splenũ est splen porci cum hoc tamẽ est mali chimi. In ipso eñ est stipticitas quedam ꝛ generat sanguinem melancolicũ ꝛ est tarde digestionis propter suam stipticitatẽ. ꝛ hoc est quod sensit Rasis in.xj.c.libri tertij Almansoris cum ait. Splẽ mali existens nutrimenti tarde digeritur ac nigrum generat sanguinem. ꝛ in libro.xxij.cõtinentis.c. cccclxxxiiij. Idem retulit auctoritate Gal. Joannitij ꝛ Bimmasui.a quibꝰ nõ discessit Hallabas in quinto theorice.c.xxij. cum inquit. Qui ex splene sanguinis generatur malus est ꝛ ad coleram declinans nigram: sed tamen si de porco sumatur minus malũ sequitur: ꝛ animaliũ splenes saginatoꝝ minus mali sunt ꝙ̃ macroꝝ. Quare comedentẽ pinguedini illũ admiscere oportet ꝛ optime coquere ꝛc̃. Qui oẽs a Gal. fonte copioso accepere in.iij. Alimentoꝝ. c.xj. dicentis. Splẽ qđem neqꝫ ad gustũ bene delectabilis est:habet enim ponticum apparẽs meritoqꝫ cachochimꝰ esse creditur melãcolici sanguinis generatiuus existẽs. Et i libro de euchimia ꝛ cachochimia.c.iij.sic etiam inquit de ipso. Splen sufficiẽter est cachochimꝰ ꝛ melãcolicus. In porcis auteꝫ minime est talis: omnes tamen hortamur vt porcino ꝛ quocũqꝫ alio splene ꝑtermisso cibis alijs melioribus reficiantur.

¶ Capitulum.cix.ostendit naturã testiculorum renum ꝛ vberum:ꝛ de eis quod ad nutrimentum sit eligendum.

Testiculi sunt vnũ de membris corpis principalibꝰ plus ꝑcõseruatione speciei qꝫ indiuidui generatũ:vt colligitur ex sentẽtia principis in prima primi. doc.v.c.j. Et in canticis de eis sic scribẽtis. Testiculi sunt membra generatonis. a quo sumpsit Michael nr̃ in sua practica cũ ait. ꝙ ipsi sunt mẽbra glandosa: alba:extra corpus eminẽtia:geniture per se ꝛ principaliter gñatiua seu porductiua ꝛc̃. Quoꝝ cõplexio put etiã nr̃o ꝑtinet ꝑposito: calida est ꝛ humida vsqꝫ ad scđm:teste eodẽ i.ij.tractatu libri sui. Et queadmodũ scripsit Auicẽ. in.ij. cañ.c.cccccccxxiij.plurimi ipoꝝ sunt difficilis digestiõis plurimi nutrimẽti: ꝛ ꝑprie cũ sunt de aialibꝰ magnis grosse carnis. Que qđẽ fuit snĩa Rasis in.xxj.cõtinẽtis.c.cclxxviij. ꝛ Gal.i.iij.de alimẽtꝭ.c.vj.cũ inqt. Aialiũ testiculi indigestibiles sunt ꝛ cachochimi. Digesti aũt bñ nutritiui.qđ aũt magis ꝛ minꝰ in ipis ꝑportionale ẽ dico ſm carnes. iquãtũ eñ porcoꝝ caro ea q̃ alioꝝ ẽ melior intantũ ꝛ testiculi testiculis. Soli aũt q̃ gal

loꝝ optimi ſm oīa ⁊ maxime ſaginatoꝝ. Et in.c.xx.eiuſdem dixit. Teſticuli ſunt optimi ⁊ maxime impinguatorū galloꝝ. Et in.iij.c. de euchimia ⁊ cachochimia: ſic etiam de eis ait. Epar non eſt cachochimum: renes aūt ⁊ teſticuli nō euchimi preter eos q̇ galloꝝ. ⁊ ꝓpterea dixit Auicē. in.ij.cañ.c. cccccccxxiij. Melioꝛ teſticulus eſt illiꝰ cuiꝰ bonꝰ eſt teſticulus ⁊ qui eſt adoleſcētiū: ⁊ teſticulus q̇ eſt magnoꝝ hircoꝝ ⁊ que eis aſſimilant̄ de arietibus ⁊ tauris nō digeritur: ⁊ nō eſt ſicut teſticulꝰ galloꝝ ⁊ p̄cipue ipinguatoꝝ: nā ipſe eſt bonus valde. ⁊ ſubdit. nō habet bonitatē nutrimēti mamillarū niſi teſticulus galloꝝ impinguatoꝝ. Ipſe nāq̧ eſt boni nutrimēti plurimū: ⁊ oēs ſpecies teſticuli qn̄ digerunt̄ ꝓpꝛie q̇ nō ſunt difficilis digeſtionis plurimū nutriūt: ex q̇bꝰ manifeſtū eſt q̄tū galloꝝ teſticuli ſunt cōueniētes. ⁊ ideo dixit Auerrois in ſcđa parte canticoꝝ. cōmēto. cxj. De teſticulis galloꝝ habetur opinio ꝙ ex eis tātū pōdus ſanguinis generet̄ q̄tū ipſi ſunt: q2 alijs poſtpoſitis his ſecuriſſime poterimus vti ſi debiles eſſemus ⁊c̄. De mamillis ṽo dicamus cū Auicē. in.xij. tertij ſic eā deſcribente mamillā. Mamilla eſt membꝛū creatum ad generandū lac vt nutriatur cum eo nouiter natus in introitu ſue natiuitatis et vſq̧ quo cōfirmet̄ ⁊ creſcat eiꝰ virtꝰ ⁊ fiat cōueniens ad digerēdū cibū foꝛtem ſolidū. Conciliatoꝛ ṽo in differentia. cxcv. dixit ꝙ mamilla eſt īſtrumētū generatiuū lactis qđ componit̄ ex arterijs venis neruis ⁊ carne alba ſenſibili: vt ſanguis in ea in lac vlterius decoctum dealbet̄ ⁊c̄ Et ꝓpterea bene dixit Michael noſter cū ait. Uberū carnes ſunt ſimiles carnibꝰ glādoſis ⁊ complexio earū eſt humida declinās ad frigiditatē: ſunt boni ſapoꝛis ⁊ dulcis. et ex eis gn̄at̄ ſanguis bonus ⁊ multū nutriūt licet tarde digerantur. Quequidē fuit ſn̄ia Haliabatis in.v. theorice.c.xxij. Et Almāſoꝛis ī libꝛo.iij.c.xj. dicētis. Uber eſt frigidū groſſum: qđ licet multū nutriat tarde tamē digerit̄. Et in.xxij. cōtinentis.c.ccccclxxx. ſic etiā Raſis inq̇t. Mamilla ſi comeditur: vt dixit. Gal. in libꝛo nutrimenti: plena lacte nutrimentum eius: poſt digeſtionem bonam: erit ꝓximū nutrimēto carnis: tñ niſi condominabilis fiat digeſtio ipſiꝰ de ea generat̄ humoꝛ crudꝰ aut flegma. Et dixit Bimmaſui. Mamilla frigida eſt ⁊ ſicca ex neruoſitate q̇ in ea: tñ ſi in ea fuerit lac erit velocioꝛis digeſtiōis ⁊ laudabilioꝛ ex complexiōe ſed comedēda eſt cum aromatibus: vt velox fiat deſcēſio eius de ſtomacho ⁊c̄. Gal. aūt ante hos oēs in tertio de alimētis.c.v. ſenſit qđ dictū eſt quādo ſic ait. Qui aūt in mamillis quādo habent lac: inſinuāt ⁊ aliquid dulcedinis illiꝰ: ⁊ propter hoc deſiderabile lecatoꝛibus eduliū adenes plenilacte facti ⁊ maxime in poꝛcis. Qđ autem ex ipſis alimentū bene quidē digeſtis pꝛope id eſt qđ ſm carnes: magis aūt defectiue elaboratis crudū ⁊ flegmaticū humoꝛem generāt ⁊c̄. a quo ſicut ⁊ ceteri: pꝛinceps accepit cum in.ij. canonis.c.cccccccxlvj. ſcripſit. Uber natura eſt frigidū ⁊ ſiccū pꝛopter neruos plures qui ſunt in ip̄o: ⁊ nutrimentū vberis pleni lacte quādo digeritur pꝛopinquū eſt nutrimento carnis. Et illud eſt melius in quo eſt lac: quoniam facit ipſum velociter deſcēdere ſi eſt de animali bone carnis boni humoꝛis groſſi ⁊ foꝛtis erit generatiuū. Et in c.cxlvj. eiuſdē dixit. Mamille quidem nutrimentū eſt bonū: ꝙ ſi in ea eſt lac: eſt groſſum ⁊c̄. Eligant̄ igitur: vt Michael iubet. vbera de animalibus iuuenibꝰ ⁊ temperatis ⁊c̄. De renibus poſtremo dicamus cū Auicen. in.xviij. tertij.c. dicente. Renes fuerunt creati ad hoc vt ſint inſtrumentum mūdans ſanguinē ab aquoſitate ſuperflua ⁊c̄. Et q2 ſunt duo membꝛa carnea dura ⁊ in complexione calida ⁊ ſicca: vt noſter inquit Sauoꝛonola. Qđ etiam ſenſit. Auicenna in.ij. canonis.c. ccccclxxx. cum dixit. ꝙ ad ſiccitatem ſunt declinantes: pꝛopterea parui ſunt nutrimenti ⁊ humoꝛ eoꝝ eſt malus: ſunt difficilis digeſtionis ⁊ hoꝛridi ſapoꝛis: laudabilioꝛes tamen ex eis ſunt renes hedi lactentis inquit ipſe. Qđ etiam voluit Iſaac in.p.d. cuꝫ ait. Renes duobꝰ modis ſunt illaudabiles: imo pꝛopter ſue ſubſtantie coꝛruptionem: et credo ꝙ velit dicere compactionem: ⁊ duritiem ⁊ groſſitiem. Secūdo quia eoꝛū nutrimentū fuerat vꝛine pinguedo vnde ſanguinem generāt groſſum ⁊ peſſimū. Et ideo di-

cebat Haliabas in.v.Theorice.c.xxij. Renes malus est cibus ꝓpter eã: que in eis est: vrine qualitatem. Et similiter Rasis in.iij. Almansoris.c.xj.inquit. Renes tarde digerũtur qui nec bonum generãt sanguinẽ nec multũ dãt nutrimentũ. Et in.xxiij.cõtinentis.c.ccccccl x.auctoritate Gal. dixit.ꝙ malũ humorẽ generãt manifeste:⁊ digestio eoꝝ est difficilis ⁊ laboriosa. Et Ruffus inquit ꝙ sunt male digestionis ⁊ nutricationis. Et Joãnitius ait.ꝙ nõ sunt laudabiles ex grossitudine substãtie ipsoꝝ neq̃ in nutrimento ex malitia chimi gñati de eis neq̃ in solutione vẽtris ex tarditate descẽsionis ipoꝝ.quare preter hedinos laudatos alij dimittãtur.

¶ Cap.cx.ostendit naturam pedũ ⁊ caudarum animaliũ in via nutrimenti: ⁊ quomodo eligendi ⁊c̃.

PEdes ⁊ cauda sunt mẽbra corporis manifestissima:⁊ ꝓpter ea diffinitione nõ indigerẽt. Attamen id mihi minime videtur esse pretereundũ quod scripsit Gal.in.iiij.de iuuamentis mẽbroꝝ.c.j.cũ ait. Pes est instrumẽtũ ambulationis in hoĩe qui est aĩal sapiens: et ambulatio fit per motũ ⁊ fixionem: pedes ergo sunt instrumẽta fixionis ⁊c̃. Et q̃uis hec descriptio pedibus hoim sit attributa : põt tñ ⁊ pedibus brutoꝝ cõuenire: vt tñ nostro ꝑtinet ꝓposito de eis dicẽdũ est cũ Auicẽ.in.ij. canonis. c.cccccl v.dicẽte. Pedes generãt humorẽ viscosum nõ grossum:sed ipse est laudabilis ⁊ paucaꝝ superfluitatũ. Et infra subiũxit. Boni sunt digestioni et boni chimi viscosi non grossi. Et significatio bonitatis digestionis eoꝝ est velocitas inflationis ipsoꝝ ⁊ dissolutionis in decoctione. Uerũ eoꝝ nutrimentũ nõ est multũ. Quod sensisse videt Haliabas in.v.theorice.c.xxij.dicens. Pedes aures ⁊ labia oia hec neruosa sunt paululũ carnis habẽtia ⁊ adipis : parũ nutriũt celerius digerũtur. Amplioris nẽpe q̃ reliqua mẽbra sunt motus:quare a stomacho citius descẽdũt sue viscositatis causa: ⁊ qui ab eis gñat sanguis bonus est ⁊ laudãdus. Et similiter Rasis in.xxiij.continentis.c.ccccccl xj.dixit auctoritate Gal. Pedes generãt chimũ viscosum: tñ nõ grossum:⁊ sunt cõuenietis digestionis carẽtes superfluitatibus boni chimi:⁊ velocis digestionis. Deinde subdit auctoritate eiusdẽ in lib. de chimis ꝙ generãt humorẽ viscosum nõ grossum ⁊ habẽt signũ super hoc ex dispositione ipsoꝝ in decoctione:q: id qd̃ auget ⁊ liquefit in coquẽdo bonũ erit ĩ digestione. ⁊ in.iij.Almãsoris.c.xj. dixit. Pedes sanguinẽ generãt viscosum q̃ frigidior ac leuior existit illo quẽ caro generat. Quorũ anteriores leuiores sunt ⁊ calidiores: posteriores v̾o grauiores sunt ⁊ frigidiores. a quo sumpsit Isaac in particularibus dietis cũ inquit. Extremitates aĩaliũ q: omnino carẽt pinguedine tarde digerunt sunt em̃ de substãtia cutis ⁊ neruoꝝ:sed qm̃ semper sunt in motu ⁊ labore digestibiliora sunt neruosis mẽbris:⁊ immobilibus ⁊ non laboriosis : q: neruosa nec motũ nec laborẽ habẽtia viscosum dãt nutriumẽtũ lubrificatiuũ a stomacho ⁊ ex intestinis cito descendens. Necesse est ergo vt extremitates simile generẽt nutrimẽtũ: sed tñ nõ tãtũ.qd̃ sic probatur. Cũ em̃ coquũtur ꝑ partes suas dilatantur qd̃ significat leuitatẽ ⁊ subtilitatem: paruũ tñ eoꝝ est nutrimẽtũ. Et post aliqua subiunxit. Pedes anteriores posterioribus sunt meliores ꝓpter fundamentũ naturalis caloris eis vicinãtis. Cõcludamus itaq̃ ꝙ cũ pedes quadrupedũ sint de numero ciborũ superfluitates nõ habẽtiũ : vt dixit Gal. in libro de dissolutione continua.securi sint ad sanitatẽ: ⁊ ꝑmaxime colericis ⁊ sanguinẽ subtilẽ habẽtibus cõuenire videntur. Eligãtur ergo pedes laudabiliũ aĩaliũ ⁊ decoquãtur vsq̃ ad dissolutionẽ ⁊ preparẽtur cũ aceto ⁊ croco : ⁊ sic remouebit eoꝝ nocumentũ si qd̃ ex grossitie ⁊ viscositate ipoꝝ timet:vt Michael inquit. Et eoꝝ patina apponi prima mẽsa cõsueuit ⁊ mirũ in modũ appetentiam excitabũt : vt obsonioꝝ retulit auctor. De cauda autem dicimus cũ Rasi in.xxij. cõtinẽtis.c.cccxxvij.auctoritate Gal. sic scribente. Caude sunt magis solidiores ventribus ⁊ intestinis. ⁊ iuxta hũc modũ erit difficultas digestionis ipsarũ ⁊ paucitas nutri-

menti. Tamē superfluitates ipsaꝝ sunt mo-
dice ex motibus ipsaꝝ : ⁊ ꝓpter hoc quidā
modernoꝝ dixerunt ꝙ causa est satis cōue-
nientis nutrimēti ꝓpter sui motū cōtinuū.
Quod tamē dictum sic absolute nō est cōue
niēs: cū dicat Jsaac in.p.d. ꝙ nō solum cau
da sed mēbra que caude sunt vicina ⁊ a ca-
lore naturali lōginqua duriora sunt ⁊ indi-
gestibiliora minusqꝫ saporosiora. Quod fit
duobus modis. Primo ꝓpter calorē natu-
ralē ab eis remotū. Scđo q2 fuerunt nutrita
sanguine male in epate cocto. Et hoc videt
sensisse Rasis cum in.iij. Almāsoris.c.xj.in
quit. Cauda est calida q̄ stomacho nocēs fa
stidiū facit ac colerā generat rubeā. Et in li-
bro.iiij.suoꝝ afforismoꝝ sic quoqꝫ ait. A ca
pitibus homines sibi precauere debent ⁊ a
caudis. Phi eñ dixerūt ꝙ carnes pilose ve
nena nō euadunt naturaliter: ⁊ maxime capi
ta eoꝝ ⁊ caude: ⁊ ideo comedi nō debēt. que
fuit ꝑ parte Gal. sniā in libro de euchimia
⁊ cachochimia.c.iiij. cū caudam enumeraue
rit inter partes difficilis digestionis ⁊ mali
chimi. quāobrē vsum eius nō laudamus ad
sanitatē pacto aliquo quemadmodū pedes
laudabiles plurimū cōmendamus.

¶ Capitulum.cxj. ostendit naturam sangui
nis ⁊ pinguedinis pro quāto via cibi quā-
doqꝫ sumūtur.

SAnguis ⁊ pinguedo non sunt
corpis mēbra queādmodū sen
peratū cū nature sanguis sit vicinū. Ad cō-
parationē ergo alteri⁹ lacti laudabilior ꝛ nu
tribilior cib⁹ erit ꝛ maxie acceptū sicut opȝ.
et in ꝑticularib⁹ etiā inqt. Lac vberib⁹ vici
nū est dulce ꝛ liq̄dū. Et idcirco ceteris lauda
bilius est ꝛ digestibili⁹ citoq; in sanguinē cō
uertibile: si ꝓut oportet accipiat ꝛ quātū vir
tus tollerare valuerit ꝛc̄. Cui ꝯcordat Auer
rois in. v. colliget cū ait. Et lac nō valet i his
q̄ diximus nisi recēter trahat ex mamillis si
esse pōt. Et similiter Auicē. in scđo canonis
c. cccclix. dicens. Et oportet vt lac admini-
stretur statim vt mulgetur anteq; cōuertat.
Quequidē fuit Gal. sentētia in. v. de igenio
sanitatis. c. xij. dicentis. Studendū est vt lac
mox vt ab vberibus aialium est emunctū su
gatur: ne quomodolibet ab aere tāgat. Quo
rum quidem sapiētum p̄allegatoꝝ ratio est.
Qm̄ lac in sua substantia est velocis ꝯuersio
nis. i. corruptionis: teste p̄ncipe vbi supra. ꝛ
Almāsore in libro. iij. c. xv. sic scribente. Con
uersio lactis est velox ꝛ experientia illud do
cet q₂ facile acescit ꝛ cito obseruandū est pre
terea ꝙ si ex vbere nō sugat ꝑmiscendū est cū
eo salis ꝛ mellis modicū vt in stomacho mi-
nime coaguletur: ꝛ p̄sertim si lac grossuȝ fue
rit: iuxta preceptū Isaac in. v. d. sic scriben
tis. Si mel ꝛ parū salis i lacte apponat nūq;
coagulabitur. et in particularibus sic etiam
inquit. Lac caprinū nōnūq; coagulatur in
stomacho nisi cū calidū ab vberibus exiens

bibatur: aut cũ fuerit cũ modico melle ꝛ sale
permixtũ: tali em̃ modo ꝓpinantũ nullã cõ
glutinationẽ dabit. ꝛ subdit. Sinautem tali
dabitur modo semetip̃m coagulabit ꝛ graui
tatẽ in stomacho ꝛ in gula suffocationẽ ge-
nerabit. q̃ fuit Gal. sententia in .v. de ingenio
sanitatis. c. superius allegato dicentis. Qui
miscet aliquãtulũ mellis cũ lacte ꝓhibet eiꝰ
coagulationẽ in stomacho. naꝫ mel custodit
ne coaguletur in stomacho: ꝓpter qd̃ si vis
vt facile a stomacho descẽdat mitte parũ sa-
lis in eo. Et in .v. libro de regimine sanitatis
versus finẽ ait. Lac nõ caseat ꝼm ventrẽ si de
sale ꝛ melle assumpserit. Et in .iij. alimento-
rũ. c. xiiij. Si quis accipiat salis aliquid aut
mellis impossibile est lac in stomacho eius
coagulari. Et in libro de euchimia. c. iij. Cõ
similiter inquit non est infallax absq̃ melle
offerre tẽperatũ lac: qm̃ multis eoꝝ qui ip̃m
biberũt caseatũ fuit in ventre ꝛ nimirũ. Que
autẽ sint nocumẽta eius cũ in stomacho coa
gulatur: nõ est hic opus dicere cũ ex superiꝰ
habitis sint satis manifesta. Et ideo talis ꝓ-
paratio lactis cũ melle ꝛ sale aut cũ zuccaro
ꝛ passulis vt aliqui iubẽt moderni pro re vti
li nõ minusq̃ necessaria ad sanitatẽ est obser
uanda. Qua autẽ hora lac bibendũ sit sub-
iũgamꝰ cũ ꝛ ip̃a nõ modicum faciat licet per
accidẽs ad nutrimentũ: dicente Isaac in .v.
d. c. xvij. auctoritate Ruffi hec verba. Ruf-
fus inquit ꝙ lac bibẽtes ieiunos esse opor-
tet ꝛ bibãt cũ exeat vbera neq̃ aliquid come
dãt quousq̃ digerat. Et post pauca subdit.
digesto autẽ illo scd̃o accipiãt. ꝛ tertio itidẽ
faciãt. sic em̃ faciẽdo solutionẽ prestat vẽtris
cũ aquositate sua ꝛ corpꝰ est nutriẽs augẽs
quoq̃ carnẽ ꝛ sanguinẽ nature amicissimuꝫ
generat. Et ꝙ cũ lacte nõ sit aliud ꝑmiscen-
dum tolli põt ex dicto illo principis in .iij. j.
doc. ij. c. vij. Lac cũ rebus acetosis comedẽ-
dum nõ est neq̃ pisces cũ lacte qm̃ inde per
uenit ad egritudines permanentes sicut le-
pra ꝛ hm̃oi inquit ip̃e eo in loco indoꝝ ex-
perimẽtatoꝝ auctoritate. Que autẽ quanti-
tas lactis bibẽda sit minime expressum inue
nio. ꝼm tñ etates cõplexiones ꝛ stomachi tol
lerantiã accipiat ꝛ in tanta quãtitate ꝙ di-
geratur ꝛ nõ ledat vt tetigit Isaac in .j. doc.
cũ ait. Prout oportet accipiat: ꝛ quãtũ vir-
tus tolerare valuerit. Si em̃ vltra q̃ oportu
nũ fuerit sumat naturã grauat ꝛ capiti sto-
machoq̃ infert nocumentũ. Securissime igi
tur a pauca lactis quãtitate incipienduꝫ est
ꝛ paulatim ad maiorem transeũdo prout di
gestiua stomachi docebit.

¶ Capitulũ. cxxlj. põit q̃ sint obſuãda post lactis assumptionẽ ne i stomacho corrũpat.

Quecũq̃ hactenus dicta sunt de
lacte obseruãda ꝓculdubio forẽt
inutilia: si postq̃ bibituꝫ fuerit q̃
oportuna sunt nõ intelligẽtes ꝑ-
termitteremus. Et iõ dicendũ est que neces-
sario debẽt attẽdi post lactis comestionẽ cũ
Isaac in .d. v. c. xvij. sic scribẽte. Postq̃ lac
bibitũ fuerit in ieiuno nihil aliud comedant
quoadusq̃ digeratur ꝛ labor et nimius mo
tus fugiant. Si em̃ oĩno sine motu stomachi
inuenerit defectionẽ eijcitur lac anteq̃ dige
ratur. Si ỽo fortitudinẽ mutatur in corru-
ptionẽ nõ em̃ quiescẽdo a deambulatione:
sed ambulãdo suauiter quoadusq̃ ad stoma
chi fundum sentiat descendisse. Sic enim me
lius ad digerendum preparatur. Quod etiã
voluit Auicẽ. in .ij. canõis. c. cccclxix. dicẽs.
Illum autẽ qui bibit lac post ip̃sum quiesce
re oportet vt non corrumpatur ꝛ nõ acescat
verũ oportet vt non super ip̃ꝫ dormiat neq̃
suscipiat super ip̃m cibũ aliũ donec descen-
dat: nec etiã post ip̃m bibatur vinũ qm̃ alte-
rat ip̃m ꝛ coagulat ꝛ penetrare facit indige-
stum vt iuniores medici sentire vident. Hoc
igitur sit primũ pro regula obseruandũ. Se
cundũ autem non minus hoc dicto necessa-
rium est vt lauentur dentes ꝛ gingiue cũ ace
to vel vino aut cum aqua mellis ꝛ huius re
aliqua abstergente. Quoniã vt dixit Halia
bas in .v. Theorice. c. xxvj. Lac dẽtibus no-
cet ꝛ gingiuas comedit ꝛ eneruat: iõ lac co-
medentẽ post illũ masticare oportet aquam
mellis vel vinũ quo gingiue oĩno abluãtur
ab ea q̃ illis inhesit coagulatiua substantia.
clarius autẽ Isaac in .p. d. sic etiã hoc inq̃t.
Lac dẽtibus atq̃ gingiuis mollitiẽ dabit ꝛ
putrefaciet ea: vnde mollificate putrefiũt: fit

ergo necessarium vt os lauetur cuꝫ vino vel
aceto vt qđ de lacte dentibꝰ inuiscatū fuerit
mundificetur. Hoc etiaꝫ voluit Auicē. in ca
nonis .ij. capitulo sepiꝰ allegato dicens. Et
lac quidem nocet dentibus ꝛ corrodit eos et
concauat ꝛ cōsumit ipos: ꝛ proprie cū dens
est frigide complexionis ꝛ laxam efficit gin-
giuam: immo oportet vt post ipm colluatur
os cum melle ꝛ vino ꝛ oximelle. Que senten
tia fuit assumpta a fonte vberrimo Galie. in
tertio Alimētoꝝ capitulo decimoquarto sic
scribēte. Oportet post oblationem lactis vi
num mixtum traijcere. Et subdit. Et meliꝰ
est ꝛ si mellis aliquid supermittas ipsi oino
cū sic abstergitur qđ circumplasmatū dēti-
bus ꝛ gingiuis fuerit. Hoc etiā similiter ob
seruandū est post lacticinioꝝ dicendorum in
fra comestionē ꝛ presertim post lactis coagu
lati ꝛ casei sine sale recentis assumptionem.
Quoꝝ partes grossiores ꝛ viscosiores ma-
gis gingiuis adherent ꝛ inter dentes: preci-
pue raros inuiscantur. Abstergantur itaqꝫ
ꝛ lauentur cum aliquo predictoꝝ ne putre-
fiant: ſm qđ sapiētes antiqui vt supra visuꝫ
est preceperūt. Et hec de obseruandis post
haustū lactis dicta ꝙ breuissime sufficiant.

¶ Capitulum .cxxiij. ostendit que nocumen
ta proueniant ex assidua ex frequentata la-
ctis etiam boni assumptione in multa corpo
ris membra.

ET si multa bona de lacte su-
perius dixerim cum debito ac
cipitur modo: ꝛ quandoqꝫ: nō
tamen frequentandus est eiꝰ
vsus cū ad diuersas perducat
egritudines ꝛ dentibus presertim noceat di
cēte Isaac ī particularibus dietis. Assuefa-
cto ꝛ multum lacte ebibito dentes ꝛ gingiue
mollificantur: ꝛ inde putrefiunt. Quequidē
fuit etiā Gal. sententia i. iij. alimētoꝝ .c. xiiij.
dicentis. Cōtinuus vsus lactis ledit dentes
simul cū adiacētibus carnibus quas nomi-
nant gingiuas: has igitur laxas: dētes autē
valde putrescibiles ꝛ corrosos efficit. Nocet
similiter vsus lactis visceribus nō modicuꝫ
cū dicat princeps in .ij. canonis .c. superiꝰ an
notato. Lac preterea non est bonū visceribꝰ
licet lac caprarū sit minus nocēs visceribus
ꝙ aliud. qđ etiam sensit Rasis in libro .iiij.
suorū afforismorū dicēs. Lac a quo butiruꝫ
nō est extractū ꝛ maxime recēs: ꝛ butirū cru
dū intestina humefaciūt ꝛ lubricant ꝛ ea le-
dunt. Et ideo viscera habētes debilia eo ra-
rius ꝙ ceteri hoīes vti debēt. Similiter stri
ctas habētes venas ꝛ opilationibus parati
lacte omni ꝙrarissime vtant. qm̄ vt Auer-
rois inquit in .vj. colliget. c. de diminutione
cibi. Et lac bonū est senibus venas habētibꝰ
largas. Sꝫ necessariū est vt cū melle vtātur.
Senes ꝟo frigide cōplexionis per naturaꝫ
ꝛ venas habētes strictas lacti non approxi-
mēt: qm̄ oīne quidē lac facit possidere opila
tiōes in epate ꝛ in mesaraicis. Et ꝓpter hāc
etiā cām lac facit euenire lapidē: vt idē dixit
eo in loco. Et ꝑmaxime si grossuꝫ fuerit dicē
te Hallabate in .v. theorice. c. xxvj. Lac cui
coagulatiua dn̄atur substātia malū est: ideo
ꝙ opilationē parit in epate ꝛ splene. in reni
bus ꝟo et vesica lapides: nec oportet illud
multum sumere. Multoqꝫ magis ꝑdicta fa-
ciet nocumēta si cū grossis cibarijs ꝑmixtuꝫ
fuerit: vt Isaac voluit vbi supra dicens. Si
lac coctū cū alijs cibarijs māducet sicut ri-
sis: milio: panico: ꝛ similibꝰ bene nutrit mi-
nusqꝫ generatiuū vētositatis: est tn̄ durū di
gestioni ꝛ est cā generādi in epate ꝛ intesti-
nis opilationes ꝛ in renibus lapides. Po-
stremo sic cōcludit. Ideoqꝫ non oportet lac
potari nisi stomacho innanito ꝛ ab humori-
bus mundificato. Sitqꝫ lac de sanis aīalibꝰ
sed neqꝫ crebro neqꝫ multam de eo quātita-
tem accipiant. Lac preterea: vt princeps vo
luit vbi supra: malum est neruis ꝛ habenti-
bus egritudines neruorum proprie frigidas
ꝛ flegmaticas. Et infra dixit. Lac facit eue-
nire tenebrositatem visus ꝛ caliginē. Et plu
rimus vsus eiꝰ generat pediculos ſm qđ q̄-
dā existimauerūt ꝛ multotiens facit euenire
febres ꝛc. hec ipse. Et ꝓpterea videntur oēs
antiqui in hoc conuenire ꝙ frequēs vsus la
ctis fugiēdus sit oīno. Cuius quidem ratio
plus ex parte corporis non diu mundi rema
nentis potius ꝙ ex parte ipsius lactis pōt
cōtingere: ꝛ ideo tutissimū est veterū auctoꝝ

cõsiliũ: vt raro lac bonũ comedamus postq̃ sciuerimus ꝙ corpus sanũ fuerit calidum ⁊ siccum ⁊ stomachus mũdificatus a colera ⁊ flegmate: vt superius diximus. Et ꝙ lac sit bonũ ex laudabili aiali nõ acetosum sed correctũ vt supra. in cõuenienti quoq̃ mensura bibitũ: tunc eñ nocere minime poterit: sed plurimũ iuuare: dicẽte Isaac loco sepius allegato. ꝙ lac predicto modo susceptum sanguinem laudabilẽ generat: vẽtrẽ humectat: pectus pulmonem ac vesicã iuuat: corpus impinguat: colorẽ clarificat: ⁊ multa alia facit iuuamenta. quare ⁊c.

¶ Capitulũ.cxxiiij. ostendit naturã quorũdam lacticiniorũ .s. lactis coagulati: capitis lactis: butiri: ⁊ huiusmodi.

Quantũ nobiles errent lacticiniis quibusdã vtẽtes si hoc legerint caplm satis quidẽ poterũt intelligere. Et pmaxime qui in vltima mensa hec comedere cõsueuerint. Nesciẽtes ꝙ quicq̃d boni ciborũ preassumpserãt cõfundũt: alterãt atq̃ corrũpũt. Et q2 lacte cõcreto persepe vescuntur: intelligant primo quid de ipso scripsit Isaac in.c.xvij. dietarũ vniuersaliũ cum ait. Lac coagulatũ grauitatẽ generat in stomacho: fumositatem mittit capiti vnde suffocatio ⁊ angustia sepe gñat. ⁊ infra. Lac coagulatũ ex grossitie sua est ad digerendũ durũ ⁊ peius omni alio lacte grossos humores generat ⁊ cito fastidiũ facit: ⁊ causa fit lieterie. Quod etiã voluit Rasis in.iij. Almansoris cap.xv. dicẽs. Lac coagulatũ fastidiũ facit: atq̃ graue existens appetitum nõ irritat: vt caseus ⁊c. Et ꝓpterea aut omnino dimittendum est: aut: vt Platina inquit: coagulatũ lac prima mẽsa sit haustũ: nã post cibũ sumptum: vt ferre solemus: aut statim putrescit: aut secũ alterum cibum incoctũ ad ima trahit. De butirositate vo dicimus que pars calidior ⁊ vnctuosior est lactis: ⁊ que ex quiete ⁊ nocturna frigiditate fieri solet: ⁊ facta in superiori parte lactis natãs apparet: ⁊ ipam vulgares caput lactis appellant: ⁊ multum ab indulgentibus gule appreciatur. Nesciẽtes ꝙ licet gustui placeat voraci: q2 tamẽ calida est ⁊ humida viscosa ⁊ vnctuosa ⁊ parte caseata nutribilior teste Isaac i q̃nta doc. est tamẽ mollificatiua villorũ stomachi: ⁊ q2 aerea natat supra cibũ: vt oleũ super aquas quare cibis grossitudinẽ tribuit ⁊ viscositatem: vnde indigesti manent cibos etiã digeri incipientes lubricat: et a stomacho deponit priusq̃ decoctionis tempus compleatur vt idẽ dixit in prima doctrina. ⁊ infra etiam subiunxit. pars lactis butirosa pro sui calore ac leuitate mutatur in fumositatẽ presertim si stomachũ sibi similẽ inuenerit ⁊ assuefacta stomacho nocet: quia villos et stomachi asperitatẽ lenit: ⁊ ꝓpterea via cibi fugiẽda est cũ in calido ⁊ frigido stomacho sit suspecta ⁊ nihil fere a butiro ipso differre videtur. Qd via nutrimẽti a medicis minime approbat cũ calidũ sit ⁊ humidũ in primo ⁊ mollificatiuũ stomachi: vt dixit Princeps in.ij. canonis.c.cxv. ⁊ Rasis in.iij. Almansoris.c.xv. vbi ait. Butirũ etiã coctũ stomachũ debilitat ac dura mollificat ⁊c. Et post pauca subdit. Qui autẽ eo in comestiõe vsus fuerit flegmaticas patietur egritudines quãto igit magis crudũ est illaudabile. Et propterea ipso nequaq̃ est vtendũ nisi pro cõdimẽto ⁊ pͥsertim a pinguibus qm impinguat multũ: vt docet expertẽtia. de quo in pcessu prout in via ingredit cõdimẽti lõgiorẽ dño cõcedẽte sermonẽ faciemus. De recocta vo nõ nisi pauca ab antiquis inuenio cũ eã forsitan cõprehẽderint sub lacte coagulato vel sub caseo recẽti sine sale. de quo infra scribemus. dixit eñ Auicẽ. de ipa in.ij. canonis.c. cxxviij. Recocta minꝰ est nociua stomacho q̃ caseus nouus. Et Haliabas in.v. Theorice.c.xxvj. sic de ea inquit. Quãdo excolat lactis aquositas remanet coagulatiua substãtia q̃ vocat in nostro vulgari recocta. huiusmodi quidẽ substantia corpus oportuno pascit cibo calidisq̃ hoibus vtilis est stomachi ⁊ colericũ habẽtibus fluxũ. Magis aũt ex vaccarũ lacte si fuerit nec nocet homini si sanus fuerit. Sz tñ si frigidus cõplexiõe sit stomachus minime illã digerit. Qd etiã sensit Rasis i.iij. Almãsoris.c.xv. cũ ait. Massal vo.i. recocta infrigidat fortiter atq̃ sitim

et colerā reprimit rubeā:neruis tamē ac frigidis egritudinibus malū est. Et ideo dormitasse videt᷑ Platina qñ recoctā calidā eē scripserat. ⁊ hec de ipsa dicta sufficiāt.

¶ Capitulum.cxxv.ostendit naturam casei recentis non saliti:⁊ illius etiā qui modicuꝫ salis habuerit.

Caseus ꝗ̄plures habet diuersitates cū quidā recens quidaꝫ antiquus ⁊ quidā medius existat.⁊ iterū recētis aliquis est salitus ⁊ aliqs sine sale.⁊ etiā diuersificatur ex parte lactis:qm̄ quidaꝫ factus fuit ex ouino:⁊ alius ex vaccino:⁊ terti⁹ ex ambobus ⁊c̄. De quibus seriatim dicēdū est vt quis sit melior ⁊ ad sanitatē laudabilior intelligatur. Dicam⁹ ergo cū Auicen.in ij.canonis.c.cxxviij.ꝙ caseus recens sine sale est frigidus ⁊ humidus in tertio ⁊ est nutritiuus ⁊ impinguatiuus: est tñ malus stomacho:licet vt ipse refert:ꝙ Diascorides dixerit ꝙ recēs est bonus stomacho.Qđ dictū est ex eis in q̄bus est ambiguitas:⁊ ꝗ̄uis ipse sic dicat:mihi tamen videt᷑ Diascoridi plus Isaac assentire cū in quīta doctrina.c.xvij. inquit. Caseus carens sale est nutribilior salito ⁊ humectans corpus ⁊ magis carnis est augmētatiuus ⁊ nō tantū stomacho nocēs.Saporitus tñ parū melior. Et similiter Gal.in.iij. alimentorū.c.xvj.dicens. Recēs caseus oībus caseis est melior:qm̄ ipse delectabilissimus est ad esum ⁊ innociuus stomacho ⁊ oībus alijs caseis difficulter digestibilis ⁊ difficulter pertrāsibilis nō tñ cachochimus est neqꝫ valde grossi chimi.qđ etiā voluit in libro de euchimia.c.iij.cū dixit. Cachochimi sunt casei omēs: sed iuuenes sunt absqꝫ cachochimia in corporibus.s. calidis illū bene digerentibus qm̄ frigidis minime cōuenit cū dicat Auerrois in quīto colliget. Caseus recens frigidus est ⁊ humidus grosse substātie.⁊ clarius Almāsor in.iij.c.xv.cū ait.Caseus recēs frigidus est ⁊ grossus qui carnis augmētatiuus existens adustionē reprimit stomachi neqꝫ natura frigidis bon⁹ dicit᷑.Et infra cōcludit. Uerūtamē opꝫ vt recens dimittatur:scꝫ eis qui frigidi sunt. Et idē in libro.xxij.cōtinētis.c.ccij. sic etiaꝫ inquit.Caseus recēs eadē hora factus est frigidus respectu alioꝝ:q꞉ retinet adhuc de natura lactis:⁊ q꞉ multū aquositatis hꝫ ⁊ non est in eo sal nec coagulū ardēs ⁊ acutū per q̄ acquirat caseus caliditatē ⁊ siccitatē ⁊ non pōt hic case⁹ cōseruari: sed debet comedi eo die quo fit ⁊ tūc est boni saporis ⁊ nō grossi chimi.⁊ i libro.xxij.eiusdē.c.cccccccij.dixit. Case⁹ recēs nō salitus valet ad stomachū.s. calidū:de leui accedit ad membra: auget carnē:lenit ventrē ⁊c̄. Qui lꝫ frigido stomacho nō cōueniat:tñ calidū habētibus stomachū cōfert vt dictū est:cuius rō ab Isaac posita fuit in prima doc.cū inquit. Caseus recens minus ceteris est calidus ⁊ acut⁹:vñ vicinū est frigiditati ⁊ humiditati quasi in primo gradu.⁊ in hoc valde discrepat ab Auicē.q̄ graduauit ipm̄ frigidū esse in tertio:qđ ē ꝓpter humectationē ⁊ lactis aquositatē in se cōtentā quare ceteris est nutribilior ⁊ vētrē humectat absqꝫ vllo stomachi fortis nocumēto ꝓcipue si sale idiget: q̄ fuit Serapiōis snīa in.c.de leben dicentis. Caseus recēs sine sale qñ comedit᷑ est nutritiuus ⁊ bon⁹ stomacho ⁊ boni saporis facile trāsiēs ad mēbra auget in carne ⁊ impinguat:⁊ mollit vētrē tēperate:sed obseruet᷑ vt vere recēs sit et plurū dierū:qm̄ caseus salē nō habēs in acetositatē mutari suspicabit᷑:teste Isaac in vniuersalib⁹ dietis.c.xvij.Quo in loco ipse etiā cōmēdat caseū recentē modicū salis habentē cū inq̄t.Case⁹ recēs humores non malos generat cū sit mediocris inter lac ⁊ caseū siccū:retinet eñ ꝑtim dulcedinē ⁊ aq̄sitatē lactis:⁊ iō ad digerēdū facilior ⁊ ad nutriēdū laudabilior:maxīe si sale caruerit mlto.⁊ subdit.Si case⁹ sit saporit⁹ oī malo sapore carēs laudabilior ē nō salso ⁊ multo sale refracto. vbi etiā dixit auctoritate Hipocratis ꝙ caseus recēs paꝝ salit⁹ melior ē nō salito.Multū ꝟo salis habēs fit siccus ⁊ mordēs stomachū ⁊ incēdēs sanguinē.Quare ꝯcludamus hoc caplm̄ ⁊ hāc materiā:dicētes ꝙ case⁹ recēs modicū salit⁹ est laudabilis cū nō tantū frigiditatis ⁊ humiditatis habeat quātum is q̄ sine sale penit⁹ fuerit:nec tātū caldita-

tis ⁊ siccitatis q̃ꝫtum salitus. Relinquitur
ergo ꝙ sit mediocris ⁊ in cōplexione ⁊ in nu
trimēto. Et ꝙ ita sit apparet ꝑ ṗncipē in. ij.
canōis. c. allegato dicētē. Caseꝰ salitꝰ nō vetꝰ
est intra eos ⁊ velocior ī digestiōe q̃ꝫ nō sali-
tus ⁊ velocius descēdit: ⁊ ꝓpterea stomacho
frigido nō est ita nociuꝰ sicut recēs penitꝰ si
ne sale: ⁊ iō tutiꝰ īpovtēdū ē q̃ꝫ altero q̊cūqꝫ.

¶ Cap. cxxvj. oñdit naturā casei saliti ⁊ vete
ris etiā nō saliti: ⁊ que sint eoꝝ nocumenta.

Quēadmodū caseus recens ab
antiq̄s cōmendat: sic antiquꝰ
nō salitꝰ: ⁊ salitꝰ etiā plurimū
ab eis detestari videtur eo ꝙ
vterqꝫ eoꝝ q̃ꝫ pluriū nocumē-
torū sit generatiuū dicēte Isaac in. v. doc. c.
xvij. Caseus salsus nimis est exiccatꝰ ⁊ sto-
macho nocet. ⁊ infra. Caseꝰ habēs multū sa
lis fit siccus: mordēs stomachū ⁊ incēdēs san
guinē. Qđ etiā voluit Auicē. in secūdo cano
nis. c. cxxviij. dicēs. Salitus est malꝰ stoma-
cho ⁊ ꝓpterea generat melancoliā: vt idē in
canticis inq̄t textu ꝯmēti. cxxx. In cuius cō
mento Auerrois cām assignat dicēs. Caseꝰ
aridus ⁊ antiquꝰ est calidus ⁊ siccꝰ ⁊ ꝓpter-
ea generat melancoliam: salsus ꝟo est hmōi
⁊ ꝓpterea fugiendus silr. Et caseus vetꝰ nō
salsus est reprobādus cū nō pauciora in cor-
pus iferat nocumēta: vt patet ꝑ Haliabatē
in. v. Theorice. c. xxvj. sic dicētez. Caseus ve
tus peior oībus est: maxieqꝫ ille in quo acu-
mē est ⁊ pūctio: in hoc eñ caseo aquositatis
nihil est ⁊ ex coagulo acumē adeptus est iō
cephaleā mouet: opilationē ī epate generat:
⁊ in renibus calculos. Et ꝓpterea oīs q̄dem
caseus quāto ꝓpinquior recēti est minꝰ ma
lus ⁊ quāto amplius vetus ⁊ difficilioris di
gestionis erit ⁊ maiorē vrgēs sitim ac cepha-
leā capitis: a quo videtur accepisse Isaac in
doc. v. c. vbi supra cū scripsit. Uetus caseus
est acutus ⁊ siccissimus: vñ ad nutriendū est
grossus ⁊ corruptibilis: ad exeūdū de stoma
cho durus. Et infra subdit. Ceseus vetꝰ est
vitādus qm̄ in renibꝰ ⁊ vesica parit lapides
⁊ nullū affert iuuamētū: neqꝫ est nutritiuus
neqꝫ cito digestiuus: neqꝫ bonū sanguinē ge
nerans: neqꝫ vētrem humectās sed plurimū
humiditatis desiccans: stringens vrinam et
cito in intensionem se mutans. ⁊ in particu-
laribus sic quoqꝫ ait. Uetus caseus siccissi-
mus est acumen ⁊ calorem palam habens ꝓ
sale coagulisqꝫ siccitate ꝓinde cito in fumo
sitatem ⁊ colericos cōuertitur humores: qđ
duobus modis contingit. Uno quia ei vn
ctuositas in propatulo est ab aquositatis in
digētia. Alio pro acumine quod acquisiuit
a coagulo ⁊ sale: ideo stipticū est ꝓpter sicci
tatē quā ab ipis retinet. Idcirco si cuz alijs
rebus accipiatur virtutē subtiliatiuā ⁊ ape-
ritiuā habētibus fit deterior q̄ est causa la-
pides generandi in renibus: nihil eñ aliud
est materia lapidis nisi grossoꝝ copia humo
rū acumen cū calore habentium: quod sem-
per in caseo inuenitur. Caseus ergo taliter
existens pretermittendus est q̄ non est bonꝰ
ad nutrimentū nec ad bonum sanguinē ge-
nerandum neqꝫ ad ventrē humectandū. hec
ipse. Hoc etiaz sensit Auerrois in q̄nto col-
liget dicens. Uetus caseus calidus est ⁊ sic-
cus propter sal ⁊ tendit ad adustionem ⁊ ca
lidum est ⁊ siccū in tertio: ⁊ propterea come-
stus facit colericum humorē. Que fuit sñia
Rasis in tertio almāsoris. c. xv. dicētis. Ue-
tus caseus ſm vetustatis q̃ꝫtitatē diuersifica
tur: qui eñ acuti est saporis calidus est adu
rens atqꝫ sitim faciens ac male nutriens. Et
in libro. xxj. ꝯtinentis. c. cciij. sic etiā ait. Ca
seus multū vetustus est calidus ⁊ siccus re-
spectu aliarū specierū quia nō habet humi
ditatē lactis: ⁊ est corruptus ꝓpter coagulū
⁊ salem plurimū inueteratum in ipso ⁊ pro-
pter hoc ducit multam sitim ⁊ generat ma-
lum chimū ⁊c̃. Sententia quoqꝫ Gal. in ter
tio alimentorum. c. xvj. dicentis. Caseus diu
seruatus est sitis factiuus ⁊ peius digestibi
lis ⁊ peioris chimi q̃ꝫ alius propter hoc ad
eam que in renibus lapidum generationem
est nociuus talis chimꝰ. ⁊ concludit. Fugia
mus igitur talem caseum tanq̄ꝫ nihil omni-
no boni habentem neqꝫ ad digestionez neqꝫ
ad vrinationem neqꝫ ad subductionē vētris
sicut neqꝫ ad euchimiam. Et in libro de eu-
chimia. c. iij. sic etiam ait. Cachochimi sunt
casei omnes: sꝫ iuuenes sunt absqꝫ cachochi
mia. Antiqui ꝟo minime ꝓpter grossitatem

ꝛ viscositatē. Et postea dixit. Casei grosso⸗
rū humoꝝ generatiui sunt oēs: antiqui aūt
cachochimi sunt itaq fugiēdi. Qui autē an
tiqui sint dicendi ꝛ post quot menses ab au⸗
ctore aliquo non reperi: credo tamen ꝙ vsq
ad. vj. mēses iuuenes sint ꝓnūciandi ꝛ post
xij. antiqui: ꝛ q̄to post tanto antiqores ꝛ si⸗
ne dubio peiores vt q̄ duorū fuerint annoꝝ
vel triū pessimi: ꝛ quanto sicciores tanto ab
solute deteriores habeantur ꝛc̄.

¶ Cap̄. cxxvij. ondit q̄s caseus sit bon⁹ ꝛ eli
gēdus: ꝛ q̄ sint obseruāda in ei⁹ comestione.

Bonus caseus ꝛ ad sanitatē eli
gendus est qui vitiosa relique
rit extrema ꝛ medio tēperato
appropinquauerit nō nouus
neq antiqu⁹ valde vt supra di
ximus: sed medius existens: vt dixit Isaac
in. v. doc. c. xvij. his verbis. Caseus inter no
uum ꝛ veterē medius multū ꝛ fortiter est nu
tritiuus: multū q grossities lactis facit ca⸗
seū: fortiter v̄o q indurat velociter. ꝛ in par
ticularibus dietis sic etiā inq̄t. Caseus q̄dē
inter nouū ꝛ vetustū mediocris fit laudabi
lis ꝛ illaudabilis ſm aliquarū extremitatū
vicinitatē. Qđ similiter Rasis sensit in lib.
xxj. cōtinētis. c. cciij. dicēs. Ex caseo dꝫ eligi
q̄ non sit multū vetust⁹ nec multū calid⁹. i. re
cēs: ꝛ caseus q̄ fit ex lacte pauce acetositatis
est minus nociuus stomacho oībus specie⸗
bus casei ꝛ ei⁹ acetositas cōfortat stomachū
ꝛ nō est difficilis digestiōis. ꝛ infra dixit. Et
caseus mollis ꝛ melior duro ꝛ spōgiosus me
lior solido ꝛc̄. Auicē. v̄o in scđo canonis. c.
cxxviij. inquit. Melior caseus est qui medi⁹
est inter illū qui extēdit vt viscus ꝛ frāgibi⸗
lē. ambo em̄ illi sunt mali ꝛ qui est priuatus
sapore ꝛ decliuis ad dulcedinē ꝛ suauitatem
equalis in sale q̄ nō remanet in viscerib⁹ plu
rimū ꝛ factus ex acetoso lacte melior est eis.
Auerrois quoq i. v. colliget sic scripsit. Ali
quis caseus est bon⁹ ꝛ est medius inter nouū
ꝛ veterē dūmō sit factus rōnabiliter ꝛ ex bo
no lacte ꝛc̄. Quis autē caseus melior sit vac
cinus an pecorinus est questio a Michaele
nostro sic discussa. ꝙ licet caseus ouinus sit
vaccino terrestrior: aliis tñ parib⁹ minus ma
lus ꝛ saluior existit vaccino cum melioris sit
odoris: saporis ꝛ gustui magis ꝓportionat⁹
cū sit fact⁹ ex lacte cui⁹ cōplexio est melior.
similiter vaccinus sanguinē grossiorē gene⸗
rat cū viscosior sit ouino. ꝛ iterū. Lac ouinū
factū i mēse maij est laudabili⁹ quocūq alio
cū lac vernale in vltimo veris ꝛ in initio esta
tis sit oī alio cōuenientius vt in superiorib⁹
patuit capitulis: ꝛ ꝑ ꝯsequēs caseus factus
ex illo est quocūq alio melior ꝛ laudabilior.
Vaccinus aūt caseus iā dicto est nutribilior
q vnctuosior sicut lac vaccinū vnctuosi⁹ est
ouino ꝛ sic habemus ꝙ plurib⁹ de causis ca
seus pecorinus sit cōuenientior q̄ vaccin⁹ et
si minus nutritiu⁹ existat: deinde subdit ipse
ꝙ a gulosis accepit ꝙ caseus composit⁹ ex
duab⁹ partibus lactis ouini ꝛ tertia vaccini
sit gustui delectabilior ꝛ ab eis sanior repu⸗
tatur. Caseus v̄o caprin⁹ ꝛ si fact⁹ sit ex tēpe
ratiori lacte oībus tñ caseus est deterior: q
statim exiccat ꝛ terrestrificat ꝛ efficitur valde
frāgibilis vt experiētia docet: ꝓ prio tñ die
laudādus esse videt. hec ipse. M. Sed ꝓ cō
plemēto sermonis de caseo tres regule in ei⁹
comestione mihi videt de mēte auctorū esse
obseruāde. quarū prima hec est. Maxime ca
uendū est ne caseus cū subtiliatiuis vel diu⸗
reticis siue aperiētib⁹ assumatur qm̄ ꝑducūt
ipsum ad renes ꝛ lapides faciūt: queadmo⸗
dū sensit Auicē. i scđo canonis. c. supius al⸗
legato dicēs. Et subtiliātia q̄dē augmētant
malitiā ei⁹ qm̄ faciūt ipsum penetrare ꝛ ipel
lūt eū. Et ꝓpterea subiūxit post aliq̄ ꝙ opi⸗
lationes facit ꝛ generat lapidē in renibus et
vesica ꝛ proprie humidus ꝛ proprie qui co⸗
meditur cum seminibus penetrare facienti⸗
bus vt sunt feniculum apiū petroselinū pi⸗
per ꝛ huiusmodi. Quantum igitur ob hanc
regulam decipiuntur qui raffiolos ex radi⸗
ce petroselini ouis caseo: ꝛ pastilibus confe
ctos comedunt admiscentes eis passulas ꝛ
species odoriferas penetrare facientes om⸗
nia illa viscosa: scilicet adipem caseum ꝛ pa
stile eorum tegmentum. Secunda regula est
ꝙ multa quantitas casei quantūcunq lau⸗
dabilis non sit assumenda: quemadmodum
faciunt illi qui cum pane in vna cena nihil

aliud preter caseũ accipiũt: ꝛ hoc ꝑpter pericula que põt inducere de opilationibus: indigestionibus: humoꝝ grossitie: ꝛ lapidum gñatione: vt pretactũ fuit. Et ꝙ ita sit apparet p Gal. in lib. de dissolutione cõtinua sic dicẽtẽ. De opilationibus est caseus multus qm̃ adducit opilationẽ in epate ꝛ lapidẽ in renibus ei ꝗ multiplicat assumptionẽ eius ꝛ cuius epar ꝛ renes sunt parata recipe lesionẽ. hec ipe. Tertia ꝛ vltima regula obseruãda est ꝙ omnino parua ex caseo sumat̃ ꝗ̃titas ꝛ post comestionem alioꝝ ciboꝝ: qm̃ os stomachi corroborat: satietatẽ quoqꝫ nimiã atqꝫ fastidiũ que ex dulcibus ꝛ vnctuosis in ore stomachi proueniũt cibis aufert: vt Rasis inquit in. iij. Almãsoris. a quo Platina accepit cũ ait. Caseũ sumptũ post cibũ: quã tũuis parũ: os stomachi sigillat ꝛ fastidium pinguiũ eduliõꝝ tolerat: ꝛ coctione ac capiti ꝓdesse aiũt. Et hec de caseo cũ laude omnipotẽtis dicta sufficiãt.

¶ Capitulũ. cxxviij. ostẽdit in vniuersali cõplexionẽ pisciũ ꝛ nocumẽta que ꝓueniũt ex comestione ipsoꝝ assidua precipue.

Cum semper carnes aut oua vel lacticinia minime comedamꝰ: sed in quibusdã tpibus solũmodo piscibus: herbis: fructibus: ꝛ hmõi vti sit necesse: de ipsis deinceps mihi videt̃ esse scribẽdũ. Et primo de piscibus ꝗ in tãta reperiunt̃ diuersitate vt impossibile aut ꝑmaxime difficile foret de oĩbus in ꝑticulari velle determinare siue scribẽdo ꝑtractare. Et ꝑpterea de eis ꝗdã tantũmodo vniuersalia annotabimus ꝗbus tñ sufficiẽtissime poterimus bonos ac laudabiles ab eis oppositis distinguere: vt vnusq̃sqꝫ pisces facientes ad sanitatẽ possit eligere ꝛ reprobatos cognoscẽdo relinquere. Dicamus ergo ꝙ pisces lõge a bonitate carnis sint remoti ꝛ plurimũ a nutrimẽto ꝛ ab eius tẽperie separati cũ natura ipoꝝ frigida sit ꝛ humida: sicut voluit Ysaac ĩ lib. p. d. cũ ait. Dicimus ergo naturã pisciũ vniuersaliter esse frigidã ꝛ humidã ꝛ humoris flegmatici gñatiuã: cõueniẽtẽ calidã habẽtibus cõplexionẽ ꝛ siccã: maxime in estiuo tpe ꝛ calida regione: incõueniens ꝟo frigidis ꝛ humidis cõplexionibus ꝛ carnosis maxime quibus molles nerui fuerint ꝛ ad hiemalẽ tp̃s venerint vel frigidã regionẽ habuerint: naturaliter eñ eos infrigidãt ꝛ humectãt ꝓin de ꝗbus colera rubea dñat̃ ꝛ calidã habentibus complexionẽ coitum cõfortãt ꝛ sperma augmẽtãt. Qd etiã voluit Rasis in. xxij. cõtinẽtis. c. ccccxxiij. cũ dixit auctoritate Bin masui. Pisces recentes generãt flegma: sed cõferũt ꝑsonis calidis ꝛ tenuibus corpibus tñ illi in quoꝝ corpe cõdominat̃ flegma nec nõ ꝛ in neruis est lassitudo ipsos euitare debẽt ꝛ ꝓprie in hieme: ꝛ in ciuitatibus frigidis: qꝛ ex ꝓprietatibus ipoꝝ infrigidãt stomachũ. Et ꝙ cõplexio pisciũ sit frigida sic ostẽdit ipe dicẽs. Significatio ꝙ pisces sint frigidi est qꝛ aut carent sanguine aut habent modicũ sanguinẽ ꝛc̃. Hoc idẽ sensit Haliabas ĩ. v. theorice. c. xxv. cũ ait. Piscis recẽs vniuersaliter frigidus ẽ ꝛ hũidus ꝛ flegma gñat: a ꝗbus sumpsisse videt̃ Auicen. in. ij. canoñ. c. cccccclx. cũ inquit. Ois piscis frigidus est ꝛ humidus. ꝛ infra. Qui pisciũ sunt recentes generãt flegma aquosum ꝛ mollificãt neruos ꝛ nõ sunt cõueniẽtes nisi stomacho calido valde ꝛ sanguis coꝝ ad subtilitatẽ declinat. Hoc similiter voluit Almãsor in iij. c. xvj. dicẽs. Pisces recentes frigidi sunt ꝛ hmidi ꝛ oẽs pisces ad digerẽdũ sunt duri ꝛ in stomacho lõgã faciũt morã sitim quoqꝫ creãt: sanguis aũt ex recẽtibꝰ gñatus flegmaticus est. Hi aũt pisces corpus humectãt ac sperma augẽt ꝗ colicis atqꝫ his ꝗbꝰ frigide accidere solent egritudines mali existunt cõplexionẽ aũt habẽtibus calidã atqꝫ his ꝗbꝰ colera dñat̃ rubea cõferũt: licꝫ eoꝝ nutrimẽtũ omnino sit malũ cũ alijs preterea cibis mixti ad colere rubee extinctionẽ sunt meliores. Pisces eñ in stomacho longã faciẽtes morã sitimqꝫ generãtes malas in corpe adunãt superfluitates multasqꝫ viscositates ex quibus multe ꝓueniũt egritudines. Ratio aũt ꝛ cã dictoꝝ ẽ: qm̃ vt dixit Ysaac ĩ vniuersalibus dietis. c. xviij. Pisces vniuersaliter parũ nutriũt ꝛ cito dissoluuntur et subtilis sunt sanguinis flegmatico pertinẽtis. Et in

fra de marinis loquēs ait ꝙ ipsi parui sunt nutrimēti ꝛ laudabilis dureq́ꝫ descendūt de stomacho ꝛ intestinis. Et de fluuialibus inquit ꝙ mali sunt ad digerēdū duri et similiter ad penetrādū venas velociterq́ꝫ de stomacho descēdūt. Et infra magis etiā dixit. ꝙ cito sunt corrūpētes stomacho nocētes ꝛ humores crudos generātes. ꝛ vt vno cū Auerroi in. vj. colliget oīa concludam verbo. Dico ꝙ sanguis ex piscibus generatus est cite corruptionis. Et ꝓpter hoc non est mirū si plurime ex eorum frequentata comestione ꝓueniāt egritudines: teste Almāsore vbi supra: Et ꝓpterea ab eoꝝ vsu frequēti cauēdū est: ꝛ precipue cū reb⁹ alijs loco ipsoꝝ vti possim⁹ ꝛ eo magis ꝙ perpauci repiant̄ q̄ oēs req̄sitas habeāt cōditiōes vt ex dicēdis patebit.

¶ Cap. cxxix. ostendit naturā pisciū maritimorū ꝛ ipsos esse pre ceteris ob eorum laudes eligendos.

Ut pisces bonos a malis discernere valeam⁹ in p̄nti. c. adducemus requisitas ad hoc cōditiones nō loquēdo de mortuis piscib⁹ neq́ꝫ de fetētibus q̄ satis vt vnicuiq́ꝫ patet sunt reprobandi: dicēte Gal. in. iij. de alimentis. c. xxiiij. Pisces mortui ꝛ q̄ putrescūt cōtinuo cū reseruant̄ ꝛ pessime olēt sunt indelectabiles ꝛ ceteroꝝ pessimi. ꝛ in libro de eūchimia c. vij. Odoratu ꝛ gustu dignotionē pisciū facere oportet: etenī q̄ grauis odoris sunt indelectabiles existūt ꝛc̄. Sed de viuentibus sermo noster ꝓtractabit ī hoc. c. ꝛ nō de oībus sed de maritimis tm̄ plus alijs approbatis: postea ꝟo de reliquis scribem⁹ tanq̄ꝫ de imperfectioribus: cū dicat Auerrois ī cōmēto cāticoꝝ. c. xxviij. ꝙ tres sunt spēs pisciū scꝫ marinus: fluuialis: ꝛ habitans in ambabus aquis simul. ꝛ melior ex eis fm̄ Gal. est marinus ꝛ post illū q̄ simul in ambab⁹ aquis viuit ꝛ postea q̄ viuit in aquis dulcib⁹. Cuius ratio est: qm̄ humiditas excedit ꝛ dn̄at̄ in piscibus: verū oēs illi q̄ nutriunt̄ in aq̄s salsis sunt minoris humiditatis: Iстū autem est de illis q̄ in aq̄s dulcib⁹ nutriunt̄: sed q̄ viuūt in ambabus aquis sunt medij inter eos ꝛc̄. hec ipe. Cum quo cōuenit Haliabas in. v. theorice. c. xxv. cum ait. Et piscis recēs vniuersaliter est frigidus ꝛ hūidus ꝛ flegma generās: sed q̄ in mari nascit̄ ꝛ salsa aq̄ minoris est hūiditatis ꝛ frigiditatis. Qd̄ etiā voluit Isaac in. v. d. c. xxviij. cū inq̄t. Pisces marini calidiores ꝛ min⁹ hūidi ꝛ min⁹ viscosi sunt: salsitudo eñ aque inhabitate calefacit eos incidēs humiditatē ꝛ grossitiē vnde pinguedo eoꝝ minorat̄. ꝛ infra sic ait. Marini pisces min⁹ grauis sunt odoris ꝛ faciliois digestiōis: min⁹ nutritiui cito ī sanguinē cōuersiui velociter a mēbris dissoluēdi: ꝛ ad exeūdū a stomacho tardiores. Vñ antiq̄ assimilauerūt pisces marinos hūane cōplexioni. sani eñ sensus sibi tm̄ assimilatis delectātur: sanguis eñ quē generāt ē tēperatissim⁹ nō grossus neq́ꝫ turbid⁹ neq́ꝫ subtilis neq́ꝫ aq̄sus licꝫ subtilli vicin⁹ existat. ꝛ post aliqua iterū dixit. Marini pisces sunt meliores fluuialibus q: sunt salsitatē hñtes ex aq̄ maris ex q̄ viscositates eoꝝ auferunt̄ maxīe si loca fuerint petrosa: assiduo eñ motu suo ꝛ collisionib⁹ saxosis carnes emolliunt̄ ꝛ tenerant̄ pinguedo minorat̄ ꝛc̄. Plurimū q̄ꝫ ipos cōmēdauit adhuc magis in ꝓcessu cum dixit. Pisces nō viscosi sunt q̄ de pelago ꝛ litoribus sunt claris in nutrimēto ꝛ ī tēperamēto laudabiliores oim̄ sunt ī cōplexiōe ꝛ ad digerēdū faciliores q: carnes hñt molles: nullius viscositatis atq́ꝫ grossitiei neq́ꝫ grauis sunt odoris sicut etiā q̄ de petrosis sunt locis: sanguis eñ quē gñant tēperamēto est vicinior: ꝛ iō nō min⁹ exercitatis ē cōgru⁹ ꝛ defectis sicut saniorib⁹ ꝛ egritudines exeūtib⁹ ꝛ ad sanitatē custodire magis q̄ꝫ mēbroꝝ fortitudinē amātib⁹. Qd̄ nō minus voluit Auicē. cū ī. ij. can̄. c. ccccclx. sic scripsit. Et pisces q̄dē marini sunt laudabiles subtiles: ꝛ melior spēs eoꝝ est illoꝝ q̄ nō sunt nisi ī mari ꝛ pelago ꝛc̄. ꝛ infra subdit. Et pisces q̄dē maritui sunt optimi subtilis carnis precipue cū eoꝝ habitatio est ī littorib⁹ petrosis aut harenosis ꝛc̄. Que q̄dē fuit Gal. snia ī alimētorū. iij. c. xxiiij. dicētis. Optimi pisces sunt q̄ in puro mari existūt. ꝛ in lib. de euchimia. c. vij. ait. Pisces q̄ in puro mari dietant̄ inculpabiles fere oēs sunt. silr ꝛ q̄cūq́ꝫ in ꝑmixto aque dulcis dietātur sicut vocati pelagales

et petrini sunt euchimi. Et in ea que secūdū
ēsum delectatiōe multū preeminent alijs rc̄.
Et postea subiunxit. Qui vo in mari dietan
tur pisces odorē inculpabilē z pinguedinem
paucā habent. Cōcludam⁹ itaq3 de ipsis cū
Isaac in pria doc. sic dicēte. Marini pisces
duplices sunt: quidā em̄ nascūtur in pelago
et in altis locis: quidam vo alij in ripa pla-
nisq3 aquis nati. Qui vo creati sunt in pe-
lago aut petrosis z harenosis habitant sunt
subtiliores z laudabiliores omnib⁹ piscib⁹
marinis z ad digerēdū faciliores et ad san-
guinē generandū laudabiliores: z nō ita de
stomacho z intestinis exeūt ꝑpter sue visco
sitatis puitatē. Quod testat̄ sue piguedinis
indigētia suiq3 saporis habilitas: sunt ergo
hūanis corpib⁹ ꝯuenietes. Ois em̄ cib⁹ quā
to longior a sapiditate tanto minus delecta-
bilis z minus conueniēs humanis naturis.
Et propter hoc hec species piscium lauda-
bilior z digestibilior magisq3 cibus ad salutē
regendā est efficax ꝑpter eoru3 tēperamētū:
nō enim sunt subtiles aquosi nec terrestres
aut grossi: post hos quidem aliquid bonita
tis habent q̄ lutosa z mollia loca maris sūt
habitantes dulcibus aquis vacinantes nō
adeo puri sicut q̄ in harenosis z petrosis lo
cis pelagi morantur ꝑpter putredinē z sor-
ditatem terre. Primi itaq3 eligantur: alij vo
dimittantur propter causam assignatam.

¶ Cap. cxxx. ostēdit q̄ de piscib⁹ fluuialibus
eligendi sint rōne fluminis z aque in q̄bus
nati sunt z degunt continue atq3 vescuntur.

Postq3 de piscib⁹ marinis z de
his q̄ i vtrisq3 aquis viuūt: di
ximus: de fluuialib⁹ mō tantū
modo scribem⁹ q̄ nō adeo sūt
a veterib⁹ laudati sicut mari-
ni. Queadmodū ondit Isaac in quita doc.
c. xviij. cū inquit. Pisces flumiū in actiōe
z passione cōtrarij sunt marinis: quoniā flu
minalis aqua frigidior est z humidior: vnde
pisces fluuiales sunt crassiores z viscosiores
atq3 pinguiores z ideo nutrientes plus: ma
li tamen z ad digerēdū duri velociterq3 de
stomacho descēdunt. z in particularibus in-
quit. Pisces qui nati sunt in flumine subti-
liores habēt spinas multas z molles ꝑ mol
litie humiditatis aque in qua nati sunt. Et
infra subdit. Pisces aquarū dulciū vniuer
saliter sunt grossiores z viscosiores tardio-
resq3 ad digerendū facili⁹ tamē de stomacho
egrediunt̄ q̄3 marini z nutribiliores sūt. Qui
aūt piscū inter fluuiales magis approbent̄
hi sunt qui de magnis ac currētibus fluuijs
accipiunt̄: vt idē voluit in. v. c. vbi supra cu3
ait. Fluuiales pisces maiora ac cito curren-
tia clara atq3 mūda flumina inhabitātes ad
comparationē alioꝝ sunt laudabiliores: q2
claritas aque aufert ab eis grauitatē odoris
fortis aūt fluuij impetu carnes tenerantur z
grossities aufertur: z maxime si super petro
sa currat. Quod etiā in particularibus repli
cauit dicens. Pisces dulciū aquarū hi sunt
meliores q̄ magna inhabitāt flumina impe-
tuose fluētia quorū fundus lapide⁹ z longin
qua sunt a ciuitatis sorditie: quia fortitudie
cursus aque cōprimūtur pisces z super lapi
des: vnde caro eoꝝ tenerat̄ fitq3 causa sue di
gestionis z ab eis viscositas z odoris graui
tas expellit̄ z p̄cipue si nō sit altitudo aqua
rū vt pisces terre sint ꝑpinqui q2 quāto pau
citatē aq̄ habuerint tāto a terra frequētius
ꝑcutiūtur z aque claritate omi horribilitate
carebūt: ideoq3 sunt quasi pisces petrosa lo
ca pelagi inhabitantes. Haliabas quoq3 in
v. Theorice. c. xxv. sic scripsit. Laudabilior
aūt piscis est qui in lapidosis nascit̄ locis
plurimos habētibus lapillos quiq3 magno
nō est corpe z in suaui nascitur aqua ac clara
spaciosisq3 fluminib⁹ magnis decurrētibus-
q3: vt tigri: eufrate: nec vo multū est pinguis
nec extra modū macer. Qui etem̄ piscis in sa
xis nascit̄ z magnis aquis decurrētib⁹ a cor
pore ei⁹ superfluitas deficit ꝑpter mot⁹ copiā
z ꝑcussionē ipsius in lapides. Qui vo in sua
ui nascit̄ aq̄ delectabilis est z iocūde carnis
minime viscosus cito digestibilis corp⁹ hu-
mectat z sanguinē generat bonū calidisq3 cō
uenit cōplexionib⁹ iuuenib⁹ z ethicis in cali
dis tēporib⁹ z siccis rc̄. Hi pisces igit̄ inter
ceteros maxie approbant̄ sicut oppositi de-
testāt̄ ab Isaac vbi supra sic scribēte. Pisces
aūt parui fluminis lutosi loci: ac aque debili
ter currētis: z sorditiei ciuitatis vicinantis

sunt viscosiores ⁊ horribilē habent odorem:
sunt etiā grauiores ad digerendū ⁊ deterio-
ris sunt saporis: vnde malū dant nutrimētū
quia debilitas cursus aque qetos reddit pi
sces clauditq; in eorū corporibus copiosos
hūores: quare fit causa viscositatis ⁊ horri-
bilis odoris atq; difficilis digestiōis. Sint
igitur vt ipse dicebat in vniuersalib⁹: pisces
morātes in aquis fortiter currentibus quia
meliores sunt q̄ in qescētib⁹. Et hoc est etiā
qd voluit Pricepts i scdo canōis.c.cccccl x.
dicens. In locis aūt in qbus moranꝛ est ele-
ctio: qm̄ illi qui moranꝛ in locis petrosis sūt
meliores: deinde in harenosis ⁊ in aqs dul-
cibus currētibus in qbus nō sunt sordes et
nō sūt limose neq; lacunales neq; cāpestres
⁊c. Et fuit Gal. sentētia in tertio alimētoꝝ.
c.xxiiij. dicentis. Pisces qui in fluuijs gene
rātur meliores sunt si in fluuio rapidoꝛ mul
ti fluxus existāt sicuti peiores q̄ in parua de
gunt aqua fluuios magnos nō suscipiente
nec effluxū copiosum habēte: multo vtiq; ⁊
his deteriores: si autē omnino neq; defluat
aqua adhuc deteriores ⁊c. Horū aūt ratio
est: quia pisces in huiusmodi aqs currētib⁹
degentes ꝯtinue se mouēt: pisces aūt se sem
per mouētes sunt cōtrarijs meliores: q: mo-
tus multus ⁊ eorū exercitia ipsoꝝ corpora
emolliūt carnisq; viscositatē ⁊ grossities au-
feruntvt Isaac inquit in qnta doctrina.c.su
perius ānotato. ⁊ similiter Auicē. vbi supra
cū ait. Et pisces illi q̄ morātur in aquis mul
tarū agitationū ⁊ vndarū sunt meliores eis
qui sunt ecōtrario: qm̄ vehemētiori indigēt
exercitio q̄ illi q̄ habitāt in aquis stantib⁹.
Et ꝓpterea meliores sunt illi q̄ morātur in
aquis discoopertis flatui vētorū super se q:
plus q̄ alij mouētur. ⁊ Isaac i loco ꝓallega
to sic quoq; ait. Pisces qui habitāt vbi ven
ti semꝑ flāt: melioris sunt nutrimēti ⁊ melio
ris carnis q̄ si nullus vētus flauerit ⁊ maxi
me si septētrionalia loca sint eis exposita si-
cuti pisces vbi austrini venti flāt illaudabi-
les fiunt cū auster naturaliter humidus sit ⁊
qd secum fert abominabile: ⁊ ideo piscibus
augmentaꝛ grauitas odoris. Qd in ꝑticula-
ribus etiā replicauit dicēs. Pisces in septē
trionali plaga habitātes si insufflati fuerit
septētrionali vento erūt meliores. Et cām de
inde assignat quā dimittam⁹ breuitatis grā.
Et cōcludit ꝙ pisces fluminū a vētis ꝑflato
rum meliores sint q̄ eis oppositi: q: fortitu-
dine ⁊ impetu vētorū mouētiū vacillatur aq̄
⁊ cū mouetur aqua necessario pisces mouen
tur inuicem se allidētes ⁊ perfricātes quare
superfluitas humoꝝ ab eis excludiꝛ ⁊ inde sa-
niores existūt. Que fuit Gal. sentētia vbi su
pra dicētis. Pisces existētes in aqua ad bo-
reales vētos cōuersa sunt ceteris meliores:
nō parū eni ad euchimiā facientibus omni
aīali congruis vti exercitijs. Pisces ergo
hmōi aquarum pre ceteris sunt eligendi.

¶ Capitulū.cxxxj. ostēdit qui pisces fluuia-
les sint eligēdi rōne annexorū flumini decla
rando ꝙ pisces petrosi optimi sint ⁊ reliqs
omnibus saniores.

Pisces fluuiales maxie ab au-
ctoribus cōmendanꝛ si flumi-
na ex quibus accipiūtur has
duas sibi annexas habuerint
cōditiones: quaꝝ prima vt ꝑ
parte diximus supra est. ꝙ sit fluminis fun-
dus petrosus siue lapidosus nō plurimū in
altitudine aque profundatus ⁊c. qm̄ tales
ceteri meliores esse approbanꝛ: dicēte Isaac
in.v.doc. ꝙ sanguis q̄ ex piscib⁹ petrosis ge
neratur est tēperatus naturaliter licet subti-
litati sit ꝑtinēs ⁊ velociter a mēbris dissolu-
bilis ⁊ per cōsequēs melioꝛ ad regēdā sanita
tē q̄ in mēbroꝝ ꝯfortationē. Et post aliqua
subdit. Pisces de clara aqua laudabiliores
⁊ longe minus corruptibiles sunt q̄ alij et
maxie petrosa icolētes. Qd etiā sensit Auer
rois in quinto colliget cū ait. Pisces q̄ na-
scūtur in loco petroso sunt subtilioris sub-
stātie ⁊ minoris superfluitatis alijs: ⁊ tales
q: velociter mouentur ⁊ multū laborāt ⁊ cō
plexio istorū est minoris humiditatis ⁊ qui
parū laborāt sunt frigidioris ⁊ humidioris
cōplexiōis. Auicē. quoq; in secūdo canōis.
c.cccccx. sic inquit. Pisces illi q̄ moranꝛ in
locis petrosis sunt meliores: deinde in hare
nosis ⁊c. Et in prima tertij tractatu quar-
to.c.xxj. cū dixit. Pisces petrosis generant

ſanguinem laudabilẽ. Que fuit Gal. ſenten-
tia in tertio alimẽtorũ. c.xxiiij. dicẽtis. Ali
mentũ ex piſcibus petroſis nõ ſolũ eſt dige
ſtibile: ſed etiã ſaniſſimũ corporibꝰ hoĩm ſan
guinẽ cõſiſtentia mediũ generantibus. Uo-
co autẽ mediũ qui neq; omnino ſubtilis eſt
⁊ aquoſus: ſed neq; ſufficienter groſſus ⁊c.
Secunda aũt cõditio flumini annexa ꝑ quã
piſces laudabiliores eſſe reddũtur hec eſt. ſ.
vt flumen prope ciuitatẽ non exiſtat eius re
cipiens ſuperfluitates quoniã ⁊ ſi marini fo
rent hmõi piſces adhuc illaudabiles eſſe iu
dicãtur cũ dicat Iſaac in doc. v. c. xviij. Pi
ſces qui littoribus ſunt vicini ⁊ in turbida ⁊
non munda morantur aqua ⁊ putridis flu-
minibus ciuitatũ putredines ferentibus vi
cina: viſcoſiores ⁊ alijs piſcibꝰ marinis groſ
ſiores: ⁊ ad digerendũ tardiores exiſtunt. Et
ꝓpter hoc piſces maris ruſſie peiores ſunt
ceteris marinis: quia aqua eſt imũda ⁊ mul
ta flumina in eis intrantia putredines ciui-
tatu; eis ferunt. Et poſtpauca ſubiũxit. Pi
ſces qui in paruis ſtãt fluminibus paꝝ fluẽ
tibus imũdis vicinis ciuitatibus pinguio-
res ſunt atq; viſcoſiores: ⁊ ad digerendũ du
riores: mali ſaporis: q; defectio aque motꝰ
vnctas carnes atq; groſſas facit: imũdũ ꝟo
nutrimẽtũ grauioris odoris eos reddit. Et
idẽ in. p. replicauit. Qð ſimiliter voluit Ra
ſis in. xxij. cõtinetis. c. ccccxxiij. dicens. Ca-
ro illorũ q̇ nutriũtur de ſorditie ciuitatũ ex-
inde erit mala ⁊ peior carne oĩm piſciũ ita ꝙ
trahendo morã ꝑ tẽpus modicũ poſt exitu;
eius de aqua fetebit. Uñ caro taliũ eſt horri
bilis ſaporis ⁊ difficilis digeſtionis. A qui
bus ſumpſit Auerrois cũ ſcripſit in cõmen
to. c. xxviij. cãticorũ. Deteriores ſunt oẽs pi
ſces habitãtes in littoribus maris: ⁊ hoc q;
nutriũtur ex fecibus ⁊ ſuꝑfluitatibus ibidẽ
exiſtẽtibꝰ iuxta magnas ciuitates. idẽ quoq;
ſciendũ eſt de habitantibus in fluuijs ciui-
tatibus ꝓpinquis ⁊c. Et fuit Gal. ſentẽtia
in tertio alimẽtorũ. c. xxvj. dicẽtis. Piſces
littora ⁊ fluuios expurgãtes ciuitatẽ inha-
bitantes peſſimi ſunt non bene digeſtibiles
neq; euchimi neq; delectabiles. Et in libro
de euchimia. c. vij. ſic etiam inquit. Piſces
paulominus omnes euchimi p̃ter cõuerſan
tes in paludibus ⁊c. Et p̃ter vtẽtes aere ma
lo ⁊ exercitijs paucis ⁊ cibis malis ⁊ maxĩe
qñ per ciuitatẽ magnã fluit aqua purgãs la
trinas ⁊ balnea ⁊ coquinas ⁊ lauant in ea ve
ſtes ⁊ pãni: peſſima em̃ fit eorũ caro q̇ in tali
aqua dietant. Ex quibus ſatis intelligi põt
qui piſciũ fluuialiũ ſint laudabiliores ꝙ̃tu;
eſt ex parte loci vel fluminis: ⁊ ꝓpterea pru-
dentes intelligãt in quacũq; vrbe fuerint ex
quibus locis veniant piſces qui in ea vendẽ
tur vt bonos a malis ſecernere valeãt: quod
maxime venetijs obſeruandũ eſſe videt cum
ibi infinite fere piſciũ ſpecies repertãtur ⁊c.

¶ Cap. cxxxij. oñdit ꝙ piſces lacunarum et
palludum reprobandi ſint ⁊ ꝙ paſtus piſciũ
ſit intelligendus.

D Iximus ſupra de maritimis
⁊ fluuialibus piſcibꝰ. De reli
quis cõſequẽter dicẽdũ eſt vt
cõſideratio eoꝝ: ꝓ quanto ex
ꝑte loci pertinet: cõpleat. De
clarando etiã q̃lis paſtus piſciũ eſſe debeat
vt in eorũ electione errare minime ꝯtingat.
Dicemꝰ ergo in primis cũ Hallabate in. v.
theorice. c. xxv. ſic ſcribẽte. Peior oĩm eſt pi
ſcis q̇ palludoſa habitat loca aquaſq; ſpiſ-
ſas ⁊ putridas calidaſq; qm̃ piſcis q̇ in hu-
iuſcemodi naſcit q̇etꝰ eſt celeris imutatiõis
in fetore cũ ab aqua eductus fuerit. Qui em̃
hmõi eſt minime comedat: celeris em̃ eſt im
mutationis in ſtomacho ⁊ in malũ hũorem.
a quo videt quodãmodo accepiſſe Iſaac in
v. d. c. ſepius allegato cũ inq̇t. Piſces lacu-
nales q; teneras habẽt carnes cito ſunt cor-
rũpẽtes: ſtomacho nocentes: ⁊ hũores cru-
dos generãtes. ⁊ poſt mlt̃a dixit. Piſces de
lacubus viſcoſiores ſunt ⁊ grauioris odoris
ꝙ̃ qui in fluminibꝰ naſcũtur: q; aqua lacuũ
lutuoſior eſt ⁊ pinguis nature. Et iõ piſces
ſunt vnctuoſiores ⁊ minus ſaporoſi grauio
ris odoris ⁊ mali nutrimenti ⁊ ad digerẽdũ
duri in corruptionẽ velociter mutandi. ⁊ in-
fra ſubdit. Piſces lacuũ ſicut ⁊ piſcarioru;
⁊ palludum peiores ceteris exiſtunt groſſio
res ⁊ in odore grauiores ⁊ in corruptionem
mutabiliores velociter ⁊ ad digerendũ du-

riores qm̃ quieta est ⁊ nimiũ lutosa ipsorum
aqua vnde maxīe sunt fugiendi. Et post ali-
qua etiã subiũxit. Oẽs pisces fluuiales ⁊ la-
cuũ ⁊ si carnis melioris sint. s. ad gustũ tamẽ
grossiores sunt ⁊ stomacho nocẽtes: ⁊ in cor-
ruptionẽ se cõuertentes. In particularibus
q̄ꝫ dixit. Pisces lacunales ceteris sunt pe-
iores grauioris etem̃ sunt odoris ⁊ grauiter
digeruntur maxime si sint longe a mari ⁊ flu
minibus: habẽt em̃ requiẽ nec flumẽ intrat
in eos vt eorũ putredinẽ lauet vñ pisciũ hu
mores augmẽtant̃ eorũq̄ꝫ pori clauduntur.
Qð sic certificatur qm̃ cũ aquas exierint ci-
to in putredinẽ cõuertũtur: eoꝝ em̃ viscosi-
tatis multitudo claudit poros ⁊ suffocat et
extinguit calorẽ intrinsecus locatũ. Et pro-
pterea vt magis inq̇t in ꝓcessu meliores sũt
qui habitant in lacub⁹ a mari remotis quos
semꝑ fluuia intrãt qm̃ partim lauant̃ flumi-
nis aqua. Qð etiam voluit Rasis in. xxij. c.
ccccxxiij. auctoritate Gal̃. ⁊ i. iij. Almãsoris.
c. xvj. dicens. Pisces illi sunt eligẽdi q̇ neq̄ꝫ
in lacubus neq̄ꝫ in palludibus neq̄ꝫ in locis
sordes habentib⁹ sunt capti neq̄ꝫ in luto ma
lũ babente odorẽ neq̄ꝫ in aqua malas habẽ-
te herbas sint nutriti. q̇ etiã fuit Gal̃. senten
tia i. iij. alimẽtorũ. c. xxiiij. dicẽtis. Quicũq̄ꝫ
in lacunosis ⁊ in palludosis reperiũtur locis
paruã habẽt carnẽ. Et ĩ libro de euchimia.
c. vij. inquit. Pisces paulominus oẽs euchi
mi p̄ter cõuersantes in palludibus ⁊ lacub⁹
⁊ fluminibus limosis ⁊ turbidis ⁊c̃. Past⁹
aũt pisciũ cũ multũ faciat ad eoꝝ bonitateꝫ
similiter de ip̃o dicimus ꝙ vnusq̇sq̄ꝫ ꝓpos-
se suo debet a piscatorib⁹ intelligere ⁊ inuesti
gare quis sit ipsorũ pisciũ cib⁹: dicẽte Isaac
in lib. d. v. Pisces pascẽtes herbas recẽtes
laudabiliores sunt oppositis ⁊ meliores si
aque p̄sertim fuerint clare. Et in particulari
bus. Pisces olera pascẽtes vel radices aut
grana q̇ oĩa sunt bona bonũ dant nutrimen
tũ fitq̄ꝫ illorũ gen⁹ pisciũ ad comedẽdũ vtile
ecõtrario sunt z̃ria pascẽtes: sunt em̃ pisces
aliq̇ lutũ ⁊ ĩmunditiã edentes ideo corrupti
biles sunt malũ habentes saporẽ ⁊ horribi-
lẽ odorẽ digestioni male obediẽtes ⁊c̃. Que
fuit etiã principis Auicen. sententia in sc̃do
canonis. c. cccccl x. dicẽtis f̃m cibũ pisces illi
qui cibantur herbis bonis ⁊ radicibus plã-
tarũ sunt meliores his qui comedũt sordes
que ꝓijciuntur in ciuitatibus ad loca infu-
sionũ ⁊c̃. Qualiter aũt hoc sciri possit nõ in
telligo nisi per illud qð in intestinis eoꝝ re-
peritur ⁊ ꝑ piscatorũ relationẽ q̇bus hac in
re maxime credẽdũ est obseruet̃: itaq̄ꝫ vt vno
verbo p̄sens cõcludam⁹ ꝓpositũ ex quo lo-
co veniant pisces ⁊ ex quib⁹ sint nutriti vt eli
gendi a nõ cõuenientibus secernantur.

¶ Cap̃. cxxxiij. ostendit ꝯditiões q̃s debent
habere pisces laudabiles ex parte carnis et
q̄ꝫtitatis eoruꝫ: scꝫ an magis sint parui s me
liores vel ne.

Postq̄ꝫ pastũ ⁊ locũ pisciũ in-
tellexerimus adhuc scire desi
derat intellectus qui piscium
sint saniores. s. an pingues vel
macri aut mediocres. Et simi
liter an magni ꝑuis eligibiliores existũt vel
econtra. Et propterea de his ꝯsequẽter scri
bendũ est ne forsitan errare contingat in ip̃o
rũ electione. Dicamus ergo cum Isaac in. c.
xviij. dietarũ vniuersaliũ sic dicẽte. Pisces
qui molliũ sunt carniũ viscosarũ ⁊ grossarũ
magis nutribiliores ⁊ vnctuosiores sunt sed
tamen illaudabiles vtpote ad digerendũ du
riores ⁊ in malũ sanguinem generando vici
niores. Unde non sunt comedendi nisi ex ne
cessitate cum sinapi ⁊ similib⁹. ⁊ propter hoc
De porris dicemus cū Auicē. in secūdo canonis.c.cccccliiij. sic scribente. Porrū calidū est in tertio ⁊ siccū in secūdo. Siluestre ꝟo est calidius⁊ siccius ⁊ propter illud est deterius:interficit vermē ⁊ eijcit illum: ⁊ ipsius comestio facit soda et facit imaginari ⁊ videre somnia mala: ⁊ ē ex eis que corrūpūt gingiuam ⁊ dētes ⁊ scindit eos:nocet visui ⁊ ē malū stomacho ⁊ est mordificatiuū ⁊ inflatiuū ⁊ ideo oportet vt elixetur in duabus aquis q̄ alleuiatur inflatio ⁊ nocumētū ipsius. Ruffus ꝟo dixit ꝙ abscindit eructuationē acetosam ⁊ est vniuersaliter tarde digestionis:⁊ domesticum ꝓuocat vrinam ⁊ menstrua ⁊ confert emoroidibus qđ ex eo elixū est comestū ⁊ more emplastri suppositū ⁊ cōmouet coitū ⁊ est ex sūma eorū q̄ soluūt sanguinem.hec ipse.Qđ etiam sensit Isaac in particularibus dietis cū ait. Porrum calidū est in medio tertij gradus⁊ siccū in fine eiusdem qđ certum facit sua ponticitas:vnde sanguinē manantē a naribus stringit:sed scđʒ cibū inutilis est nocet em̄ stomacho faciēs inflationē ac vētositatē ⁊ cum sui acumine neruos eius mordet:hʒ etiā ꝓprietatem faciēdi fumū nigrū melācolie ꝑtinētē qui ad caput saliēs visui tenebrositatē facit atq̨ somnia terribilia ac timorosa īducit:vñ cauēdū est diuersas naturas hñtibꝰ:⁊ maxime colericis maniacis⁊ opilationē in capite habentibus.ꝙ comedere diligētes accipiāt post ipm portulacā: lactucā:endiuiā ⁊ similia vt eiꝰ calor ab istis tēperet:deinde elixet: deīde bis aut ter lauetur ⁊ esui priori modo detur quod tamen ſm medicinā valet. Crudum em̄ comestum ⁊ arterias a grossis humoribus mūdificat ⁊ epatis opilationē aperit ⁊ habentibus oxiremiam tribuit medelā succus eius cū aceto⁊ oleo rosato⁊ thure naribus immissus:sanguinē ab eis manantem stringit in aurem instillatus dolorem placat de frigiditate ⁊ humiditate crudū cataplasmatū super morsum serpentis bene prodest. Elixum quoq̨ ⁊ cum oleo sisamino aut cū amigdalino conditū venerem suscitat ⁊ ventrem humectat ⁊ valet contra colicaʒ passionem que fit a grossis viscosisq̨ humoribus ⁊c. Et hec sentētia fuit etiā Rasis in tertio Almāsoris.c.xviij.dicentis. Porrū calidū est ⁊ siccū:qđ licet appetitui auxiliū tribuat caput tamen dolere facit somniaq̨ mala demōstrat atq̨ his q̄ cephaleā pati soliti sūt ⁊ qui a calore leduntur malum existit. Et in xxij.continentis.c.ccccccclxxxiiij.dixit auctoritate Diascoridis. Porrū ortēse inflat ⁊ est mali chimi ⁊ ex eo accidunt somnia mala:ꝓuocat vrinam: lenit ventrē : attenuat : infert caligineʒ in oculis:prouocat menstrua: ⁊ nocet vesice vlcerate:incitat:coitum: ⁊ coctum ⁊ cum melle assumptum mūdificat canalem pulmonis:⁊ frequens comestio eius obscurat visum ⁊ est mala stomacho ⁊c. Et infra subiunxit auctoritate Bimmasui. Porrum est modici nutrimenti inferens dolorem capitis ⁊ generat vaporem offendentem⁊ somnia mala cum proprietate sua. Et postea auctoritate iudei sic etiā ait. Porrū cū proprietate corrumpit dentes ⁊ gingiuas. Et plurima alia de ipso dicunt. Que quia tacta sunt ⁊ quia prolixitatem tediosam sicut ⁊ ceteri fugimus : pretermittemus concludentes ꝙ porrorum comestio nequaq̨ commendanda est in via nutrimenti:nec etiam via medicine frequentanda. quare ⁊c.

¶Cap.clix.oñdit naturam ⁊ ꝓprietates raparū pro quāto faciunt ad cibum.

Rape: vt īquit Auerrois in.v. colliget : calide sunt ⁊ hūide: generāt ventositatem : mouēt coitum eo ꝙ renes calefaciūt ⁊ habēt mirabilem ꝓprietatē ad illuminandū oculos. Isaac autē in particularibus dietis dixit. Calida est rapa in secundo gradu ⁊ humida in primo multum plus ceteris nutrit:dure tamen digerit:mollē ⁊ inflatiuam facit carnē proinde sui vētositate ⁊ inflatiōe coitum suscitat q̄ si in aqua coquat ⁊ illa eiecta in alia recoquatur duritia sue substantie temperat⁊ mediocriter in-

ter bonū et malū nutrit: q̄ aūt nō bene cocta fuerit digeritur difficile ventositatē generat et in venis et poris opilationē facit. Idcirco vtilis est biscocta et vtraq₃ aqua proiecta si coquatur cū pinguissima carne etc̄. Rasis etiā in.xxij.continentis.c.ccccxlv.dixit auctoritate Diascoridis. Rapa cocta et comesta est magni nutrimēti: sed inflat et generat carnē mollē et excitat appetitū et actū venereū etc̄. Et in fine capituli allegati auctoritate Gal. sic inquit. Rapa inflat et est difficilis digestionis tamē auget sperma etc̄. Et in.xxv.eiusdem.c.j.sic ait. Si rape elixe fuerint et comeste cū cōdimentis et aromatibus bone erunt et similis conditio est de pastinaca. Gal. aūt in secundo de cibis.c.proprio dixit de ea. Multi formiter aūt et hanc homines preparāt vsq₃ ad hoc q̄ cōponunt eam cū garo et aceto vt habeant provsu per totum annū: chimū autem reddit in corpore grossiorē temperato: propter qd̄ si habūdauerit quis in vsu ipius. Et maxime si quis deficienter in ventre digerens ipsam cōgregabit vocatū crudū chimū: ad secessum aūt ventris neq₃ contrariari vtiq₃ neq₃ conferre dicat q̄s ipsam et maxime quādo decoquitur bene enī indiget ipsa et ampliori decoctione: fit autē optima et bis elixata sicut dictū est prius de caulis p̄parati ōe. Si aūt crudior sumatur indigestibilis est et inflatiua et mala stomacho quādoq₃ autem et mordicationes operatur s̄m ventrem per aquā autē elixatā admirabor vtiq₃ si minus aliqua homogenearū plātarū nutriat. Et idem in sexto de simplicibus medicinis in.c.gengilidis.inquit. Rapa et semen eius similiter ad libidinē icitat inflatiui spiritus generatiua existens. Ecce itaq₃ quantum in via cibi prisci patres rapas cōmendarunt. a quibus sumpsit Platina cū ait. Nō erit etiā insalubre prima abiecta decoctione si secundo elixaueris additis aromatibus que eius inflationem tollunt etc̄. Et quia in igne super cineres et prunas vt plurimum decoquuntur mihi videtur hoc omnibus esse memorādum vt rape cocte super ligna virtute flāme ignis vt fieri sepius vidi nullo pacto assumatur rōne malitie adepte a fumo et flāma non mediocris: vnū suffocationē facile possent inducere et hanelitus constrictionē quēadmodū et castanee in perforato frixorio super flāmā ignis decocte mihi sepius adolescentulo: hoc nescienti facere consueuerūt. Quod alie super prunas et cineres decocte non faciebant. Qd̄ postq̄ consideraui nullā cām ad inueni que mihi rationabilis videretur nisi q̄ ex flāma et fumo quādam malā nociuam et indicibilem qualitatem grandēq₃ malitiā assumebant: q̄ difficultas hanelitus et suffocatio quedam periculosa et vt verius dicam perniciosa proueniebat. Que ex vini boni assumptione paulatina alleuiabatur. Quare et hoc idem in rapis super ligna et flāmam decoctis attendendū fugiendūq₃ iudicamus. Et nō nisi manducande sunt elixe aut super carbones et prunas sine fumo decocte. Elixe autem prestātiores et ad sanitatem laudabiliores: vt ex sentētia illustrium antiquorum patuit supra.

¶ Cap.clx. ondit naturā: p̄prietates: et nocumenta ex comestione raffani p̄uenientia.

Raffanus vt scripsit Gal. ad paternianū.c.ccxxx. Dibus nota est que radix appellatur radicem habēs similem rape s₃ lōgiorem q̄ comesta a ieiuno prout antidotū magnū adiutoriū sanitatis et tutamentū corporis sed inflationem operatur ructus fetidos facit: et vrinam mouet et vētrē relaxat etc̄. hec ipse. Quē textū si quis recte consideret non simpliciter Raffanus approbatur sed via tantum medicine et in ieiuno et in parua scilicet quantitate nō aūt conuenit via cibi nec ante cibum immediate vt quidā sunt opinati: propterea quia calidus est in tertio gradu et siccus in scd̄o vt dixit Auerrois i.v.colliget. et Haliabas in quīto theorice.c.xviij. vbi sic ait. Raffanus passiōes facit et turbationes eo q̄ eructuationē generat fetidum ideoq₃ qui vomiturus est eo vtitur cibus enim malus est et grossus: digestionis tarde difficile a stomacho descēdit. et subdit. Quidam aiunt illum digestionem adiuuare sed ecōtra rem est inuenire neq₃ enī digerit q̄to minus ipe digerit. Auicē. vo in scd̄o

canonis.c.cccccLxxxv.sic scripsit de eo. Raf-
fanus est inflatiuus ⁊ elixatus est nutribilior
ꝑpter separationē illius ab eo quod est me-
dicinale:⁊ nutrimētū quidē eius est flegma-
ticum ⁊ paucū cum hoc quāto igitur magis
crudū ⁊ nō elixatū: Et ꝑpterea subdit. Et
in ipo est substātia q̄velox est ad putrefactio
nem ⁊ illud ꝑpter id qđ in ipo est de nocumē
tis ⁊ multiplicat pediculos in corporib⁹:no
cet capiti:dētibus ⁊ palato:nociuus est ocu-
lo licet abstergat ipm qn̄ distillat in eo aqua
eius. Et postpauca subiūxit. Est malus sto
macho faciens eructuare ⁊ post cibum lenit
ventrē ⁊ facit cibū penetrare:sed ante cibum
facit natare ipm cibū ⁊ non quiescit: ⁊ pro-
pter hoc facilē efficit vomitū. Dixit postre-
mo auctoritate filij Mesangue ꝙ si comeda
tur post cibū digerit ⁊ ꝓprie folia eius ⁊ fa-
cit appetitū ⁊c. Hoc quoq; sensit Isaac in
particularibus dietis cū inquit. Raffanus
calidus est in tertio gradu ⁊ siccus in secun-
do minus q̄ rapa nutrit ꝑpter suū acumen
quod est fortius acumine rape:nutrimentū
eius est grossum dure digestionis stomacho
nociuū ⁊ inconueniens:oculis:dentibus:gu
le:⁊ oibus vuule doloribus. Et infra dixit.
Radix eius scđm cibū manducata torsionē
⁊ inflationē generat ⁊ stomacho fit illauda-
bilis quod ructus eius putridus testatur q̄
maxime fit ante cibum ieiunijs esui data ci-
bum eleuat ⁊ descendere ꝓhibet ad locū de
coctionis:vnde fit causa indurande egestio-
nis ⁊ naturalē virtutē inhibet cibum in inte
riorem partē expellere quare fit vomit⁹ ma-
xime eis qui ventositatē habēt in stomacho.
ꝙ tamen post cibum accepta minorem agit
ventositatem superius ascendentem et cum
sua grauitate descēdit inferius ⁊ deponit ci-
bum in locum decoctiōis ⁊ digeritur vt opꝫ
vnde fit causa secundā digestionē confortan
di hoc eñ gratia sue actionis que non habē
tibus ventositatē impedit post cibum acce-
pta proinde volentes eam propter vomitū
accipere:ante cibū sumant:sed propter sup
plementū secunde tertieq; digestionis post
cibū manducēt. hic ipse. Rasis etiā in tertio
Almansoris.c.xviij.sic inquit de ipso. Raf-
fanus calidus est ⁊ grossus qui in stomacho
longam faciens morā flegma incidit atq; ci-
bum ad os eleuat stomachi:vomitū quoq;
mouet cuius folia cibū digerunt ⁊ appetiti
uam adiuuāt qn̄ ex eis parū sumitur. Rasis
etiā in libro quarto suorū afforismorū. Raf-
fani ⁊ eorū stipites in stomacho durant q̄-
plurimū caput replēt:gutturi ꝟo conferunt
quia clarificant vocē:vt inquit Auerrois lo
co superius assignato. Idē quoq; Rasis in
libro.xxij.cōtinētis.c.ccccccxxix.dixit aucto
ritate Diascoridis. Radix raffani generat
ventositates et est mala stomacho:multipli-
cat eructuationē ⁊ prouocat vrinā ⁊ calefa-
cit ⁊ si comedit post cibū lenit ventrē ⁊ sub-
uenit super penetrationē nutrimenti ⁊ si co-
meditur ante cibū supernatat cum cibario ⁊
subleuat illud ad superiora stomachi ⁊ non
dimittit quiescere:ideo de leui prouocat vo
mitū ⁊ attenuat sensus. Et infra auctoritate
Ruffi subdit. Radix confert in flegmate: ex
citat vomitū:nocet capiti:oculis:dentibus:
⁊ palato. ⁊ dixit in alio libro ꝙ sit tarde di-
gestionis:inflat ventrē:multiplicat flegma ⁊
calefacit. Et dixit ī libro regiminis. Radix
bona est ad flegma ⁊ volentē euacuare id qđ
in superioribus partibus ventris fuerit: tñ
mala est oculis:dentibus:⁊ gutturi. Et Joā
nitius inquit ꝙ hoc est ex causa malitie sub
stantie putrefactiue q̄ est in ea: qua de re con
cludendū est ꝙ via cibi nequaq; raffano sit
vtēdū vt ex iam dictis patuit manifeste. nec
etiā ante cibū:sed tm̄modo post cibum qn̄q;
rōne medicine. Et ꝙ ita sit apparet ꝑ Gal.
in libro de subtiliāte dieta.c.ix.sic dicentes.
Gustandū est radices solas calidas ⁊ acres
sicut allei ⁊ ceparū ⁊ raffanidas ⁊ has vt far
macū magis q̄ cibū nec etiā sic simpliciter
sed post comestionē vt diximus. quare ⁊c.

¶ Capitulum.clxj. ponit conditiones atten
dendas circa semina seu legumina que pro
ferculis accipiuntur.

Q Ueadmodū superius promisera-
mus velle dicere de seminibus ⁊
leguminibus q̄ sunt in vsu:postq;
de radicibus fuissemus locuti sic
in pn̄tia de ipsis agemus:ostēdētes priusq;

ad specialia descēdamus quas debeāt habere conditiones semina ⁊ legumina q̄ comedi debēt vt bona ⁊ laudabilia ab eis oppositis scire distinguere valeam⁹. Dicamus ergo ꝙ grana seu semina ad sanitatē laudabilia nō debent esse noua nec etiā inueterata: sed medium tenentia: vt sunt illa q̄ post sex menses sunt collecta vsqꝫ ad annū vel circa durantia ſm Isaac determinationē in vniuersalibus dietis.c.xj. dicētis. Granorū nouorum ante septē mēses nutrimēta grossa sunt ⁊ viscosa ad dissoluēdū dura: sꝫ tñ cū bñ digesta sunt multū dāt nutrimentū ⁊ tarde dissolubile a mēbris. Et postea subiunxit. Grana ꝟo inueterata sed nō corrupta in nutrimēto sunt meliora ⁊ a mēbris dissoluendū facilia: ideoqꝫ in sanitate custodienda meliora sunt q̄ꝫ ad membra cōfortanda. Inueterata ꝟo magis q̄ꝫ oportet sunt illaudabilia. Quādo autem inueterata dici debeāt intelligat qñ sua naturalis humiditas exiccata ⁊ finita fuerit et tunc minime mollificant in aqua cū velut lapides existāt ⁊ vt plurimū supernatāt eo ꝙ nihil recipiūt humiditatis aque: quo facta grauiora possint descendere. Similiter si dura forēt naturaliter semina: ita ꝙ non mollescant reprobanda sunt ⁊ si antiquata nō fuerint: qm̄ iam dictis sunt similia: ⁊ per consequēs minime accipienda: dicente Isaac vbi supra. Si grana vel semina vel quelibet sicca ꝓbare volueris infunde infundenda in aq̄s que si velociter inflantur ⁊ duritiē amittunt suā laudabiliora sunt nō obediētibus. Velocitas eñ mutationis signū est perfecte actionis naturalis caloris in coctione sui dum in origine sua fiunt. Que autem grana in sua duritie ⁊ siccitate cocta ⁊ elixa vel infusa permanserint superfluitates humorū grossorūꝫ ⁊ viscosorū se habere innuūt in quibus subtiliādis ⁊ digerēdis natura defecit. Que fuit Gal. s̄nia in libro de euchimia et cachochimia dicentis. Legumina ⁊ fructus sicci siue semina que comedūtur si in aqua infusa nō eleuabūtur ⁊ mollia facta nō fuerint: sed retinentia pristinā duritiē peiora sunt oībus ⁊ ad significationē ⁊ ad digestionē: contraria ꝟo oībus meliora. Debēt preterea grana seu semina que manducātur hāc etiā habere conditionem scꝫ vt nullum odorem aut saporeꝫ malum habeant nec aliqua mala sint affecta qualitate: vt sensit Isaac vbi supra cum ait. Quecunqꝫ grana in odore pessima vel in sapore sunt abominabilia: nutrimenta eorum sunt abhorrenda. qḋ etiā ex verbis Auicen. colligi potest ī tertia primi doctrina scḋa.c.vij. Et ex verbo illo oportet ꝙ cibus sit talis quale triticū ab extraneis rebus purgatum qḋ ex messe sana fuerit collectum cui nulluꝫ accidit nocumentū ⁊c̄. Et sicut de tritico expressit: sic implicite ⁊ de alijs granis que comedūtur dedit intelligere. s. de farre: spelta: panico: milio: fabis ⁊ ceteris talib⁹ de quib⁹ infra dicemus. Reliquas autē conditiones circa vnūquodqꝫ obseruandas suis in locis dño cōcedente scribemus eūdem seruantes alphabeti ordinem ne diu in querēdo laboret qui naturam ⁊ ꝓprietates alicuius rei inuenire desiderabit. quare ⁊c̄.

¶ Capitulū.clxij. ostēdit naturā ⁊ ꝓprietates ciceris albi ⁊ rubei in via nutrimenti.

Cum grana ⁊ semina ī duplici differentia reperiātur: quedaꝫ eñ pro cibis: aliqua ꝟo pro cōdimētis ciborū vtantur quēadmodū sunt anisum: feniculum: piper: ⁊ huiusmodi: de quibus in p̄sentiarum non intendimus. Sed de his tantuꝫ que pro cibis manducantur: de illis autem posterius dicemus cum de condimentis sermonem faciemus: a cicere itaqꝫ incipiamus cum ante ipsa nullum leguminū a precedentibus litteris inchoare inueniamus: dicentes cum Auerroi in.v. colliget. Cicera sunt temperate calida ⁊ humida ⁊ habent inflationem: ⁊ propterea tertia earum operatione habent generare sperma ⁊ prouocare vrinam et menstrua ⁊ frāgunt lapidem: sed hoc faciunt plus nigra q̄ꝫ alba et si comeduntur recentia generāt in stomacho ⁊ in intestinis multas superfluitates ⁊ sunt duriora ad digerendum nisi primo essent infusa: et habent proprietatem faciendi bonum calorem ⁊ hoc faciunt: quia acuunt calorem: ita vt generetur spiritus ventosus: et per hanc viam va-

lēt coitui. Sed Haliabas i.v.theorice.c.xv.
sic de eis inquit. Cicer calidum est ⁊ siccum ⁊
in eo est humiditas quedam ⁊ ventositas ⁊
inflatio:vnde ⁊ sperma generat ⁊ coitus ap-
petitum:lac auget ⁊c. Quod etiam videtur
voluisse princeps in scđo canonis.c.cxxxiij.
sic dicens. Cicer album est calidum ⁊ siccum
in primo ⁊ nigrum est fortius. Ambo sunt in
flatiua ⁊ lenitiua. Et in ipo est incisio. Et nu
trimentum quod prebet est fortius nutrimē
to fabarum ⁊ magis solidū:neq; est aliquid
in suis figuris quod magis ipso nutriat pul
monem. Et quod ex ipso est humidu3 plus
est generatiuum superfluitatum q̄ ex eo qđ
siccum est. ⁊ infra subdit. Clarificat vocem ⁊
nutrit pulmonem melius q̄ res aliqua. Et
in calce capituli sic ait auctoritate Hipocra
tis. In cicere sunt due substantie que sepa-
rantur cum decoctione. Quarum vna est sal
sa ⁊ lenit naturam:⁊ altera est dulcis ⁊ pro-
uocat vrinam:⁊ dulcedo in ipso est inflatiua
⁊ excitat coitum. Idem quoq; sensit Isaac
in particularib⁹ dietis cū ait. Cicer est mul-
ti nutrimenti ventrem humectat vrinam mo
uet menstrua prouocat ventositatem creat ⁊
inflationem. Idcirco sperma auget coitūq;
confortat. Cicer autem album calidu3 est in
primo ⁊ humidū in medio:propterea nutri
mentū eius maius est q̄ fabarum:non tamē
bonum:sed ad digerendum durum ventosi-
tatem ⁊ inflationem faciens in tantū vt car-
nem inflet ⁊ dilatet ⁊ idem faciet quod ace-
tū in sicco luto aut fermentum in pasta. Vn
de qui eo vtūtur pulchre cutis fiunt. Dilata
ta enim ⁊ extensa caro lucescit ⁊ clarificatur.
Item coitum adiuuat quia tres habet cau-
sas ad coitum pertinentes: scilicet calorem
nutrimētum ⁊ inflationē. Et infra dixit. Ci-
cer nigrum albo est calidius ⁊ minus humi-
du3 ⁊ propterea amaritudo eius dulcedine
manifestior est:ideo plus albo aperit opila-
tiones ⁊c. Rasis etiam in tertio almansoris
c.ij. sic de ciceribus inquit. Cicer calidu3 est
inflat ⁊ vrinam ac menstrua prouocat ⁊ au-
get sperma: viride pterea cicer in stomacho
⁊ in intestinis multas generat superfluitates
fabe tamen ⁊ cicer si assentur minoris sunt
ventositatis. In quarto quoq; libro suoru3
afforismorum dixit de ipsis. Cicera bonam
faciunt vrinam ⁊ bonum calorem maxime si
cum carnibus comedātur ⁊ cum cinamomo
q̄plurimum. Et in libro.xij. continentis.c.
ccxlij. dixit auctoritate Gal. in libro prio ci-
borum in.c.xvij. licet ipse capitulū non an-
notauerit. Nutrimētū cicerum est melius nu
trimento fabarum ⁊ eius inflatio non est mi
nor inflatione fabarum ⁊ addunt ad sperma
⁊ excitant coitum ⁊ propter hoc dantur stal-
lonibus ⁊ mūdificant plus q̄ fabe. ⁊ postea
subiunxit. Et cum torrefiunt cicera tollitur
ipsorum inflatio ⁊ eorum digestio erit diffi-
cilis ⁊ nutriunt plurimo nutrimento. Et re-
centia generant plurimam superfluitatem si
cut narrauimus de fabis. Et dixit in libro
chimorū. Licet cicera sint multi nutrimenti
non tamen laudabilem generant chimum et
non sunt minoris inflatiōis faba. Noster au
tem textus in libro de euchimia. c.iiij. sic se
habet. Cicera nutritiua sunt non tamen eu-
chima inflatiua ꝟo non minus faba:excitāt
ad coitum ⁊ simul ex eis sperma generatur.
Et in libro de subtiliante dieta.c.vij. sic ait
de eis. Cicer inflatiuum est ⁊ disdigestibile
⁊ superfluicum cibarium ad vrinationem au
tem aptum ⁊c. Rasis etiam loco superius
allegato sic quoq; scripsit auctoritate Ruf-
fi. Cicera laxant ventrem prouocant vrinam
⁊ nutriūt multū. Postremo auctoritate filij
Mesue sic etiam inquit. Cicera sunt calida
in secundo ⁊ humida circa medietatem pri-
mi faciunt multum erigere addunt:ad sper-
ma:prouocant vrinam ⁊ menstrua ⁊c. Et in-
fra. nutriunt pulmonem pre omnibus alijs
rebus:⁊ cum pulmo est vlceratus exhibea-
tur farina cicerum cū lacte decocta ⁊c.

¶ Capitulum.clxiij. ostendit naturam faba
rum et dore pro quanto faciunt ad sanita-
tem in via cibi.

DE dora que fm quosdam dici
tur Melica s3 ꝟo alios est spe
cies milij vt auctor inquit pā-
dectarū:vsq; nunc capitulum
nec aliquid de ea scriptū repe
rimus nisi a Rasi in libro tertio Almanso-

ris.c.ij.in fine sic dicente. Doꝛa sicca est que ⁊ parū nutrit ⁊ ventrē stringit. Si quis autē diceret ⁊ quomodo vētrem stringit cū solu-tiuā omnes ipsam esse fateant̄: pꝛo quibus facit etiam experiētia. Cui dicemus ꝙ ꝑ se ⁊ rōne suarū qualitatū vētrē stringit: per acci-cidens ꝟo soluit: nec istud est incōueniēs cū Mespila: mirabolani: citonia ⁊ hmōi natura-liter stiptica ventrē stringant per se: ꝑ acci-dens aūt ⁊ cōpꝛimendo soluāt vt ptꝫ medici-nā intelligentibus. Doꝛa igit̄ cibus erit me-dicinalis ⁊ potius medicina cibalis dicetur esse ꝙ̄ cibus quare ipsa nō est vtēdū: tū quia sicca: tū quia parū nutrit: tū etiā qꝛ solutiua non parū existat. Faba ꝟo seu fabū vt inq̄t Auerrois in.v.colliget.c.de cibis medicina-libus. est tēperatū inter caliditatē ⁊ frigidi-tatē aut parū declinat ad caloꝛē ⁊ pꝛopterea habet dissoluere apostemata ꝓpter suā ab-stersionē ⁊ maturat ⁊ est multe humiditatis ꝓpterea accidit ei multa inflatio ⁊ vētositas ⁊ ipsam nō ꝑdit pꝛopter aliquā decoctionē. Et dicitur ꝙ qui habet malā ꝓpꝛietatē cum virtute cogitatiua ⁊ qui ea vtūtur multa ha-bēt suspiria hoꝛribilia ⁊ flegma. Melius tn̄ videtur esse dicēdū cū Haliabate in.v. theo-rice.c.xv. sic scribente. Faba que recēs est ⁊ vi-ridis frigidā habet cōplexionē ⁊ humidam flegma generās. Que ꝟo sicca est cōplexio il-li frigida inuenitur ⁊ sicca: ventositatē gene-rat ⁊ inflationē plurimā ⁊ si minoꝛē ꝙ̄ recēs ⁊c. Et post aliqua subdit. Laudabilioꝛ fabe comestio si coꝛticib⁹ mūdata coquat̄ donec dissoluatur abit ab ea ventositas eius tera-turq̄ molla diligentissime tūc enim minuit̄ ventositas ⁊ inflatio maximeq̄ si cimini ali-quid addideris ⁊ darseni.i.cinamomi pipe-ris ⁊c̄. Auicen. ꝟo in.ij.canonis.c.ccxliiij. di-xit de ea sic. Virides sunt plurime sup̄fluita-tis ⁊ si nō esset tarditas sue digestiōis ⁊ mul-titudo inflationis earū non essent minoꝛes in nutriēdo bn̄ ꝙ̄ pultes oꝛdei: sed sanguis earū est grossioꝛ ⁊ foꝛtioꝛ. Et melioꝛes ex eis sunt grosse albe que a gurgulionibus nō per-foꝛantur ⁊ deterioꝛes earū sunt recētes: ⁊ ea-rū quidē rectificatio est pꝛolongatio infusio-nis earū ⁊ bonitas decoctionis ⁊ comedere eas cū pipere sale ⁊ hasce oꝛigano ⁊ similib⁹

cū oleis ⁊ pꝛoxime in natura sua sunt equa-litati: sed sunt decliues ad frigiditatē ⁊ sicci-tatē plus ⁊ in ipsis est humiditas sup̄flua ⁊ ꝓpꝛie in viridibus. De veritate ꝟo viridum est vt iudicent̄ frigide ⁊ hūide. Qui aūt po-nunt frigiditatē fabarū in gradu secūdo mo-dū excedunt quarū oꝑationes he sunt. Ab-stergūt parūper ⁊ inflant valde: verum deco-ctio vehementer iterata cū aqua remouet ea-rū inflationē: verū cū fabe excoꝛticant̄ ⁊ mol-liuntur ⁊ decoquūtur in vase sine motu mi-noꝛatur earū inflatio: ⁊ que ex eis frixe sunt pauce sunt inflationis: sed sunt tardioꝛis di-gestionis. Et cocte cū suis coꝛticibus sūt pl⁹ inflatiue. Et infra sic etiā scripsit. Et genera-tur ex eis caro mollis ⁊ generant humoꝛes grossos. Hipocrates quoq̄ testificat⁹ est bo-nitatem nutrimēti earū ⁊ cōseruationē sani-tatis ab eis: ⁊ de ꝓpꝛietate quidez earū est ꝙ abscindunt oua gallinarū cū nutriuntur ex eis: ⁊ faciunt videre somnia cuz alienatione ꝑturbata. Et postea subiūxit. Faciūt soda: ⁊ nocent oībus quib⁹ accidit soda: ⁊ sunt diffi-cilis digestionis ⁊ tarde descēsionis: ⁊ sūt ge-neratiue opilationū: ⁊ decocte cū coꝛticibus suis in aceto pꝛohibēt vomitū ⁊ fluxū dissin-tericū antiquū. Ysaac aūt in particularibus dietis sic de eis inquit. Fabe in natura sua frigide ⁊ siccitate sunt diuerse quarū virides frigide sunt ⁊ humide in pꝛimo gradu nutri-mentū tamen est minus quia humoꝛes gene-rant grossos ⁊ crudos. Et qꝛ inflatiue vento-sitatem faciunt in superioꝛibus ventris pꝛo-pterea valde nociue sunt. Sicce ꝟo suisq̄ tē-poꝛibus perfecte sunt frigide ⁊ sicce in pꝛio gradu non laudabilem sanguinē creāt vnde carnē inflant ⁊ dilatant ⁊ operantur in ea q̄d fermentū in farina vel pasta: ꝓptera in supe-rioꝛibus ventris ventositatē plurimā gene-rant ⁊ inflationē ex qua fumus incipit ascen-dere cerebꝛo nocens ⁊ multa ⁊ coꝛrupta som-nia inducit. Cū hec ergo naturaliter habeāt fabe non eis aliquo coctionis modo possūt auferri. vnde Gal'. Fabe si nimiū coquātur ventositatē ⁊ inflationem suā sicut oꝛdeo au-ferre nequimus minuere tamen possumus. Experimēto autē pꝛobatur in eis qui fabis vtentes assidue indigestionem patiunt̄ ⁊ in-

flationem ⁊ si sanissimi fuerint.hec ipse.Qđ
etiam sensit Almansor in tertio.c.ij. dicens.
Fabe temperamēto proxime existūt licet fri
giditati parumper attineant que multuꝫ in
flantes scothomiā generāt caput ꝑterea gra
uant:corpusqꝫ totum dissolutū efficiūt: ⁊ iđ
solitis pati ventositatem ex colica vel ex ru⸗
ptura male sunt:virides autem hūores ge⸗
nerant crudos ⁊ in stomacho ⁊ in intestinis
augmentant flegma ⁊ in ipsis ventositatē ex
citant.Idē quoqꝫ dixit in.xxj . continentis.
c.clxvj.auctoritate Diascoridis.Et fuit sniā
Auenzoar in suo Teisir.c.j.cum ait. Habē
tia grossam siccam ⁊ terrestrē substantiam si
bene decoquātur minus nocēt stomacho ex
ceptis fabis in quibꝰ decoctio non remouet
nocumētum.Sniā quoqꝫ Hallabatis in.v.
Theorice.c.xv.Qui omnes a Gal.mihi vi⸗
dentur accepisse dicente in libro de subtiliā⸗
te dieta.c.vij.Fabe nō digeruntur faciliter
⁊ inflatiue sunt satis.⁊ in primo alimētoꝝ.c.
xliij.Fabe virides comeste anteqꝫ maturent
⁊ exiccentur habent cōmune omniū fructuū
quoscūqꝫ in maturitatē offerimus:alimētū
humidius dantes corpori⁊ propter hoc ma
gis superfluicum non ꝭm intestina solum:
sed etiā ꝭm totū habitum. Et in primo regi
minis acutorū cōmēto.xviij.dixit.Sorbitio
nem ex fabis factā si tribus coxeris diebꝰ nō
est tibi possibile vt eiꝰ inflationē ab ea remo
ueas qđ est quia inflatio inest ei ex substātia
ipsius propria ⁊ nō ex diminutiōe decoctio
nis eius:⁊ propterea dicebat ipse in libro de
euchimia ⁊ cachochimia.c.iiij.Si faba infla
tiua non esset cachochimam nō diceremus.
Ex quibꝰ apparet ꝙ ois faba sit illaudabi⸗
lis:viridis aūt ⁊ cocta cuꝫ cortice peior alia
quacūqꝫ.quare ⁊c̄.

Capitulū.clxiiij.ostendit naturā farri fru
menti ⁊ spelte declarando quale sit ⁊ ꝗtum
eorum nutrimentū.

DIcet far quādo simpliciter po
nitur de farre spelte intelliga⸗
tur:vt inqt auctor pādectarū.
tū mihi videt̄ ꝙ sepius etiā ꝑ
frumēto vel tritico accipiat̄ et
nō equidem irrationabiliter propterea ꝙ vt
Rasis inqt in.xxj.cōtinētis.c.cxciij.auctori
tate Pauli in.vij.Spelta est ꝓpinqua virtu
ti frumēti ⁊ est media inter calidū ⁊ frigidū.
⁊ etiam auctoritate Diascoridis dixit de ea.
Aliquod est genꝰ habēs in casula vnū granū
⁊ aliud habēs duo ⁊ vocat̄ latine farri. Di⸗
camus ergo simul de ipsis ⁊ de frumēto pi⸗
stato far ⁊ appellato cū Auicē.in scđo cano
nis.c.ccxlvij.sic scribēte. Meliꝰ est illud qđ
est mediū inter duritiē ⁊ raritatē magnū pin
gue recens planū quod est inter albedinē et
rubedinē calidū ⁊ tēperatū in hūiditate⁊ sic
citate ⁊ est plurimi nutrimenti ⁊ frumētū eli
xatū est tarde digestionis inflatiuū: verū eiꝰ
nutrimentū qn̄ digeritur est plurimū.Et in
fra dixit.Frumentū est magis nutritiuū cor
poris oibꝰ granis.⁊ postremo ꝯcludit. Tri
ticū crudū ⁊ etiā decoctū elixatū nō mollitū
neqꝫ fractū neqꝫ coctū ita vt sit plus.Et fra
ctū etiā sir̄ qn̄ comedit̄ gn̄at vermes. Auer
rois quoqꝫ i qnto colliget.sic de eo scripsit.
Frumētū coctū in aq̄ est grossum viscosum
opilatiuū ⁊ durū digeri plꝰ alia re ⁊ ē valde
malū. Rasis aūt i tertio Almāsoris.c.ij.in
ꝑncipio sic ait.Triticū tēꝑamēto est vicinū
lꝫ caliditati parū attineat. Qđ aūt pōdero⸗
sius iuenit̄ ⁊ solidiꝰ maioris est nutrimenti:
hoibus quoqꝫ oibꝰ alijs granis magis ꝯue
niēs ⁊ magis ꝓpriū inuenit̄:sanguis etiā ex
eo generatꝰ oī sanguīe q̇ ex alijs generatur
granis tēꝑatior existit.Et in.xxj.ꝯtinētis. c.
clxxxix.dixit.Frumētū fractū.i.far : vt dixit
Gal.in.vij.simpliciū:est idē modꝰ frāgēdi in
frumēto spelta ⁊ ordeo ⁊ oī genere legumis
⁊ ipoꝝ virtꝰ ⁊ oꝑatio est eadē cū eorū substā
tia integra.Et dixit deinde auctoritate Dia
scoridis.Far nutrit magis amido ⁊ inflat ⁊
īpinguat ⁊ generat chimū grossuꝫ viscosum
⁊ lucidū ⁊ debet decoq̇ supra carbones ⁊ cō
deri cū oleo onfancio aut amigdalino dulci
⁊ pauco salis ⁊ debet apponi oleū in princi⸗
pio vt melius misceatur ⁊ cū est coctū cōdia
tur cū melle.s. zuccaro vt ammoueatur eius
viscositas ⁊ cito descēdat a stomacho. In.c.
xo.cclxxx.eiusdē lib.dixit auctoritate Gal.
in lib. dietarū . ꝙ granuꝫ frumēti est magis
iuuatiuū hoibꝰ omi alio grano:⁊ illđ qđ est

ex eo clarum durum firmum ꝛ non de facili
frangitur est valde nutritiuũ ꝛ melius ꝛ nu-
tribilius alio: ꝛ illud quod est diaphanũ le-
ue ꝛ pingue est econtrario. Et substãtia hui⁹
frumenti est velocis descẽsus ꝓpter multum
furfur quod est in eo. ꝛ subdit. frumentũ eli
xum est tarde digestiõis inflatiuũ: ꝛ si bñ di
geritur est multi nutrimenti ꝛ manifeste ad-
dit ad virtutẽ calefacit. Et si pregnãs come
dit ipsuꝫ nõ euadit ab eius nocumento. Se
ries autẽ Gal. in lib. de subtiliante dieta hic
est: prout nos habemus. Triticũ cib⁹ nutri-
bilissimus ꝛ viscosi ꝛ grossitatis humoris ge
neratiuum. Quocirca nisi quis preparet ipꝫ
sicut nunc ꝑparatur ꝛ offerat grossuꝫ ꝛ visco
sum satis subnutrit humorem ꝓpter quod
neqꝫ simpliciter coctũ oportet comedere tri
ticum sicut vidi comedentes in asia ꝙ̃ mul-
tos rusticorũ dulcorãt eñ pauco sale id neqꝫ
farinam faciendo coquẽtes sicut pultes ꝛ in
aqua infundentes vel lacte. Oẽs eñ huius-
modi preparationes disdigestibiles sunt et
pachichime. Sola autẽ est bona preparatio
eius ꝙ̃ per fermentũ sal ꝛ cribruꝫ ꝛ furnũ ꝛc̃.
Dixit etiã Rasis loco superius allegato au
ctoritate filij Mesue. Frumentũ calidum est
in primo equale inter humiditatem ꝛ siccita
tem sed magis declinat ad humiditatẽ ꝛ hãc
acquisiuit ab aqua ꝛ signũ ad hoc est multi
tudo nutrimenti eius. Et postremo auctori-
tate Gal. sic ait. Spelta non desiccat sed di-
geritur sicut frumentum ꝛ generat humoreꝫ
grossum ꝛ est tardi descensus ꝛ multi nutri-
menti ꝛ fortis. Ex quib⁹ apparet ex quo fru
mento far fieri debeat ꝛ quãtum nutrimenti
prebeat quõcũqꝫ far extiterit siue ex frumen
to siue ex spelta tñ ꝓ delicatis ꝛ exercitatis
hominibus minime videt̃ cõuenire cũ gros-
sus sit cibus ꝛ dure digestiõis: vt patet ex iã
dictis. quare ꝛc̃.

¶Cap. clxv. ostẽdit naturã ꝛ proprietates
faseoloꝝ alborum ꝛ rubeoꝝ in via cibi.

Faseoli teste Gal. in lib. de sub
tiliãte dieta. c. vij. multo fabis
sunt prauiores. Et vt inquit
Auerrois i. v. colliget. c. de ci-
ceribus. ipsi declinãt ad caloreꝫ ꝛ
humiditatẽ ꝛ impinguãt corpus ꝛ ꝓuocãt vri
nã ꝛ sanguinem menstruũ ꝛ laxant ventrẽ et
ꝓprie rubei ꝛ inducunt somnia ꝛ faciũt ver-
tiginẽ. sed Hallabas in. v. theorice. c. xv. ali
ter eos graduauit cũ ait. Faseol⁹ ali⁹ albus
cuius cõplexio frigida est ꝛ sicca: ꝛ alius ru-
beus ꝛ in eo calor est ꝛ inflatio nisi ꝙ eius in
flatio minor est ꝙ̃ fabarũ ꝛc̃. Qd etiã sensit
Princeps in secundo canonis. c. ccl. dicens.
Faseoli rubei calidiores sunt eoꝝ. filius tñ
Mesanguez ꝛ arsaianis dixerũt. ꝙ sũt frigidi
ꝛ sicci ꝛ apud me substãtia eoꝝ est sicca in q̃
est humiditas superflua ꝛ ipsi ad caliditatẽ de
clinãt: sed rubei sunt calidiores ꝛ humor fa-
seoloꝝ est humidus flegmaticus ꝛ faciunt vi
dere somnia mala: sũt boni pectori ꝛ pulmo
ni generãt humorẽ grossum. Sꝫ sinapis pro
hibet nocumentũ eoꝝ ꝛ similiter acetũ cum
sale ꝛ pipere ꝛ origano ꝛ vt bibatur sup eos
vinũ passum purũ ꝛ q̃ cuꝫ aceto sunt nutriti
pauce sunt humiditatis ꝓuocãt mẽstrua ꝛc̃.
Isaac quoqꝫ in particularibus dietis. Fa-
seoli calidi sunt in medio secũdi grad⁹ ꝛ hu-
midi in fine: hoc autẽ testat̃ ꝙ vt plurimũ nõ
ꝑfecte vt grana possunt desiccari ꝛ si desiccẽ
tur nõ multũ tẽporis seruare valent: ideoqꝫ
humores gignunt grossos inflãt nãqꝫ vẽtosi
tatẽ fumũqꝫ plurimũ generãt atqꝫ caput im
plent somnia pessima ꝛ terribilia faciunt et
corrupta. Et ipsoꝝ albi minus calidi ꝛ hu-
midi: vnde eorũ nutrimẽtũ grossius est ꝛ ad
digerendum durũ humores flegmaticos fa
ciunt ꝛ grossos attenuare autẽ volẽtes gros
situdinẽ eoꝝ eos elixent ꝛ elixatos a cortici
bus mundẽt mundatos cũ obsomogaro: scꝫ
sale ꝛ oleo ꝛ cimino ꝛ pipere comedent viri
des albi ablatis corticib⁹ cum sale sunt assu
mendi ꝛ sinapi origano ꝛ pipe merũ vinuꝫ ꝛ
forte cum eis accipiẽs. Rufi ꝟo caloris et
humiditatis ab albo min⁹ habẽt iõ ꝛ in suis
fortiores sunt operib⁹ ad ꝓuocãdũ ꝛc̃. Que
fuit etiã sñia Rasis in tertio Almãsoris. c.
ij. dicẽtis. Faseoli inflãt et impinguãt corpus
vrinãqꝫ ac mẽstrua ꝓuocãt vẽtrẽ etiã reddũt
mollẽ qd̃ illi ꝓprie efficiũt q̃ rubei sũt corp⁹
calefaciunt et capiti efficiunt schothomiã ac
mala somnia videre faciũt. et i lib. xxiij. cõti
nẽtis. c. ccccccccv. dixit auctoritate Bimasui.

Faseolus calidus est ĩ primo in medio ipsiꝰ τ humidus similiter. Sed ruffus calidior prouocat menstrua τ si miscet cũ oleo nardino. Et si comedit cũ sinapi ꝓhibet eius nocumẽtum. Et ruffus faseolus est laudabilioris humoris: sed albus est abundantis humiditatis τ difficilis digestionis subuenit super digestionẽ ipsius si comeditur calidus cum almuri: id est sale: oleo: τ cimino eiecta cortice ipsius exteriori vt nõ comedat. Sed recẽs faseolus comedi debet cũ sale: pipere: τ origano ad subueniẽdũ super digestionẽ ipsius: τ vtatur sup eũ potu vini simplicis τ solidi: et si comedit cũ aceto erit modice humiditatis τ tarde digestionis ex causa siccitatis aceti. Dixit deinde auctoritate Damasceni Joannici τ Diascoridis. Faseoli inflant: ꝓuocant vrinã τ menstrua: generãt somnia mala licet abũdãter nutriãt pro rusticis: ergo τ fortiter laborãtibus cũ sui humoris grossitie videntur cõuenire: quiescẽtibꝰ aũt delicatis τ studentibus minime. quare τc.

¶ Capitulũ. clxvj. ostẽdit naturã τ nocumẽta lentis ꝓuenientia ex comestione ipsius.

Lentes sunt tẽperate in calore τ sunt sicce τ generãt sanguinẽ melãcolicũ τ extinguunt inflationẽ sanguinis τ magis qñ coquũtur in aceto inquit Auerrois in. v. colliget. Et subdit. Et earũ virtutes tres sũt: q: priuãt coitũ: τ offuscãt visũ: τ qñ coquũtur in aqua pluries stringunt vẽtrem. fm aũt Haliabatis sniam in. v. theorice. c. xv. aliter in cõplexione graduanda est cũ dicat ipe eo in loco. Lenticula frigida est in scdo gradu τ in tertio sicca: vñ melãcolicũ generat sanguinẽ: τ qui eius assiduus est comestioni siquidem nigra illi dñatur colera q̃ melãcolicos pariet morbos: vt elefantiã: maniã: cancrũ: τ similia. Princeps ꝟo Auicen. in. ij. canonis. c. cccclij. dixit. ꝙ melior lens est illa q̃ est velocius matura τ est alba lata: τ qñ cadit in aquã nõ denigrat eã τ opꝫ vt bene maturetur in decoctione: cuius natura vt visũ est Gal' est equalis caliditate τ siccitate: verũtamẽ est decliuis parũ ad caliditatẽ et propter illud nõ infrigidat apd comestionẽ sui neqꝫ descendẽs est inflatiua τ cõposita ex virtute constrictiua τ abstersiua τ facit videre somnia mala: τ stipticitas corticis eiꝰ est plurima, τ in ipa tota est inflatio plurima τ inspissat sanguinẽ intãtũ ꝙ nõ currit in venis τ ipa minorat vrinã τ mẽstrua: τ ꝓpter illud generat ex ea humor melãcolicus τ egritudines melãcolice. Et infra dixit. Et oportet vt proijciant sup vnã eminã lẽtis nouem emine aque τ decoquant valde τ ipsius q̃dẽ multitudo comesta generat cancrũ τ apostemata dura: nocet neruis: τ illiꝰ qui plurimũ eius comestiõe vtit: visus obtenebrat ꝓpter vehẽmẽtiã exiccatiõis eius τ difficilis digestionis mala stomacho τ generat inflationeꝫ τ grauat: τ nõ oportet quidẽ vt lenti admisceatur dulcedo: ipa eñ tũc faciet possidere opilationes plurimas ĩ epate. Qñ decoquitur absqꝫ cortice suo stringit ventrẽ τ similiter cũ cortice: τ qñ decoquit cũ aqua τ expellitur aqua prima: tũc illa aqua prima si bibatur soluit ventrẽ. τ postremo dixit. Et non approximet ei habẽs lesionẽ in vrina ex parte distillatiõis τc. Et Isaac in ꝑticularibus dietis sic de ipsa scripsit. Lenticula frigida est in ꝑmo gradu: sicca ĩ tertio: inuestigata tñ eius natura ex duobus ꝯtrarijs cõposita inuenit: vno in medulla: altero in cortice: cortex eñ eiꝰ acuitatẽ habet: vnde ventrẽ ad solutionẽ mouet. Medulla ꝟo stiptice est virtutis τ cõfortatiue stomachi τ intestinoꝝ: vñ ad colericã diariã valet. τ ĩfra subdit. τ si cũ cortice ablato coquatur τ prima aqua abiecta scda addatur melior fit ad digerendum: vniuersaliter tñ dico ꝙ nutrimentum lentis grossum est τ ad digerendũ durũ: melancolicũ sanguinẽ generat: τ maxime si cũ cortice comedat cerebrũ fumo grosso implet τ melãcolico. Vñ causa est doloris τ fallaciũ formidolosorũqꝫ somniorũ stomachũ τ intestina implet vẽtositate. Et inflationẽ τ constipationẽ facit propterea ceteris granis plus nocet τ pulmoni ac diafragmati τ pelliculis ceterisqꝫ neruis pelliculariũ ꝑcipue oculorum qñ humiditatem eorum desiccat et distemperat sanis obest oculis quantomagis infirmis sue desiccationis causa ventrem τ men-

strua cõstipat ⁊ ingrossat ⁊ exire nõ possunt
exvenis matricis. Lẽs itaqꝫ cũ cortice cocta
sicce: est noxia cõplexioni ⁊ passionẽ ⁊ melã-
coliã i ea creat sicut nigrã: ⁊ morpheã: impe
tiginẽ: serpiginẽ: cancrũ: elefantiam: ⁊ leoni-
nam. His tñ qui humide sunt complexiõis
aliquãdo prosunt: ideo si sine cortice edãtur
hidropicis valent: cũ cortice vo nocent pro-
pter ventositatẽ ⁊ inflationẽ quã creant. de-
inde prosequitur. lẽticula laudabilis est grã
dis ⁊ noua ⁊ coquibilis accipitur scđꝫ cibũ
⁊ medicinã. Si scđm cibũ ⁊ hoc diuersimo-
de: aliquãdo solũ cũ oleo ⁊ aceto: aliquãdo
cum carne recenti: aliqñ cũ sicca ⁊ salsa: cum
aceto ⁊ oleo minoris est nutrimenti: cuꝫ car
ne recenti maioris: que autẽ cũ sicca ⁊ salsa
pessimus est cibus. Natura nãqꝫ carnis sic-
ce grossa est ⁊ ad digerendũ dura mixta cuꝫ
lente maliciã duplicat: vnde causa est calefa-
ctionis incẽsionisqꝫ sanguinis: tum etiaꝫ qꝛ
in melancolicos cõuertitur humores: iõ pes
sima est: maxime si cum cortice fuerit cocta.
Item vt nõ noceat sic aptabilis est: mũda ipaꝫ
a cortice ⁊ i aqua elixa prioreqꝫ eijcies aquã
⁊ decoctam in secunda misce ⁊ cũ aceto eam
condi: ⁊ origano: mẽta: pipe: ⁊ cimino ⁊ oleo
amigdaleo: aut zisamino. Rasis etiaꝫ in. iij.
Almãsoris. c. ij. sic ait. Lẽticule frigide sunt
⁊ sicce ⁊ sanguinem generant melancolicum
⁊ corpus desiccant: sperma quoqꝫ destruũt
atqꝫ sanguinis extinguũt caliditatẽ infrigi-
dant eñ atqꝫ oculorũ tenebrositatẽ: ⁊ melan
colicas efficiunt egritudines cuꝫ aliquis in
comestione eis frequenter vtitur ⁊c. Idem
quoqꝫ dixit i. xxij. continentis. c. ccccclx. au-
ctoritate Diascoridis Gal. ⁊ Masarguith.
fuit eñ hec Gal. sentẽtia in. j. de alimẽtis. c.
xiij. dicẽs. Merito igitur abundãtes in hoc
edulio vocato elefantes habent ⁊ cancros:
ideo quia grossum ⁊ siccũ simul ⁊ melancoli
cum facit chimũ. Ideoqꝫ concludamus cuꝫ
eodem in libro de euchimia. c. iiij. sic dicẽte.
Lens cachochima est ⁊ melãcolica sicut nul
lus fere ignorat: ⁊ ꝓpterea nõ est comedẽda
nisi quando meliorem ciborum nullum pre-
sentem haberemus: vt idem inquit de subti
liante dieta. c. vij. Aut quandoqꝫ via medici
ne sicut in sanguineis passionibus ⁊c. aliter
autem minime.

¶ Capitulum. clxvij. ostendit naturã ⁊ pro-
prietates lupinorum ⁊ modum preparatio-
nis ipsorum ⁊c.

Lupini apud nos nõ manducã
tur: sed poti⁹ via medicine eis
quãdoqꝫ vtimur. Quia tamen
nõnulli ipsos comedunt de eis
aliqua scribamus dicẽtes. Pri
mo cum Auerroi in. v. colliget. c. de cicerib⁹
qui sic ait. Lupini sunt sicci terrestres ⁊ ama
ri: et quãdo coquũtur in aqua donec aufera
tur eorꝫ amaritudo sunt cibus tamẽ durus:
⁊ qñ comeduntur amari occidũt pediculos
⁊ etiã vermes qui sunt in stomacho ⁊ in inte
stinis ⁊ ꝓuocant vrinam ⁊ aperiunt orificia
emoroidarum. Infra vo in. c. de variatione
virtutũ medicinarũ simpliciũ parapho tor-
mos dixit ꝓpter hoc. s. ꝓpter operatiões po
nimus ipsos in caliditate ⁊ siccitate in prin-
cipio tertij gradus vel in fine scđi. sed Ha-
liabas in. v. theorice. c. xv. sic inquit. Lupi-
num calidũ est in primo gradu ⁊ siccum in se
cundo. Cui magis videtur assentire Auicẽ.
in. ij. canonis. c. ccccclv. dicens. Lupinus est
granũ cõpresse figure amari saporis percus-
sum in medio et est faba egyptica est calidus
in primo: ⁊ siccus in secundo est stipticus ab
stersiuus ⁊ resolutiuus. Et vt inqt Gal. Lu
pinus a quo extracta est amaritudo est gros-
sus ⁊ nõ est longũ quin sit glutinatiuus ⁊ nõ
remanet in eo abstersio eius. Et totus quidẽ
est malus difficilis digestionis generãs hu-
morẽ crudũ in eas qñ nõ digerunt ipsum be
ne: ille vo qui cũ bonis cõditus est plurimi
nutrimẽti. Et qñ eius decoctio fit bona ⁊ di
gerit est nõ mali humoris licet in ipo sit sicci
tas ⁊ viscositas ⁊ ipe quidẽ infundit vt eius
amaritudo remoueat: deide decoquit ⁊ pe-
nitus est medicine ꝓpiquior qꝫ cibo. hec ipe.
Deide vo oñdit quib⁹ passionibus cõferat
vt cibus. Hoc qꝫ sensit Isaac in ꝑticularib⁹
dietis cũ inqt. Lupini in scđo gradu calidi
sunt ⁊ sicci ⁊ dulcoratorꝫ iporũ aqua nutri-
mẽtũ grossum ad digerendũ durũ humores
grossos gñant: ꝓpterea nec vim hñt digesti-

uã sicut excolatiue:nec stipticã sicut cõforta
tiue stipticeq; nature cibaria.Et ista fuit sen
tentia Rasis in tertio Almãsoris.c.ij.dicen
tis.Lupini grossi sunt τ ad digerendũ duri.
Cũ aũt dulcorant τ comedũtur non calefa-
ciunt corpus:dũ vo amari sunt nõ ad nutriẽ
dũ sed ad medicinã sunt apti dissoluunt eñ
scroffulas τc̃.τ in. xxj. cõtinentis.c.clxxviij.
dixit auctoritate Gal.in.vj.Nutrimẽtũ lupi
norũ curatorũ τ indulcoratorũ est grossum τ
sõ plus conferunt in via medicine. τ in libro
dietarũ.s.in primo de Alimentis.c.xvij.Lz
ipse nõ annotauerit locũ inquit. Substãtia
lupinorũ est dura terrea:τ ob hoc est diffici-
lis digestionis τ generat hũorem grossum
mucilaginosum nisi sunt bñ digesti in venis.
Et lupini qui sunt indulcorati nõ laxãt nec
mundificant τ nõnullã in se habẽt stipticita
tẽ τ ideo sunt tardi descẽsus τ difficilis di-
gestiõis . auctoritate etiã filij Mesue sic ait.
Lupini calidi in primo τ sicci in secũdo.τ in
hoc puenit cũ Auicẽ.vbi supra.stringũt vẽ-
trẽ τ sunt tarde digestionis τ generant hũo-
rem grossum nisi cũ sunt preparati cũ specie
bus.τ hoc etiã testatur Muserie τ fuit sñia
Gal.in libro chimorũ dicentis. Lupini pre
parati cũ speciebus non generant malos hu
mores . Ex quibus apparet q vsus eorum
non sit acceptabilis in sanitate cõseruanda
quemadmodũ ad medicinam τ ad plurimas
passiones approbantur.

¶Cap.clxviij.ostẽdit naturam τ proprieta-
tes milij in via nutrimenti:τ panis eius.

Milium excorticatũ a plerisq; pro
ferculo manducat : ideo τ de eo
nõnulla scribenda sunt nõ inuti-
lia. Dicamus ergo cũ Auerroi in
v.colliget.c.de ciceribus.q sic ait.Miliũ fri
gidũ est τ siccũ ventrẽ cõstipat τ est pauci nu
trimenti:τ hoc idẽ facit panicũ τc̃. Qd etiã
sensit Isaac in particularibus dietis dicẽs.
Miliũ frigidũ est in primo gradu τ siccũ in
secũdo. Qd testatur lenitas eius τ cõcauitas
viscositatis vnctuositatisq; absentia . Et iõ
nutrit minus q̃ cetera grana. Ex quib9 pa-
tet sit:sanguinẽ minimũ nec laudabilẽ gene
rat:tamẽ siccitatis sue gratia cõfortatiuũ sto
machi est aliorũq; mẽbrorũ corporis:pinde
τ ventrẽ constipat.τ vt Diascorides inquit.
Miliũ diureticũ est τ assatũ ad torsionẽ do-
lorẽq; ventris calidũ superpositũ valet:cau-
sa autẽ nutrimẽti minimi est siccitas ei9. Nõ
ab eis igitur accipiendum est q carnes suas
augmẽtari τ pinguescere volũt.Nec ab eis q
laudabilẽ sanguinẽ suo corpori cupiunt ge-
nerari: sed eis solũmodo quib9 stomachi re-
frigeratio ac cõfortatio humorũq; eius su-
perfluorum exiccatio appetit.hec ipe. Hoc
quoq; voluit Almãsor in libro.iij.c.ij. circa
finẽ dicẽs. Panicũ atq; miliũ frigida sũt q
lz parum nutriãt vẽtrẽ τ carnẽ stringũt .τ in
xxij.continentis.c. cccvlij. dixit auctoritate
Gal.in.vj.simplicium. Miliũ est de genere
leguminũ habẽs figurã similẽ figure panici
τ virtutẽ ad modũ virtutis eius tñ nutrimẽ
tũ ipsius est modicũ desiccatiuum. Et iõ cõ
stipat ventrẽ ad modũ panici: τ si cuz eo em
plastrũ fit extrinsecus infrigidat τ desiccat. τ
auctoritate Diascoridis inquit. q minoris
sit digestiõis q̃ panicum. τ deĩde subiũxit.
dixit Paulus in tractatu.vij. Alum9 id est
milium assimilat panico habẽs virtutẽ desic
catiuã τ infrigidatiuaz qd si ponit in empla
stro extrinsecus desiccat humectationẽ ven
tris.Et dixit in libro ciboz.miliũ assimilat
in cõplexione panico τ est frigidũ τ siccũ in
pmo rotũdum τ duruz difficili9 in digestio-
ne panico.Dixit etiã Gal.de ipso licet Ra-
sis nõ dicat in lib.de subtiliãte dieta.c.vij.
Meluia miliũ τ elic9 τ qcqd tale nõ sunt eu
chimia τ sunt inflatiua τ digestibilia siccant
autẽ satis τ hec vẽtris fluxiões.et in li.vj.de
simpli.medicinis.c.xxviij.dixit.q ei9 nutri-
mẽtũ est paucũ desiccatiuũ q̃propter strigit
ventrẽ sicut panicũ τc̃. Verũñ meli9 est pa-
nicum milio ad oĩa τ delectabili9 ad esum τ
indigestibile minus τ min9 stringit ventrẽ τ
magis nutrit:teste eodẽ in primo alimẽtoz.
c.x.Ex quib9 patere potest qualis sit panis
factus ex farina milij: quantũq; sit eius nu-
trimentum:quo quandoq; nobiles etiam de
lectari cõsueuerunt postponentes similagi-
neum panẽ cõsuetum laudabilissimũ:rarissi
me itaq; aut potius nunq̃ nostro cõsilio ta-

lem facient ꝑmutationē ne sicce complexio-
nis fuerint ⁊ stiptici precipue sicciores ⁊ sti-
pticiores fiant ⁊ permaxime si colicā pati cō
sueuerint ⁊ hmōi ferculū similiter ex eos fa-
ctum suspectū habeant ⁊ ipso aut ꝙ̄ rarissi-
me aut nunꝙ̄ quod melius est vt diximus
vtantur. Quare ⁊c̄.

¶ Cap̄. clxix. ońdit naturā ⁊ ꝓprietates or-
dei ꝑ quāto in via cibi venit ⁊ nutrimenti.

ORdeum ⁊ res ordeacee licet vt
plurimū ad egritudines ⁊ ad
earū curationē veniāt ad sani-
tatē quoqꝫ cōseruādā nō pa-
rū facere videnꝭ vt ex dicēdis
apparebit. Et ꝓpterea hoc in loco nō extra
proposituū dicemus de ipo ⁊ de eius comple
xiōe. Primo cū Haliabate in. v. theorice. c.
xv. sic dicente. Ordeū cōplexione frigidum
est in primo gradu ⁊ siccū in. ij. Scd̄m tamen
alios ad tantā non peruenit siccitatem cum
dicat Auicē. in secūdo canonis. c. cccccxliiij.
Ordeum est frigidum ⁊ siccum in primo ⁊ in
ipso est abstersio ⁊ eius nutrimentū minꝰ est
nutrimento tritici cuius aqua est infrigidati
ua ⁊ humectatiua febriū ⁊c̄. Isaac etiam in
particularibus dietis sic inquit. Ordeū fri-
gidū est ⁊ siccū in primo gradu virtutē mūdi
ficatiuam habet et excolatiuā ⁊ fabe simili-
ter plus tamen ꝙ̄ faba exiccat ⁊ ꝓpterea nu-
trimētū eius ab inflatione est liberū: fabarū
vero non similiter plus enim ordeo nutriunt
accidentaliter ⁊ nō naturaliter. Unde Gal.
ordeū ceteris granis nutribiliꝰ est. Ruffus
vero triticū inquit ⁊ ordeum sunt nutribilio-
ra ceteris ⁊ laudabiliora. Nutribilius tamen
est triticū nec arbitreris horū disputationes
sibi esse contrarias. Gal. eñ dixit accidenta
liter. Ruffus vero substantialiter ac naturali-
ter: verbi gratia: si nutrimentū risi ordeo pre
ponamus: vnde ordeū nutribiliꝰ inuenitur
plus enim substātie ⁊ medulle habet. Si vero
preponamꝰ risi vnde accidentaliter inueni-
mus risi maioris esse nutrimenti ꝓpter gros
situdinem suā ⁊ morā in stomacho longiorē
ordeū accidentaliter minus nutribile vide-
tur propter digestionē citā ⁊ facilem ⁊ a mē-
bris dissolutionem. Et subdit post aliqua.
Elixatur enim ordeum in aqua deinde assa-
tur inde farina facta cum zuccaro conficitur
sic in estiuo tempore ad stomachi refrigeriū
⁊ epatis valet: ⁊ sitim aufert cū aqua tempe-
ratum siue coctū ⁊ cū cocleario edaꝭ siue ali-
quātulū liquidū vt si cū mulsa bibatur inde
fit etiā ptisanū hoc modo confligatur ordeū
vt possit cortex auferri ⁊ mēsura sumaꝭ ordei
vna ⁊ aque decem ⁊ tam diu coquaꝭ donec
redigatur ad vnaꝫ: deinde coleꝭ ⁊ potui de-
tur: hic valet ad sanitatem custodiendā cor-
pusqꝫ humectandū: si etiam refrigerij plus
ex eo appetatur aceti parū admisceaꝭ ⁊ si ca
lide nature fuerit parū addatur seminis pa
pauerꝭs albi: ptisanum eñ hoc sanū est cere
bro visum clarificat ⁊ perfectissimū in eorū
corpore sanguinē generat nec minus ꝙ̄ pa-
nis nutrit. Hoc eñ ptisanuꝫ sanis est dādū.
Infirmis vero diuersis modis est dandū pro-
ut vnicuiqꝫ expedit infirmitati cū māna aut
melle violato si laxatiuū ⁊ refrigeratiuū. Si
vero ꝓpter opilationes cū radicibus feniculi
apij ⁊c̄. hec ipse. Ex q̇bus apparet ꝙ sanis ⁊
egris ptisana cōueniat in estate ⁊ calidis pre
cipue. Que fuit etiā Almansoris sn̄ia in. iij.
c. ij. dicentis. Ordeum equalitati est propiu
quū licet frigiditati attineat cuius nutrimē-
tum tritici comparatione est paruum: est eñ
inflatiuū ⁊ infrigidatiuum: solitos aūt ven-
tositatem ac egritudines frigidas ⁊ colicaꝫ
pati īpedit: calefactis vero ⁊ qui carniū vo-
lunt adipisci minorationem cōfert: sangui-
nē vero colere nigre vicinū generat. Qd̄ si ita
est falsuꝫ videtur quod inq̇t Auerrois in. v.
colliget. c. de complexionibus ciborū cū ait.
Panis qui fit ex ordeo ſm modū qui fit ex
frumento sequitur bonitatem panis tritici
nisi quia parum declinat ad frigus: de ptisa
na vero non est dubiū cum ipsum omnes ap-
probent: vt patet per Gal. in secūdo de sim-
plici medicina distinctione. ij. c. vij. ꝙ ptisa-
na ordei ⁊ ptisana candarusij ⁊ lac ⁊ panis
ablutus generat in corporibus humorē lau
dabilem. ⁊ in secundo terapeutice. c. ij. Opti
mus quidē est ptisane succus diligentissime
decocte. ⁊ in lib. de euchimia. c. iiij. sic etiā
de ipsa scripsit. Inculpabilissimū omnium

cibariorum ad euchimiam ꝛ ad sanitatis cu
stodiam est ptisana bñ preparata ꝛc. Quātū
ꝟo īfirmis cōferat ꝛ ꝑmaxime patiētibꝰ acu
tas appet ꝑ Hipocratē in.j.regiminis acu-
torū.textu comenti.xviij. dicentem. Ptisa-
na ordeacea merito me iudice super omē de
grano factū cibariū in passionibꝰ acutis ex-
cellentissimū habet: eiqꝫ qui eā in primū ac
precipuū oibus alijs pretulit collaudādo as
sentio. Primū quippe: qr vtilis viscosa est ꝛ
lenis iunctaqꝫ ꝛ mollis: necnō ꝛ lubrica tem
peratāqꝫ habens humiditatē: sitimqꝫ extin-
guit ꝛc. De aqua ordei etiā plurimū lauda-
ta nihil ad presens dicemus cum proposito
libri huius minime cōpetere videatur.

¶ Capitulū.clxx.ostendit naturā ꝛ ꝓprieta
tes papaueris: vt via cibi vtit a quibusdā.

Papauer apud nos solūmodo
ꝑ medicina somnifera habet:
apud quosdā ꝟo pro cibo qui
pro ferculo sicut nos panicuꝫ
comedere consueuerūt in quā-
titate etiā nō modica: sicut ab excellētissimo
preceptore nostro fide omni dignissimo sepe
numero intelleximus qui in quibusdā mōti
bus papauer nigrū tāqꝫ far esset a nōnullis
māducari se vidisse: nobis discipulis assere-
bat: neqꝫ vllā ex illius comestione lesionē ꝑ-
cipiebāt: qd̓ ipe ꝛ nos simul cū eo sumꝰ plu-
rimū admirati: cuꝫ dicat Auicē. in.iiij.j. c.j.
Si tibi necesse fuerit stuporem inducere non
trāscendas tale quale est papauer albū: qm̄
cū suo stupore est etiā domesticū.ꝛ in.ij.cañ.
sio ⁊ subtiliatio maturat carbūculos ⁊ decoctio ipsius cōfert apostematibꝰ gutturis sicut nocet apostematibꝰ epatis ⁊ splenis propter suā dulcedinē: ⁊ qñ apostema est durū nō nocet neq̄ confert: verūtamē si cōiūgat cū subtiliatiuis ⁊ resoluētibus cōfert valde ⁊ ꝯfert aspitati gutturis ⁊ est ꝯueniēs pectori ⁊ cāne pulmonis ⁊ vinū eiꝰ cōfert tussi antique ⁊ doloribus pectoris ⁊ apostematibꝰ cāne pulmonis ⁊ nō est mala stomacho sicut humida imo qñ comedit cū almuri mūdificat supfluitates stomachi. Et post pauca subiūxit. Et administratio ipsiꝰ cū ieiuniū adest est mirabilis iuuamēti in apiendo vias cibi ⁊ ꝓprie cū nuce ⁊ amigdalā cū tamē eiꝰ nutrimentū cū nuce sit plus q̄ cū amigdala. Et si comedat cū ingrossatiuis fit eius nocumētū tūc maximū ⁊c. Idē etiā sensit Isaac in p̄ria doc. cū inq̄t. Sicca v̄o ficus calida est in secūdo gradu sicca in medio p̄mi: vt etiam dixit Haliabas in q̄nto Theorice. c. xix. Quā ob rem calefacit ⁊ sitim creat ⁊ in colericos mutatur hūores: ceteris tñ fructibꝰ nutribilior est ⁊ minus inflatiōs hꝫ: ⁊ si supfluos hūores in stomacho inueniat dura fit ad digerēdū ⁊ ad corruptionē mutat ⁊ inflationē ventositatēq̄ generat ⁊ pessimū sanguinē: in superficie aūt corporis pediculos creat. Si autē hūores mūdificatos inueniat bene digeritur ⁊ sanguinē laudabilē facit corpusq̄ mūdificat ab hūoribus malis: vrinā ꝓuocat pectusq̄ putrificat: pulmonē renes atq̄ vesicā ab hūoribus grossis nō tñ ab inflatione ⁊ vētositate libera est. Qui ergo noxietates vult vitare ieiunus accipiat: ⁊ post illā calamētū manducet aut ameos aut piper ⁊ similia. Colericꝰ v̄o post illā oxizacarā accipiat. Qui aūt maioris cā nutrimēti eas velit accipere vel iō vt sanguinē laudabiliorē generet nuces cū eis ⁊ simł cū amigdalis admisceat. Item ſm medicinā valet si cū Isopo coquatur pectus pulmonēq̄ mūdat ⁊ tussim diuturnā eneruat ⁊c. Hec quoq̄ fuit Rasis sententia in. iij. Almāsoris. c. xx. dicētis. Ficꝰ sicce multū nutriūt ⁊ calefaciūt quarū multus vsus pruritū ⁊ pediculos creat vētrē quoq̄ leniūt qñ ante cibū comedunt. Et in. xxj. cōtinentis. c. clxxv. auctoritate Diascoridis inquit. ꝙ sicce ficus cōglutināt: calefaciūt: inducūt sitim: laxant ventrē: ⁊ nō cōueniūt fluxui reumatis descēdētis ad stomachū vel ad intestina ⁊ cōferūt gutturi ⁊ cānalibꝰ pulmonis: vesice: renibus asmati: squināntie: hidropisi ⁊ similibus. Et lꝫ dictū sit ꝙ renibus cōferāt intelligēdū est sanis ⁊ nō vlceratis: qm̄ vt Princeps voluit in. xviij. tertij tractatu scd̄o. c. xij. Ficus sicce male sūt ad vlcera abstergentes ea ⁊ sclapelātes ipsa propterea ꝙ ī ipsis est lacticiniū occultū. Gal. quoq̄ eas multū laudauit in secūdo alimētoꝝ. c. vij. cū ait. Ficus sicce subtiliatiuā ⁊ incisiuā habēt virtutē: ⁊ ideo earū oblatio est ꝓficua: nō solū humores grossos habētibus: sed ⁊ sanis aptos eīn faciūt eos esse q̄ ꝑ epar exitus alimentū nō solū egris: sed ⁊ sanis securissimū verūtamē quicūq̄ cū aliquo ingrossantium edulioꝝ comedunt eas non parū leduntur. ⁊ in libro de euchimia dixit. ꝙ cū nucibus sicce ficus comeste optimus est cibꝰ ⁊ similiter cū amigdalis: q̄re hic duo in ip̄arū comestione obseruentur: ⁊ tertiū ꝙ ante cibum mādu centur ⁊ nō in multa quātitate ⁊c.

Cap. cxcvij. ostēdit naturā ⁊ proprietates iuuamētaq̄ granatoꝝ ⁊ specierū eorum.

GRanatū dulce: vt p̄iceps ait in scd̄o canōis. c. cccxvij. frigidū est ad primum ⁊ hūidū in ipso ⁊ acetosum est frigidū ⁊ siccum in secundo. Et acetosum reprimit coleram ⁊ prohibet cursum superfluitatum ad viscera ⁊ proprie vinū eius. Et in omnibus speciebus eius vsq̄ ad acetosum est abstersio cū stipticitate. Et dulce q̄dem lenificat naturam ⁊ totū ipsius est parui nutrimenti: sed est bonū. Muzū v̄o quandoq̄ est magis iuuatiuū stomacho q̄ poma ⁊ citonia: sed eius granū est malū acetosum exasperat pectus: ⁊ dulce lenit ipsum ⁊ confortat pectus et confert tremori cordis ⁊ abstergit os stomachi. Et muzū confert inflammationi stomachi ⁊ dulce est conueniens stomacho propter illud quod est in ipso de stipticitate subtili ⁊ acetosum nocet stomacho ⁊ cū hoc grana grauati sunt mala stomacho

⁊ melius est vt sugat febriens de ipso post ci
bum suum ⁊ ꝓhibeat eleuationē vaporū q̄
vt premittat ip̄m ⁊ subleuentur materie ab
inferioribus. Acetosum ⁊ dulce ꝓuocant vri
nam licet magis acetosum q̄uis etiā magis
noceat stomacho ⁊ intestinis. Et granatum
muzum cōfert febribus acutis ⁊ inflāmatio
ni stomachi. Sȝ dulce multotiens nocet acu
tas habentibus febres: ⁊ ideo in prima q̄rti
tractatu. ij. c. xxxix. sic princeps ait. Fructus
qui diliguntur febricitanti febre colerica sūt
granata dulcia ⁊ muza ⁊ pruna ⁊c̄. Cuius ra
tio est: q: vt inquit Auerrois in. vij. colliget.
c. de sincopi. in granis granatoꝝ proprietas
reperitur resistendi putrefactioni ⁊ vt cibus
vt in fumositatibus malis conuerti minime
possit. Que etiaȝ fuit Rasis sententia in ter
tio Almansoris. c. xx. dicentis. Mala grana
ta dulcia nō īfrigidāt: sȝ inflāmationē ⁊ sitiȝ
faciūt atq̄ guttᷓ leniūt. Acetosa ṽo pectoris
asperitatē faciūt stōachū ⁊ epar infrigidāt:
epar tamen proprie q̄ colere ac sanguinis ca
lorem extinguentia febrem reprimunt ⁊ vo-
mitū. ⁊ in libro quarto suorū afforismorū sic
idem ait. Mala granata dulcia lenia bonos
humores generant ⁊ expellunt humores pu
tridos ab orificio stomachi: mouent appeti-
tum comedendi: ⁊ eorum acetosa stomacho
nociua sunt ex proprietate. Et in libro. xxij.
continentis dixit auctoritate Diascoridis.
Omne granatum est boni chimi bonum sto-
macho modici nutrimenti. Sed granatum
dulce generat caliditatem modicā in stoma-
cho ⁊ inflāmationem: ⁊ ideo non valet ad ca
lidas personas tamen acidum cōfert stoma
cho inflammato ⁊ magis prouocat vrinam
q̄ aliud granatum ⁊ est vehementioris stipti
citatis in tantū q̄ etiam granatorum acido
rum si ponuntur in cibarijs prohibent sup-
fluitates ne veniant ad stomachum ⁊ intesti
na: ⁊ decoctio ipsius confert vlceri intestino
rum ⁊ emanationi humiditatum antiquarū
a matrice. Idem quoq̄ voluit Haliabas in
v. Theorice. c. xix. dicens. Granatum com-
plexionis est frigide ⁊ quod acerbum est for
tis est frigoris humiditatis temperate ⁊ sic-
citatis coleraȝ hic reprimit: stomachum cō-
fortat ⁊ epar calidum: vomitum sedat ⁊ ma-
terias prohibet ne ad ventrem fluant cole-
ricas. Dulce autem inter calidum ⁊ frigidū
temperatum est ⁊ humidā habet complexio
nem tussimq̄ que est ex calore mitigat ⁊ ge-
nerat in stomacho frigido ventositatem. Ex
quibus satis liquet q̄ granata plus in via
medicine q̄ in via cibi reponūtur: ⁊ propter
ea tēpore sanitatis aut nūq̄ aut raro eis vtē
duȝ est ⁊ ꝑcipue acidis nisi gratia extinctio
nis caliditatis stomachi vel epatis ⁊c̄. Et q̄
ita sit patet p Gal. in. ij. de alimentis. c. xxij.
sic dicentē. Alimentum aūt corpori exhibēt
quidē granata oīno modicum qua re nunq̄
ip̄is vt alimento vtimur: sed in farmaci par
te solum ⁊c̄.

¶ Capitulū. cxcviij. ostendit naturam ⁊ iu-
uamenta iuiubarum in via nutrimenti non
facere ad sanitatem.

IUiube meliores: teste Auicē. i
scdo canōis. c. ccclxxiij. sūt ma-
iores earum que frigide sunt in
primo equales in siccitate ⁊ hu
miditate ⁊ sunt declinantes pa
rum ad humiditatem conferunt acuitati san
guinis calidi: ⁊ extimo q̄ illud sit propterea
q̄ ingrossant sanguinem ⁊ viscosum faciant
ipsum: ⁊ illorum existimatio qui putant q̄
ipse clarificent sanguinē ⁊ lauent eum est exi
stimatio corrupta ad quā ego non declino ⁊
nutrimentū earū ⁊ digestio sunt difficilia. et
sermo q̄dē bonꝰ in eis est ille quē dixit Gal.
Non reperi iuiubas in conseruanda sanita-
te ⁊ remouenda egritudine aliquid operan-
tes: sed reperi eas difficilis digestiōis ⁊ pau
ci nutrimenti: conferunt pectori ⁊ pulmoni:
sunt male stomacho ⁊ difficilis digestionis.
Qd similiter voluit in particularibus dietis
inquit. Iuiube calide sunt ⁊ humide in p̄mo
gradu parū nutriūt ⁊ sunt difficiles ad dige
rēdū stomachoq̄ nociue ⁊ sanguinis flegma
tici gn̄atiue. Que tamē cū sunt pōtice ⁊ ima
ture sanguinis acumē extinguūt ⁊ si ad ma-
turatiōis tēpus puenerint pectoris ac pul-
monis aspitatē hūectāt. Vñ Gal. iuiube nec
sanos custodiūt nec sanitatē egris restaurāt.
Rasis ṽo de eis sic dixit in tertio Almāso-

ris.c.xx. Iuiube in caliditate sunt tēperate ꝛ sūt bone gutturi ꝛ pectoꝛi: sanguinis quoqꝫ acuitatē parūper extinguūt. ꝛ in li.iiij. suoꝝ affoꝛismoꝝ sic inquit. Iuiube ardoꝛē sanguinis extinguūt: colerā expellūt: hūiditates tēperāt: ꝛ maxime recentes ꝛ mature. Et dixit Cratin ꝙ est mirabilis earum natura. Et in xxj. cōtinentis. c.cccccxvij. dixit auctoꝛitate Bimasui ꝙ iuiube calide sunt ꝛ hūide in primo ꝛ cū ꝓprietate earū deponūt acuitatem sanguinis colerici conferunt pectoꝛi ꝛ pulmoni: tñ male sunt stomacho. Et inqt Gal. in lib. nutrimēti ꝙ nutrimētū ipsarū est modicū ꝛ ipsarū digestio est difficilis ꝛ generant flegma: vt etiā retulit Serapio auctoꝛitate eiusdē in loco allegato. Et ꝓpterea sapiētū medicoꝛū cōsilio vtamur ꝛ ipsas postponamus si nostrā cupim⁹ cōseruare sanitatē eo quia parū nutriūt: ꝛ qꝛ id minimū nutrimētū ipsarū est malū ꝛ flegmaticū: oīno ab his qui frigide fuerint cōplexionis ꝛ frigidi stomachi fugiendum.

¶ Cap.cxcix. ponit naturā ꝓprietates ꝛ iuuamenta limonū ꝛ arancioꝛū.

De his duobus in vno capitulo scribēdū esse iudicauim⁹ cū eoꝛū nature operationes ꝛ proprietates similes existāt pariterqꝫ ad mensas nobilium veniant. De quoꝝ primis dicem⁹ cum auctoꝛe pandectarū sic primo de limōcello scribēte. Limōcellū oībus est notū cui⁹ odoꝛ confoꝛtat coꝛ ꝛ eius acetositas est frigida ꝛ sicca et valet sirupus ex ea fact⁹ ad febꝛes pestilētiales. deinde dixit de limone. Limō fruct⁹ pulcher odoꝛat⁹ plen⁹ succo acetoso valde apto salsamentis ꝛ ipse etiam comedit̃ sale cōditus: nusqꝫ memini de ipo legisse apud auctorem autēticū nisi apud Auicē. in quarto canone ī cura febꝛiū acutarū in generali vbi iubet dare aquā acetositatis limōis nō saliti. Qd etiā ꝑcise Michael noster inqt verū ipse addidit vt existimo totū absolute dicēdū frigidū ꝛ hūidū vsqꝫ ad scdm ꝛc. Cuius existimatiōē nolum⁹ repꝛobare cū primo: vt Chilom ait. Nō sit maledicēdum alioqn auditu

ros q̄ nō meroꝛe cōficiāt. Sed tātū qd de cōplexione hoꝝ fructuū: salua semꝑ vniuscuiusqꝫ reuerētia sentiam⁹ bꝛeuiter explicabimus ea functi auctoꝛitate q̄ anno etatis nře vigesimo ꝑ clarissimos collegij nři pꝛofessores nobis fuit pꝛo sua in oēs hūanitate concessa dicētes. ꝙ limonū succus frigid⁹ sit supꝛa scdm qualitercūqꝫ ipm volueris denoīare acetosum. s. aut stipticū aut ponticū vel ex his cōmixtū. Nullū em̄. viij. sapoꝛū poteris ei magis q̄ȝ aliquē istoꝛū appꝛopꝛiare vt ptȝ discurrēdo. Si dixeris eū acetosum reponemus ipm frigidū esse ꝛ siccū in secūdo ꝛ dicemus ꝙ eius humoꝛ sit subtilis penetrabilis humoꝛes grossos incidens: ꝛ appetitum ꝓstratū excitans iuxta sentētiā Isaac in. v. d.c.iiij. dicentis. Acetosus sapoꝛ frigiditatē in secūdo gradu esse denūciat: qꝛ hūoꝛes sui substātiales sunt subtiles ꝛ penetrabiles et partim terrestres iō ꝑfoꝛat ꝛ incidit grossos hūoꝛes ꝛ appetitū cōmouet. que fuit etiam Gal. determinatio in q̄rto de simplici medicina distinctione. ij.c.iiij. Si vo dixeris succū limonū stipticū esse aut pōticū qđ est magis verisimile ꝛ nos ꝓnunciabim⁹ eū frigidū esse in tertio aut in pꝛincipio eius: dicēte Isaac in loco allegato. Ponticitatis hūores sunt pure terrestres ꝛ frigidi similiter et sicci tantū qđ necesse est vt in fine tertij gradus sint vicini: vñ ꝛ sua nutrimēta sunt paruissima ꝛ grossos humoꝛes faciētia ꝛ subtili diete illaudabilia ꝛc. Si aūt stipticū dices ꝛ frigidū in. iij. ꝛ siccū habebis ipm collocare vt oēs voluerūt antiqui. dixit em̄ Gal. i. iiij. de simplici medicina distin. vj. Qđ coꝛpus stipticū denudatū ex reliquis sapoꝛib⁹ apđ sensuȝ inuenis semꝑ ꝑ experimētū infrigidare. Quā cū habeat cōplexionē infrigidat coꝛp⁹ humanū ꝛ desiccat: carniū quoqꝫ ac sanguinis minoꝛationem faciet si q̄s eo multotiens vtatur stomachū quoqꝫ cōfoꝛtat ac vētrē ꝑm plurimū cōstringit ꝛ sanguinē generat melācolicū: vt etiā scripsit Almansoꝛ in. iij. Et si cōpositum ex dictis sapoꝛibus dixeris compositas habebit operatiōes ex illis resultātes quibus autē in fine scdi aut in tertij frigidū habebis ꝓnūciare ꝛ desiccatiuū. Et ꝓpterea non via cibi sed via potius cōdimen-

ti limonibus et limoncellis erit vtenduz:nec etiã ab oibus:sed ab his tantũ qui calidum et non appetentem stomachum habuerint. Quare etc. De arancijs vero pandectarum auctor sic inquit. De citrangulo nunꝗ mentionem reperi:nisi in.v. canonis et in antidotario Damasceni. Nobis autẽ videtur ꝙ Gal. in.ij.de alimẽtis.c.xv.de cedrorũ fructu fecerit mentionẽ. Quiquidẽ fructus non citrũ vt patet primo per eundem facientẽ.c.xxxv. de citro. Patet etiã per seriẽ verborum eius que est talis. Cedrias nominãt fructum cedri similes quidez entes archeutidibus ſm colorẽ ac figuram: etem̃ subruffe et rotunde sunt differentes autẽ dirimitate:id est pungitiuitate:scʒ a limonibus:magis em̃ limones pungunt ꝙ arancie:vt docet experiẽtia. Et ꝑpterea dicebat Michael noster. debet eligi arancia ponderosa et minus acetosa: qꝛ minus stomachũ ledunt.et post aliqua subdit. Caro vero eorum cõfert stomacho calido colerico:et reprimit acuitatẽ colere nocet tamẽ plurimum stomacho frigido sicut cortex eius maxime confectus cũ zuccaro cõfortat eum:pro his tñ qui ea non cognoscunt et ab acetosis in stomacho leduntur. Sciendũ ꝙ melius est vt ipsa non comedãt: q̃ tñ si oĩno desideraret rubicũdiora saltẽ et leuia corticẽ grossum habentia sibi emant:qm̃ hec maturiora et dulciora minusꝗ nociua existunt. Et de eis in modica sumant quãtitate cũ ipossibile sit vt omnimoda careat acetositate stomacho plurimũ inimica dicente Gal. vbi supra. Cõmune est oĩm pũgitiuorũ modicum dare corpori nutrimentuz: qꝛ palam succus eius mordicatiuus est satis stomachi et grauatiuus capitis:nisi aliquis valde parũ ipʒ offerat. quare etc.

¶ Capitulum.cc.ostendit naturam et ꝓprietates mespilorum cum iuuamentis et nocumentis eorum.

Mespila aut ſm vulgares nespila frigida sunt et sicca in primo gradu:teste Isaac in particularibus dietis.et ꝓprietatẽ habet stomachum confortandi:colericã egestionẽ ac vomitum auferunt: vrinam ꝓuocant: et magis pertinent ad medicinã ꝙ ad cibũ. parũ em̃ nutriunt et grossos faciunt chimos et meliora sunt ante cibum ꝙ post. et ſm Auicen. in ij.canonis.c.cccccccclvij.sunt mala siluestria et sunt saporis põtici et stiptica vincentia coleram et retinentia cursum:id est fluxũ: plus omni fructu faciũt soda:et sunt mala stomacho et stringunt et retinent vrinam. Sic quoꝗ a Serapione scribitur.zaror est arbor spinosa:cuius vna pars vocatur mespilũ et habet fructũ paruũ similẽ malis paruis bonũ ad comedendũ:et est stipticus bonus stomacho:et cũ comedit retinet ventrẽ et tarde maturatur. Que fuit etiã Gal. snia in.ij.alimẽtorũ.c.xxiij.dicentis. Fructus mespili est stipticus stipticitate forti:et in folijs et in summitatibus est stipticitas. Virtus eius est frigida palã:qm̃ taliũ oĩm parũ comedere conuenit nõ vt ficuũ aut vuarũ copiose:neꝗ em̃ vt alimẽto:sed vt medicinis ipsis indigem⁹ magis.et in.vij.de simplici medicina.c. Mespilũ ſm translationẽ grecã quidã tricoctum nominãt eo ꝙ tria habet ossula oĩa itra se. et post aliqua subdit. Stipticus aũt sufficiẽter est fructus hui⁹ arboris:et vix esibilis et recẽtiuus sufficiẽter est ventris et in germinibus eius et folijs stiptica qualitas est nõ pauca. Diascorides quoꝗ ſm trãslationẽ grecã. sic inquit de eo. Mespilũ semẽ habet rotunduz fructũ minimũ matiano similez tria ossa habens:vnde tricoctũ dr stipticũ est eustomachũ ventrẽ abstinet et tarde maturescit. a quo sumpsit Rasis cũ in.iij. Almãsoris.c. xx.de eis ait. Frigida sunt et sicca q̃ ventrẽ strigũt et colerã reprimũt rubeã et vomitũ abstinent etc.et subdit. Et que ex eis sunt dulcia adhuc sunt debiliora. Ex q̃bus patet ꝙ reb⁹ hmõi nõ est vtendũ:nisi gratia medicine et nõ rõne nutrimenti. vt per Gal. apparet vbi supra. et in libro de euchimia et cachochimia. c. v. sic dicente. Pomis et piris et mespilis non vt cibis:sed vt farmacijs indigemus ad robur stomachi atꝗ ventris: et difficilis sunt digestionis:et ideo in parua sumantur quantitate et raro:necnon ab habentibus stomachum calidum colerizantem et huiusmodi: ab alijs vero minime.

De natura ⁊ proprietate mororum.

¶ Capitulū.ccj.ostendit naturā ꝓprietates et iuuamenta mororum in via cibi.

Morum dulce: vt prīceps ait in.ij. canōis: currit ꝑm semitā ficus in maturatione: sed est deterioris nutrimenti ⁊ minoris ⁊ siccioris et magis destruēs sanguinē: ⁊ deterius stomacho: in reliquis vō ficus dispositiones habet: est tñ infertus ea: dulce est calidū ⁊ humidū: ⁊ acetosum est ad frigiditatē decliue: ⁊ in ipo est frigiditas ⁊ īfrigidatio. Et infra inqt. Morū est malū stomacho: corrūpitur eñ in eo velociter nō nocet: ⁊ oportet quidē vt comedant oēs species eius ante cibū: ⁊ recipiātur in stomacho in quo nō fit corruptio. Illud vō de seni nō nocet stomacho colerico ⁊ nō est in ipso de mala cōueniētia stomacho qd̄ est in alijs: ꝗ̄uis sit in ipo malitia: ⁊ non est nausea in ipso ⁊ nutrimentū eius est paruum: ⁊ facit appetitū cibi ⁊ facit ipm lubricū: ⁊ extrahit ipm velociter ⁊ oīno descēsus eius a stomacho fit velociter: sed eius descēsus ex intestinis est tardus ⁊ solutio mori est plurima: ⁊ ꝓpter hoc in moro quidez dulci est velocitas descēsionis: aut ꝓpter suam humiditatē: aut ꝓpter acredinez ei admixtam. Et in oībus quidē speciebus mori est ꝓuocatio vrine. Isaac vō in particularibus dietis.c.proprio sic de eis scripsit. Mora celsi duobus modis sunt: aut cruda: aut acria nō matura: aut matura perfecte dulcia: acria et nō matura sunt frigida ⁊ sicca: vim habent stipticā cōfortatiuā stomachi ⁊ intestinorum ⁊ ventrē cōstipant: ⁊ ꝓpterea hmōi valēt ad diariā ⁊ dissinteriā: maxime si de colera sint matura ⁊ dulcia ad calorē pertinēt ⁊ ad humiditatē: plus autē ad humiditatē: q̄ ex stomacho eijciuntur cito ventrem humectant: vrinā ꝓuocant. Si tñ cibū in stomacho ante se acceptū inuenerint ⁊ eis obsistentibus cōmorātur in corruptionē conuertuntur ⁊ stomacho nocent ac capiti. Si autez stomachū vacantē inuenerint bene digeruntur: sed modicū nutriunt ieiunis accepta ⁊ refrigerata in aqua frigida: aut ī niue refrigeratiua sunt valde: sitim auferunt ⁊ intēsionē caloris extinguūt ⁊c̄. Hec etiā fuit Rasis sententia in iij. Almansoris.c.xx. dicentis. Mora q̄ sunt dulcia in caliditate sunt tēperata ⁊ in stomacho fastidium faciunt. Acetosa vō frigida sunt que ⁊ ventrē continent ⁊ sanguinē fortiter reprimunt. Et in libro.xxj. continētis. c. clxxj. auctoritate Diascoridis similiter ait. ꝙ laxant ventrē ⁊ cito corrūpuntur in stomacho. ⁊ auctoritate Gal̄. in. vij. subiūxit. Fructus celsi maturus laxat ventrē: cū est acerbus ⁊ desiccatus stringit fortiter ventrem ⁊ valet contra dissinteriā ⁊ oēs spēs fluxus. Et ait in libro dietaruz. cū comeduntur celsi ante comestionē ⁊ inueniant stomachū mundificatū velociter descendunt a stomacho: ⁊ reddunt facilē descensum aliorū ciboꝝ: et cū comeduntur post cibum ⁊ in stomacho sunt mali humores velociter corrūpuntur et nocent magno noumento: ⁊ sicca mora vel desiccata: sunt medicina dissinterie ⁊ fluxus cronici ⁊ velocitas descensionis ipsorū cū sunt maturi: potest esse ꝓpter humiditatē ⁊ viscositatē sue substātie: aut ꝓpter qualitatē permixtā eis habentē superfluitatē acutam laxantē ventrem. ⁊ subdit. Et quādo celsi non corrūpuntur in stomacho ꝓculdubio humectant ⁊ non infrigidāt nisi fuerint infrigidati: ⁊ eorum nutrimentū est paucū sicut melonum: sed non sunt mali stomacho ⁊ nō vomitum mouēt sicut melones. Postremo dixit auctoritate eiusdē in libro chimorū: ꝙ cum celsi descendunt a stomacho priusꝗ̄ corrumpantur non oīno faciunt malam operationē nisi multiplicetur iporum esus. Ex quibus patet ꝙ raro ⁊ nō nisi ab habentibus stomachum mundū: mora sint mādu cāda. ⁊ ꝙ ita sit apparet etiā per Haliabatē in. v. theorice c. xix. sic dicentē. Mora frigide sunt complexionis in primo gradu. in scd̄o vō humide que bene matura sunt: ventrez molliunt: immatura autē stringunt eorūꝗ̄ cōplexio frigida est ⁊ sicca: ⁊ si quis mora stomacho purgato comederit ⁊ vacuo cito ab eo descēdūt vrinam ꝓuocāt: ⁊ humorē generāt bonum. Si sit autē mala in stomacho superfluitas cito corrumpuntur ⁊ humorē reprobum generant: ideo ante cibū comedēda sunt. hec ipe. Qd̄ etiā voluit Gal̄. vbi supra. ⁊ in libro de dissolutione continua: vt in. c. de crisomillis

annotauimus. quare ꝛc.

¶ Cap.ccij.oñdit naturā ꝓprietates ꝛ nutrimentū nucū vſualiū cū ſuis nocumentis.

NUces calide ſunt ꝛ ſicce: ꝛ ꝓuocāt vomitū ꝛ laxāt ventrē: teſte Auerroi in.v.colliget. vbi ſubiūxit. Et dicit ꝙ habēt malā ꝓprietatē ita ꝙ qui vtūtur eis nimis faciūt eis in lingua paraliſim ꝛ comeſte cū ficubus obſtāt veneno loco bezaar ꝛ multū valent ſenibus: ꝛ nocēt illis q̄ timēt paſſiones caloris: ꝛ tempore magni frigoris non ſunt nociue. Quod etiā voluit ꝑnceps in.ij.canonis.c.cccccix.cū dixit. Nux eſt calida cuius tiriaca eſt cū datur calefactis oximel ꝛ habentib⁹ debilē ſtomachū cū muri ꝛ aceto: ꝛ calida eſt in tertio ꝛ ſicca in pricipio ſcdi. Et ei⁹ ſiccitas eſt mior caliditate ipſi⁹ ꝛ in ipſa eſt humiditas groſſa q̄ deletur cū antiquatur. Facit ſoda: eſt difficilis digeſtiōis ꝛ mala ſtomacho ſed nutrita ꝛ recens eſt melior ſtomacho ꝛ minoris nocumenti ꝛ illud qū frangitur a duob⁹ corticib⁹ ſuis: ꝛ nux quidem nutrita cū melle cōfert ſtomacho frigido: dico aūt ꝙ nux nō eſt inconueniens niſi ſtomacho calido tantū facit bothor. Et quādo comedit cū muri ſoluit. Mult⁹ ꝟo vſus eius educit vermes paruos ꝛ aſcarides ꝛ eſt ex eis que cōferūt orbo ꝛ cū ficubus ꝛ ruta comeſta eſt medicina oībus venenis ꝛ ex ea cū cepe ꝛ ſale fit emplaſtrū ſuper morſum canis rabioſi ꝛ reliquorū. ſimiliter Haliabas in.v. Theorice.c.xix.dixit.ꝙ calida eſt ꝛ humida in ſecūdo gradu ꝛ recētis calor eſt modicus humiditas aūt multa. Et poſt aliqua ſubdit. Eſt aūt nucis cib⁹ pauc⁹ que aūt vetus eſt facta comeſtioni nō cōpetit recēs aūt ventrē mollit maxime ſi cū muri comedatur niſi ꝙ capitis dolorem facit ſi nimiū comedatur ſitim etiā ꝓuocat ꝛ in coleram mutat rubeā magis aūt q̄ vetus eſt ꝛ ſi cū ficub⁹ comedatur ꝓdeſt venenoſorū veneno. ꝛ demū cōcludit. Non eſt aūt a nucibus ſanguis generatus malus. a quo ſumpſiſſe videt Iſaac in particularibus dietis cū inquit. Nuces virides ſunt minus ſicce calide tamen ꝛ habēt aliquātulum humiditatis ꝓpter maturitatē imperfectā: vnde parum ſunt ſicce parūq ſtomacho nociue: que ſi a ieiunis comedant cū obſomogaro ꝛ aceto ventrē humectāt: cū ruta aūt manducate ſunt cōtra venenū. Sicce ꝟo ſunt tripliciter: quedā eñ ſunt tēpori producenti eas vicine: quedā remote: ꝛ alie ſunt mediocres: ꝓpinque ſunt humide parū vnctuoſitatis habentes atq quidā ponticitatis in eis eſt que quāto ab eodē elongātur tēpore tanto eorū cōſumitur humiditas eiſq vnctuoſitas dominat q̄ tunc manducate cito in humorē cōuertunt colericū: quib⁹ itaq vetuſtioribus exiſtentibus vnctuoſitate multo magis dominante fit earū ſapor ꝛ vetuſtiſſimū oleū ꝛ cibi naturā augmentant. Cetere ꝟo nuces corporibus nocēt qꝛ difficulter digeruntur ꝛ ſtomacho nocent colericis aſſimilantur humorib⁹ calideq inimicātur tuſſi. ꝛ proſequit deinde. Nuces minus auelanis ſunt nutribiles ꝓpter ſuorū corporū raritatē ꝛ ſue vnctuoſitatis viſcoſitatiſq copiā: vnde villis ſtomachi ſemper ſunt contrarie niſi tamen ſtomachū inueniant tēperatū: aut tantū habentē frigiditatis quantū caloris nūc repugnare valet. Idcirco tali fiūt ſtomacho nutrimenti boni boneq digeſtionis calorē aūt habenti ꝑſtant vſtionē in colericūq mutant humorem ac fumos capitiſq dolorē faciūt ꝛ in oculis vertiginē: ſed vt ab eis oē auferatur nocumētū mūdate in aqua calida ponantur ꝑ noctē vt partē hūiditatis ab aq̄ ſibi mutuent fientq virides. Fm ꝟo medicinā valent qꝛ ſi cū ficubus ante cibū edātur cōtra rem venenoſam corp⁹ defendūt ꝛc. Idem quoq Raſis ſenſit in.iij. Almanſoris.c.xx.cū ait. Nuces calide ſunt que in ore veſicas faciunt ꝛ calefaciūt ac capitis generant dolorem. Et in.iiij. ſuorū afforiſmorum libro. Nuces auelane male ſunt ſtomacho ꝛ epati ꝛ humores malos efficiunt in ieiunio. ꝛ in.xxj.continētis.c.ccij. auctoritate Gal. in.vij.dixit. Nuces que nō ſunt cōplete neq deſiccate ſunt replete humiditate indigeſta. Et auctoritate Diaſcoridis ait. Nuces quādo ſunt mature ſunt tarde digeſtionis ꝛ nocent ſtomacho ꝛ generant coleram citrinam ꝛ faciunt ſodā ꝛ nocent tuſſi: ꝛ ſi comedātur

ante cibum de facili faciunt vomere: ⁊ come
dentes eas cū ficu sicca ⁊ ruta ante ⁊ post as
sumptionē medicine mortifere ipsa non no-
cebit eis: qm̄ talis mixtura est tiriaca ipius:
⁊ multus vsus nucū purgat vermes. subiun
xit deinde auctoritate eiusdē in libro ciboꝝ.
ꝙ recentes sunt minus calide ꝙ̄ sicce ⁊ sunt
plus humide aquose insipide ⁊ sicce amotis
primis exterioribus grossis corticibus si po
nuntur in aqua calida reddūt ad naturā nu
cum recētiū ⁊ debēt comedi cū almuri ⁊ ace-
to ⁊ qñ sic comedunt erūt minoris nocumē
ti. Et nuces cōdite cum melle stomacho con
ferunt ⁊ desiccant ei⁹ humiditates ⁊ sunt ca
lide ⁊ sicce ꝓpter species eis admixtas. Nos
autē vidimus Gal. in. ij. de alimētis. c. xxvj.
sic de ipsis scribentē. Nux laxa est ⁊ plus ha
bēs oleaginū in se ꝙ̄ auelana participat au-
tem ⁊ qualitate stiptica ad modicūque in tē
pore procedēte marcescit trāseūte tota ipius
substantia in oleaginum humorē vt perfecte
inesibilis fiat. ⁊ ifra etiā dixit. Nuces humi
de ad secessum sunt idonee: sicce vo minus.
Ex quibus patet ꝙ calidam habētes cōple-
xionem minime eas debeāt māducare: frigi
di autē senes ⁊ flegmatici securius ⁊ in hie
me precipue.

¶ Cap. cciij. ondit naturā ꝓprietates ⁊ iuua
mēta oliuarū suisqꝫ cū nocumētis ⁊c.

Oliuarum duo sunt genera: vt
dixit Haliabas in. v. theori-
ce. c. xix. alterum olei: ⁊ alterū
aque: que magis nutriūt olee
sunt pōtice vo stomacho con
ferunt ⁊ ipsum excitāt ꝓprie si cum aceto su-
mantur. Sunt aūt medie inter subtile ⁊ gros
sum: que aūt pfecte sunt maturitatis calide
sunt tēperati caloris imature autē frigide. a
quo princeps videt accepisse cū dixit. Oliue
mature sunt calide ⁊ imature sunt frigide. de
inde subdit in eo loco. s. in. ij. canōis. c. ccccc-
xxxix. Oliue quidē sunt ex eis que nutriunt
parūper: ⁊ oliue quidē cum dispositione sua
sunt difficilis digestionis ⁊ grosse earū sali-
te subleuant appetitū ⁊ confortāt stomachū
⁊ generant humorem stipticū: ⁊ acetose sunt
magis receptibiles digestionis ꝙ̄ oēs alie.
Isaac vo longe clari⁹ distinctius diffusiusqꝫ
de ipsis ptractauit cū in particularibus die
tis inquit. Oliue duobus modis diuidunt.
Domestice. s. ⁊ siluestres. ⁊ itez domestice tri
fariā: cum sunt pontice virides ⁊ nō mature.
Secūdo cū sunt nigre pfectā habentes ma-
turitatē. Tertio cū sūt inter hec mediocres
rubeū habentes colorem quas Diascorides
appellauit iacintinas. Virides autē que sūt
pōtice ⁊ imature in duas diuidunt: in aqua
ticas. s. quas fugimus: qm̄ nil vnctuositatis
in eis reperitur nisi paruissimū. Oliue vo q̄
recte aquatice vocantur sunt terrestres qd
pōticitas sueqꝫ vnctuositatis testat inopia
⁊ ob hoc ad frigiditatem ⁊ siccitatem perti-
nent: vnde stomachi sunt cōfortatiue magis
ceteris oliuis: ventris tū constipatiue ⁊ mi-
nus omniū corporis nutritiue ⁊ ad digeren-
dum tardiores: paruitas nutrimenti fit pro
sue vnctuositatis inopia: ⁊ ob digestionis
tarditatem ad frigiditatem ⁊ duricies quas
multi preparant cum sale ⁊ aceto: quidam
vo cum sale et aqua: nonnulli vo cum ace-
to. Sed que cuz sale ⁊ aqua condite a sale ac
cipiunt quandam acuminis ⁊ siccitatis par
tem vnde sanguini incendium prestant sto-
machi neruos mordicant sunt etiā difficiles
ad digerendū ꝓpter grossitudinē ⁊ duriciaz
earū: tamen acumen pungit intestina vnde ci
tius egeruntur. Que aūt cum aceto ꝑparate
sunt tenuiores existunt proinde colere rubee
acumen extinguūt: appetitū excitāt maxime
si in medio prandij accipiant: q̄ si digestioni
obediētes sint optime sunt: stomachū cōfor
tant ⁊ ventrez stringūt. Nigre aūt oliue q̄ ad
maturitatē puenerūt calide sūt ⁊ mediocres
inter siccuz ⁊ humidū quas tū Diascorides
dixit siccitati ptinere. Gal. vo testat eas ha-
bere humiditatem possibile esse: ꝙ earum sa
porositas acvnctuositas innuit illā humidi
tatē habere hac de causa cibus earū multuz
nutribilis ⁊ grossus ⁊ mollificās stomachū
tard⁹ ad digerēdū: facilis autē ad egerēduz:
tarditas digestionis fit ꝓpter vnctuositatē ci
bū natare faciētē in sūmitate stomachi ⁊ co-
hibētē ad locū decoctionis descendere: faci
litas aūt digestiōis fit ꝓpter vnctuositatē in

stomacho lubricitantē: vnde priusq̄ digerat descendit a stomacho: idcirco ad priorū: scʒ ad terrestriū ⁊ ponticarū cōparationeʒ sunt illaudabiles q̄ inconuenientē ⁊ illaudabileʒ generāt chimū presertim si sint cū sale condite nōnunq̄ eni in colerā conuertūtur. Jacintines vo minus nigris sūt nocibiles ꝓpter vnctuositatis sue ponticitatisq̄ inopiā: proinde aliquātulū stomachū cōfortant: chimꝰ tū quē iste rubee generant oliue est ſm earuʒ colores: de nigris videlicet niger de rubeis: rubeus generatur cibus. Qd̄ testatꝰ Galꝰ.cū ait. Oliue rubee colorē faciūt quasi vitelluʒ oui ⁊c̄. Et postea subiunxit. Oliue nigre perfecte maturate cito in humorū corruptioneʒ trāsducūtur: stomachū molliunt ⁊ ventrē humectant: lʒ ſm medicinā sint vtiles ⁊c̄. Qd̄ sensit etiam Rasis in.iij. Almansoris.c.xix. dicens. Oliue de aqua calide sunt ⁊ sicce: q̄ si ante cibū comedātur ventrē mouent et os stomachi robustū reddūt. Oliue aūt de oleo calidiores sunt q̄ ⁊ os stomahi minus corroborant ⁊ ventrē magis fluere faciunt ⁊c̄. Sētentia quoq̄ Galꝰ.in.ij. alimentoꝝ.c.xxv. dicētis est. ꝙ oliue paucū dāt corpori alimētū ⁊ maxime que summe maturate sunt ⁊ q̄ vnctuosuʒ chimū habēt. ⁊ subdit. Idoneissime oliue sunt ilꝫ q̄ ī aceto reposite sunt: stipticū eni habent chimū ⁊ roborant stomachū ⁊ excitant appetitū. ⁊ in libro de dissolutiōe continua dixit. Et oliue aque quando comedūtur ante cibum cū muri: id est sale leniunt vētrem: ⁊ quando etiam comedunt post cibum sine muri: ⁊ maxime que sunt pontice cū aceto confortant stomachum et deprimunt cibum ⁊ hac de causa comeduntur. hec ipse. quare ⁊c̄.

¶ Capitulum.ccliij. ostendit naturam proprietates iuuamenta persicoꝝ ⁊ nocumēta.

Persica: vt inquit Auerrois in v. colliget. sunt frigida ⁊ humida: habent generare humores corruptos ⁊ putridos ⁊ aliqn̄ colericos ⁊ habēt mirabilē ꝓprietatē resistēdi fetorē qui ꝓuenit a stomacho ⁊ odor suꝰ valet ꝯtra cardiacā passionē. Sed ante persica que nusinus dicūtur sunt eiusdē nature cū persicis: sed nō habēt illam ꝓprietatē ⁊c̄. Auēzoar etiā in suo teisir. c.j. dixit de eis. ⁊ cognitū est etiā ꝙ comedere ꝑsica quāuis multorū sint nocumentorum habent oris fetorē remouere vitio stomachi ꝓcedentē ⁊ nullū aliud scitur in eis iuuamentum. ⁊ Haliabas in.v. theorice.c.xix. similiter scripsit. Persicū frigidū est ⁊ humidum flegma generās. ⁊ explicando duas species eius inquit. Qd̄ tenerum est ⁊ ossibus facile mundatur citius etiam digeritur ⁊ a stomacho demittitur. qd̄ autē ossibus conglutinatur ⁊ substantiam habet duram tanq̄ immaturū grossius est ⁊ tarde digestionis. Et post aliqua subiunxit. Persicum si frigide domini comedant complexionis accipiant post illud zinziber conditum aut mel apum et huiusmodi. a quibus accepisse videtur Auicē. scribens de ipsis diffusius in.ij. canonis.c. cccccLxxiij. ⁊ dicens. Persica sunt frigida in fine scdī: humida in primo infra tamen fineʒ eius. Que cum sint humida velocis sunt putrefactionis lenitiua: licet in ipsis sit stipticitas aliquātula ⁊ precipue illis que sunt exiccata: aut immatura. Matura sunt bona stomacho ⁊ in eis est virtus faciendi appetituʒ cibi: ⁊ oportet quidē vt nō comedantur post aliū cibū: qm̄ corrumpūtur post eū ⁊ corrumpunt ipm̄: sed precedant anteq̄ cibū accipiātur: ⁊ que sicca sunt tarde digestionis: ⁊ non sunt boni nutrimēti: quāuis sint plurimi nutrimenti: ⁊ illa que matura sunt leniunt ventrem: ⁊ que immaturata stringunt. Et dixerunt quidam ꝙ ipsa addant in coitu: ⁊ videtur ꝙ illud sit ī corporibus siccis ⁊ calidis. Et ī.xxij. tertij tractatu.ij.c.xxj. sic quoq̄ de eis scripsit. Ego aūt abhorreo ea que sunt sicut persica ⁊ crisomilla ⁊ similia que replēt sanguinem aquositate. Et in prima.iiij. tractatu.ij.c.Lxv. ait. Persica preparata sūt ad permiscendum putredinem. Qd̄ confirmat Isaac in ꝑticularibus dietis cū inqͭ. Persica frigida sunt ⁊ humida in scđo gradu plurimū similia crisomillis: sed saporiora stomacho cōueniētia: nō eni cōuertunꝰ vt crisomilla: licet crisomillis sint similia: qꝛ eodē modo flegma generāt persica ieiuno stomacho

nocua sunt edenda:⁊ post vetus vinū odoriferū est bibendū. Persica enī in duo diuidūtur:est enī quoddā albū grāde pilosuȝruboris quidā habens est. Et aliud paruum leue ruffum vel citrinum grāde saporisq̧ dulcis acriorisq̧ cuiusdaȝ humiditatis:humidius ac viscosius est quare conuertibile in flegma grossuȝ atq̧ putredinē. Manifestat aūt hoc qm̄ si persicū fixū ferro post paululū narib⁹ apponas:odorē quasi putredinis sentiens: paruū aūt odoratiuū a cōuesione lōginqui⁹ existit:dixit etiā Rasis in.iij. Almāsoris.c.xx. Persica frigida sunt ⁊ grossa q̄ licet ardēti cōferant stomacho: dure tn̄ descēdūt atq̧ in sanguinē dure cōuertūtur. Qui aūt eoruȝ esu vsus fuerit febriū flegmaticarū incurret generationē. ⁊ in libro.iiij.suorū afforismoꝝ inquit. Persica febribus vrentibus cōferūt in principio ⁊ succus eoꝝ in fine facit febres putridas si materiā habilē ad exeundū non inuenerit. in libro.xx.cōtinētis.c. cclxxvj.dixit auctoritate Diascoridis. Persica sūt bona stomacho:laxāt vētrē: ⁊ amara ꝯstringūt ⁊ sicca magis.deīde subdit auctoritate Gal. in libro ciborū. Humiditas ⁊ substātia persicorū sunt facilis corruptiōis ⁊ male in omnibus suis dispositionibus. Et ob hoc non debēt comedi post aliū cibū:q̄ supernatant ⁊ tunc corrūpuntur. Sed debēt comedi ieiuno stomacho.idē q̄ȝ dixit auctoritate Ruffi ⁊ filij Mesue supaddēs ꝙ sumpta ante cibū sunt facilis digestiōis:sicca vero tarde.dicens in fine capl'i.ꝙ persica cōdita cū melle cōferunt pulmoni:q̄ mel remouet eoꝝ grossitiē. ⁊ inueni in libris medicinalibus ātiquis.ꝙ persica excitant appetitū ⁊ sint bona stomacho calido:⁊ valeāt cōtra sitim ⁊ inflationeȝ stomachi:⁊ extinguāt caliditatē extraneam. hec ip̄e in.xxj.preallegato. Sed in.xxv.libro eiusdē.sic ait. Post comestionē persicorū debes bibere de aqua mellis cocta. Concludamus ergo hoc capl'm dicentes cū Gal. in.ij. alimētorū.c.xviij. Caro persici valde facile corruptibilis est:⁊ omniquaq̧ paruū. Quare nō oportet:sicut qdā:post aliud alimentū offerre:corrumpitur enī supernatās ⁊c. Hec igitur que dicta sunt obseruari debēt ab his qui volunt persica manducare: licet tutius pro salute forent relinquenda.

¶ Capitulū.ccv. ostendit naturam proprietates et iuuamenta pirorum simul cum nocumentis eorum.

PIra nō vnius sunt nature: teste Gal.in.vj.de simplicib⁹ medicinis.c.xlix.dicēte. Partes huius fruct⁹ nō sunt equalis complexionis:qm̄ quedā illarum sunt terree:⁊ quedā aquose:sed si tu vis dicere per aliū modū dicas ꝙ quedā illarū sunt frigide ⁊ quedā sunt equalis cōplexionis:ideoq̧ quādoq̧ comedimus pira: ⁊ confortatur stomachus ab eis:⁊ sedāt sitim ⁊c. hec ipse. Pira autē cruda:vt inqt Auerrois in.v.colliget.sunt frigida ⁊ sicca : sed matura temperata sunt:aut declinant ad paucam frigiditatē. Et hoc est q̄ cōposita sūt ex acetositate dulcedine ⁊ ponticitate: ꝓpterea est eorū virtus ventrē cōstipare ⁊ eoꝝ ꝓprietas est remouere sitim. Auicen. vero in.ij.canonis c.cccccclv.sic scripsit. In piris sunt terreitas ⁊ aqueitas: ⁊ ī nostra quidē terra est species que dicitur senabruth:⁊ habet magnā capacitatē:et est vehemētis rotunditatis ⁊ subtilis corticis boni coloris valde quasi perusū ⁊ quasi ip̄m sit aqua zuccari coagulata congelata plurimū:sed nō ꝓpter spissitudinem substātie boni odoris valde. Qđ cum ab arbore sua cadit super terraȝ destruitur : ⁊ ista sunt in quibus non est nocumentum.de speciebus pirorū:quorū complexio temperate est humida. Alia vero sunt frigida in primo ⁊ sicca in scđo:⁊ om̄es species eius sunt stiptice. Et eoꝝ humor est plurimus ⁊ laudabilior humore pomoꝝ ſm qđ dixit Ruffus . ⁊ illa que dixim⁹ sunt lenitiuia nature ⁊ boni chimi valde:sunt preparantia stomachum ⁊ abscindunt tussim colericā:constringūt ventrē ⁊ ꝓprie que sunt exiccata. Et in piris qdem est proprietas faciendi euenire colicā quare oportet vt bibatur post ipsa hidromel cum speciebus:que sunt vt piper: cinamomū:et his similia:⁊ quādo coquuntur cum fungis minoratur nocumentū ipsorū. Isaac vero in particularibus dietis sic de eis ait. Pirorū

stipticitas cũ aquosa dulcedine cõmixta est.
⁊ p̃ ira diuidunt in duo: in domesticũ: ⁊ silue
stre. Siluestre quidē est crudũ: põticũ: durũ:
grossuz: nec ꝓdest: nec boni est saporis. Ma-
turatũ ṽo pirũ in primo gradu frigidũ: in se
cũdo siccum generat in stomacho humorem
laudabiliorē ꝙ̃ mala coctana ꝓpter tempe-
ramentũ suũ: ⁊ tñ diuersum ſm saporē ⁊ ſm
cõplexiones suas. Qđ ergo ponticũ est ter-
restre ⁊ grossum: ⁊ est stipticũ cõpositum ex
aerea substantia ⁊ terrestri parua: ⁊ est dulce
tēperatum ad calorē quēdã pertinens: et est
aquosum ⁊ insaporosum: ponticũ autem mi
nus nutrit. Sed plus egestionē facit: vomi-
tũq; colericũ stringit magis: stomachũ ⁊ in-
testina confortat: pro sua tamē asperitate et
grossitudine vel duricie: nocet neruis stoma
chi. Unde oportet nos ingeniari: vt molle-
scat ⁊ amittat asperitatem: vt videlicet aut
elixet: aut ſm aque calide fumũ suspendat:
aut opertũ pasta assetur: aut cũ melle ꝯdiat
in frusta concisum ſm cõplexionē accipien-
tis. Diascorides ait. Diximus pira ieiunis
nociua esse. ⁊ ipse vituperauit pira ieiunis ac
cepta cum ſm medicinã nõ accipiuntur: sed
ſm gule appetitum: ⁊ si vsq; ad saturitatem
sumantur precipue si põtica sint quorũ pro-
prietas: si multũ de eis accipiat a ieiunis co
licã generãt passionē durã ⁊ incurabilem:
maxime si crebro assuescant: sed ſm medici-
nam ieiunis melius ꝙ̃ saturis comedũtur.
Saturis eñ solubiliora sunt ⁊ stomachum
debilitant propter superiorũ stomachi com-
pressionē ⁊ contētiue virtutis inferiorum de
bilitatē. Stiptica ṽo quia ex aquosa ⁊ aerea
substantia composita sunt subtiliora ⁊ tem-
peratiora sunt magisq; nutriunt: ideoq; sto-
macho minus nocēt neq; hui⁹ ingeniari ne-
cesse est sicut põticũ. ⁊ post multa dixit. Pi-
ra dulcia temperate sunt cõplexionis: q: mi-
nus ceteris sunt frigida quapropter calefa-
ciunt ⁊ augent digestionē: valētq; in his qui
stomacho sunt frigidi ⁊ sicci. Insapora au-
tem pira pessima sunt ⁊ abhorrentur a natu
ra. Idcirco laboriosa ⁊ confusiua sunt stoma
cho ⁊c̃. Et ista fuit etiã sententia Rasis i. iij.
Almansoris. c. xx. dicentis. Pira que multũ
sunt dulcia non infrigidant. Sia tñ ventres
stringunt. Si autē post cibũ comedantur ster
cus cito expellunt: post cuius expulsionē eo
rum finis est ventrē stringere. Et in. iiij. libro
suorũ afforismorum sic quoq; scripsit. Pira
appetitũ nõ verũ remouent ⁊ intestinis no-
cēt: ⁊ maxime longaoni: ⁊ tēnasmon efficiũt.
consimiliter dixit idē in. xxiij. continentis. c.
ccccccxlix. auctoritate Diascoridis Galie.
Ruffi Bimmasui: ⁊ reliquorũ sapientũ. In
xxv. ṽo eiusdē. c. j. sic quoq; de eis ĩquit. Co
mestio superabundãs pirorũ generat colicã
vnde vti debes post comestionē ipsorũ aqua
mellis cocti ⁊ laxatina. Patet igitur ex his
ꝙ solũ dulcia via cibi qñq; possunt cõueni-
re: ⁊ propterea muscatella inter cetera q̃ nos
habemus: sunt meliora: ⁊ post ipa iaceola iu
niola sancti Nicolai de pola saracena et hu
iusmodi apud nos inuenta. Que a Michae
le nostro bartholomeo mon. ⁊ a reliqs mo-
dernis suis in operibus cõmendantur ad sa
nitatemq; approbantur.

¶ Capitulum. ccvj. ostendit naturam pinea
rum seu granorum eius declarando vtilita-
tes et proprietates eorum.

Pinee: vt dixit Auerrois in. v.
colliget: calide sunt et sicce in
tertio gradu. Auicē. ṽo in. ij.
canonis. c. ccccv. sic ĩquit. Gra-
nũ pini minus est fistico corti-
cē habēs minutũ frãgibilē rubeũ scinditur a
medulla alba vnctuosa suaui: ⁊ hec sunt gra
na magna: paruũ autē granũ est triangulatũ
⁊ durioris corticis ⁊ acutioris medulle qđ
est melius ad medicinã ꝙ̃ ad cibũ: magnum
est sicut equale ad caliditatem declinans ⁊
augmētat humiditas ipsius: in ipso est ma-
turatio ⁊ lenificatio ⁊ resolutio ⁊ mordica-
tio ⁊ ꝓprie in recenti: sed eius mordicatio de
letur si infundat in aqua: ⁊ tũc cõplet ei⁹ ap
planatio ⁊ glutinatio ⁊ eius substãtia est ter
rea aquea in qua est paruũ aeritatis: ⁊ gra-
nũ pini magnũ ꝯfert mollificationi ⁊ debili
tati corpis comestũ ⁊ exiccat humiditatē cor
ruptã q̃ est in eo: cõferũt ambo humiditati-
bus pulmonis ⁊ magnũ ē difficilis digestio
nis leniēs cibũ ⁊ virtus ei⁹ mordicat stoma-

chū:nisi infundat in aqua calida: comedant ergo ipm calefacti cū tabarzet:id est cū zuccaro albissimo ꝛ infrigidati cū melle:ꝛ tunc digerit ꝛ fit bonū etiā stomacho ꝛ augmētuȝ facit in coitu plurimū qn̄ comedit cū tabarzet ꝛ melle ꝛ penidijs. Et saturati ex eo puū sentiūt dolorē vētris pungitiuū:ꝛ ipm vehementer abstergit humiditates renū ꝛ vesice: ꝛ cōfortat eos ꝛc̄. Isaac quoqȝ in particularibus dietis ait. Pinee sunt calide in fine secūdi gradus:ꝛ sicce in eius initio:quaꝝ due sunt spēs:scȝ masculine q̄ pue sunt: ꝛ feminine quaꝝ forma ē magna. Et masculine sunt calidiores ꝛ sicciores q̄ si in aqua calida fundant laudabile dant nutrimentū ꝛ collectionē habētibus in pulmone ꝛ pectore subueniunt atqȝ tussientib⁹ ex putrido mitigationē. Feminine vo sunt masculinis nutribiliores grossum ac laudabile faciūt ad dissoluēdū nutrimētū. Sed tn̄ vtiles sunt fm medicinā:sunt eīn lenitiue mēbroꝝ asperitatis ꝛc̄. Hoc etiā sensit Rasis in.iij. Almansoris.c. xx. dicēs. Pini fructus multū calefacit corpus qui in aliquibus mēbris tremorē patientibus:atqȝ asmaticis confert:sperma quoqȝ auget. Et in.iiij. libro suorū afforismorū sic etiā ait. Grana pinee calida ꝛ humida sunt: opilationes venarū aperiūt in pectore vesica ꝛ renibus:ꝛ habēt virtutē mirabileȝ. inquit Cratim. ꝛ cōcessit Arist. ꝙ grana pinee humiditatē antiquā expellūt ꝛ pmouēt humiditatē naturalem:ꝛ hic est virtus mirabilis. Idē quoqȝ dixit i. xxij. ptinētis.c. ccccl xvij. auctoritate Diascoridis:Gal. Archigenis et: Pauli:filij Simmasui:ꝛ ceteroꝝ antiquoꝝ quorū dicta eadē sunt cū eis q̄ supra dixim⁹ de mēte pncipis:quare ea dimittemus ne legēti tediū afferam⁹. Illud tn̄ Gal. in. ij. alimētoꝝ.c. xvij. nō postponam⁹ dicētis. Fructus pini nutritiuus est:sȝ grossi chimi ꝛ nō bene digestibilis. Et iō q̄ debilē stomachuȝ habēt eis vti frequēter nō debēt. Nobis aūt videtur ꝙ sani res hmōi nō eīn raro debeāt māducare: ne forte eis accidat ꝙ vni famosissimo medico nr̄i tpis ptigit q̄ cū senex eēt ꝛ iuuenē cōsortē haberet:vt potens fieret in coitu q̄ȝ sepissime rebus hmōi vtebat:percipiēs inde ꝙ pluris seminis potētioꝛqȝ in venere efficeretur:nec aīaduertebat ꝙ cū colericus naturaliter esset ex pineis ꝛ reliquis talibus cōfectionibus humores calidi multū ꝛ i multa quātitate generabātur. Qui in breui ipm ad febrē acutissimam perduxerūt ex qua sue virtuti ꝛ etati disproportinata vitaȝ cū morte commutauit. quare ꝛc̄.

¶ Capitulum. ccvij. ostendit naturam proprietates pomorum ꝛ nocumenta prouenientia ex comestione eorum.

Omū dulce: vt inquit Haliabas in. v. theorice. ꝛ Auerrois i. v. colliget. est temperate humiditatis. Et acetosum est frigidū ꝛ siccū et habet ꝓprietatē ꝯfortādi mēbra principalia si sint distemperata in calore: ꝛ maxime cor. Et confortat cerebruȝ odorando ꝓpter suā aromaticitatē:ꝛ generāt grossam vētositatē in scd̄a digestione ꝛ tertia. Ita ꝙ dictū est a sapientibus ꝙ possit generare ptisim ꝛ ethicam eo ꝙ venti qui generātur ex eo habent malā ꝓprietatē ad exardendas arterias pulmonis:ꝛ sic testificatus est mirabilis Auenzoar. hec ipse Auerrois. princeps autē in. ij. canonis.c. ccccclxxiiij. dixit. Poma eligibiliora sunt que magis temperata existunt sicut alcemia ꝛ illa que sunt insipida sunt mala ꝛ parui nutrimenti ꝛ non agunt aliquid ꝛ similiter immatura. Illa autem que sunt cōtracta sunt frigidiora ꝛ humidiora propter illud quod est in eis de aqueitate:ꝛ pontica: ꝛ stiptica:ꝛ acetosa sunt frigida:grossa:ꝛ dulcia sunt aquea:ꝛ sunt decliuiora ad caliditatem q̄ȝ alia:quāuis magis dominans in eis sit frigus:ꝛ sunt diuersa : ꝛ oīno illd qd i eorum substātia dn̄atur est humiditas superflua frigida. Et fortasse illa q̄ sunt vehementis dulcedinis i caliditate sunt tēperata aut declināt ad eā:ꝛ in eis quidē est inflatio ꝓprie in eis q̄ nō sunt dulcia. Et generat quidē ex pōticis ꝛ ex eis q̄ sunt stiptica humor terreus ꝛ acetosa ꝛ imatura generāt flegma et putredines ꝛ febres proprietate sui humoris ꝛ sue cruditatis: ꝛ quia recipiunt putrefactionem confortant cor:ꝛ proprie odorifera ꝛ dulcia ꝛ acetosa:ꝛ si sit illic angustia ex

caliditate sunt magni iuuamenti ⁊ confortãt
debilitatẽ stomachi: ⁊ que stiptica sunt con-
ferũt stomacho si est cũ caliditate aut humi
ditate: ⁊ assantur q̃dẽ in pasta ⁊ cõferũt pau
citati appetitus dulcia ⁊ acetosa quando in
stomacho inueniũt hũmorẽ grossum quan-
doq; deponũt ipsum in egestione ⁊ si est va-
cuus retinet ⁊c. Isaac autẽ in particularib9
dietis sic ait. Pomũ crudũ imaturũ durũ ⁊
ligneũ male nutrit ⁊ stomacho nocet: dolorẽ
generat: laboremq; stomacho efficit: ex quo
electũ venas vt oportet nõ penetrat: assuefa
ctio eorum cã fit febris diuturne ⁊ dure dis-
solui. De ceteris intelligẽdũ est fructibus q̃
nõ sunt in suis arboribus pfecte maturati.
Et subdit. Pomi põtici substantia frigida
est ⁊ sicca terrestris cõueniẽs eis quorum sto
macho calor ⁊ hũiditas dominat: ⁊ licet sto
machũ cõfortet ⁊ intestina in se tamẽ grossũ
est durũ digeri ⁊ tarde penetrationis in ve-
nas: ⁊ ideo inflationem facit ⁊ neruis nocet.
q̃ ⁊ stiptica faciũt sed nõ tantũ que cocta ⁊
ante cibũ ⁊ post bona sunt edi fm intentio-
nẽ constringẽdi vel expellẽdi vt de citoniis
diximus. ⁊ post multa subiũxit. Et dulciũ po
morũ substãtie natura ⁊ cõplexio aquosa est
ac tẽperata caloris aliquid obtinẽt ⁊ iõ parũ
refrigerat ⁊ stomachũ cõfortat ex igne parũ.
Quare ⁊ stomacho calido aut molli conue-
nit: nociua tamen eis qui colericã egestionẽ
habẽt ⁊ vomitũ. Non sapora aũt poma pes-
sima sunt in oĩbus qualitatibus: q2 nature
sunt frigide ⁊ humide pptera nec fm cibũ
nec fm medicinã valent cũ dulcedinẽ nõ ha
beãt vt nutriant nec põticitatẽ vt stomachũ
cõfortent sed hũores flegmaticos crudos gi
gnũt ⁊c. Et ista fuit sentẽtia Rasis in tertio
Almãsoris. c. xx. dicẽtis. Poma frigidiora
sunt acetosiora ⁊ magis stringẽtia q̃ licet ori
congruãt stomachi ipsum tamẽ viscositati-
bus replẽt. Et in. iiij. libro suorũ afforismorũ
dixit. Usus malorũ nocet stomacho ⁊ maxi-
me vsus recẽtiũ q̃ cito nascũtur ⁊ ea q̃ in esta
te nascũtur ⁊ in autũno: orificiũ ↄfortant sto
machi ⁊ ipsum vigorant ⁊ acetosa ⁊ acria ob
liuionẽ efficiũt. Que quoq; ipe dixit in. xxi.
continẽtis. c. clxvi. auctoritate Gal. in. vii. ⁊
filii Mesue. Que aũt poma sanis ⁊ infirmis
conueniant ⁊ quomodo: docuit Galie. in se
cundo de alimentis. c. xx. dicens. Cauere
oportet pulcherrima genere poma anteq̃ su
per arborẽ sint maturata: indigestibilia enĩ
sunt ⁊ frigida ⁊ tardi secessus ⁊ mali chimi
cum hoc q̃ frigidum ⁊ grossum infallibili-
ter chimum habent. Quecunq; autem bene
maturata seruant ad hiemem ⁊ ad ver ⁊ post
ipsum proficuissima fiunt. Talia autem sunt
apiola calamanica ⁊ illa que turpia bona di
cuntur ⁊ similia. Et subdit. Dare quandoq;
oportet poma post cibum statim: quandoq;
autem cum pane roboris ventris gratia ⁊ sto
machi his qui sine appetitu ⁊ tarde dige-
rentibus vomitiuisq; et diaricis idonea sũt
et presertim pontica. De quibus etiam in li
bro de euchimia dixit. Pomis et piris ⁊ ne
spilis non vt cibis sed vt farmaciis indige-
mus ad robur stomachi ⁊ ventris. His ita-
q; pro medicinis: dulcibus autem dictis p
cibis vtamur ⁊ nõ in multa quantitate: quo
niam vt dixit Haliabas in q̃nto Theorice.
c. xix. Poma oĩa neruis sunt nocentia acer-
bumq; amplius malum: ⁊ si quis pomorum
comederit plurimum grauiter ledet stoma-
chum ⁊c. Et ipsa potius cocta q̃ cruda mã
ducabimus. dicente eodem in libro de subti
liatiua dieta. c. ii. Pomorum ⁊ pirorum mi
nus nocent que cocta. Et eorum que cruda
comeduntur illa que ad repositionem sunt
idonea minus sunt mala ceteris ⁊c.

¶ Cap. ccviii. ostẽdit naturã proprietates ⁊
nocumẽta prunorũ in via cibi.

PRunorũ due sunt species: vi-
delicet albũ ⁊ nigrum: ⁊ ambo
quando sunt maturata sũt fri
gida ⁊ humida: ⁊ ideo mitigãt
calorem calore ⁊ laxãt ventrem
sed debilitãt parũ os stomachi. Inq̃t Auer
rois in. v. colliget. ⁊ Haliabas in. v. Theo-
rice. c. xix. Princeps xo in secũdo canonis.
c. ccccxlvi. sic de eis scripsit. Illa que habẽt
colorem palee sunt fortiora nigris: ⁊ citri-
na fortiora rubeis: et alba sunt magis gra-
uia: ⁊ pue solutionis: ⁊ armena sunt meliora

mentũ aduenit neruis ex oĩbus rebus frigi-
dis in naturis suis ⁊c̃. Plurima quoqꝫ alia
pꝛo pꝛesentis nogocij cõfirmatione possent
adduci q̃ bꝛeuitatis gratia reliquamus. Id
igitur ꝯcludemus qð qui pꝛeceptũ hoc non
obseruauerit: immo aquã vel vinũ valde fri
gida biberint: monitus medicoꝛũ spernẽtes:
sine dubio expectent qð eis pꝛomittit Isaac
in. c. xj. dietarũ vniuersaliũ cũ ait. Et si frigi-
da vt nix: bibita in coꝛpoꝛibus iuuenũ lede-
re nõ appareant: nocumentũ tamẽ eoꝛũ pau
latim se adunat: licet ipi nõ sentiãt: sed exeũ
tes a iuuẽtute ⁊ subeũtes senectutẽ multos
⁊ diuersos moꝛbos incidũt qui incurabiles
sunt: ⁊ diu in visceribus permanent: ⁊ articu
lis ⁊ neruis: qꝛ frigiditas semper mẽbꝛa ꝑcu
tit debilia ⁊ multũ sensibilia. quare ⁊c̃.

¶ Capitulum. ccxxxvj. ostendit quid sit vi-
num: ⁊ que de ipso consideranda sint: demũ
quibus hominibus eius potus fm̃ pꝛiscos
sapientes interdicatur.

VOlentes modo ad specialioꝛa de
scẽdere: ⁊ iam de potu vini sermo
nẽ facere: rationabile est vt q̃d ipꝫ
sit pꝛius exponam⁹ cũ dicat Ari-
sto. in. j. posterioꝛũ. Ante oẽm demonstratio
nem opoꝛtet pꝛecognoscere quid ⁊c̃. Dicam⁹
ergo cum Petro padubanensi nostro in. iij.
pꝛoblematuꝫ cõmento. j. sic scribente. Vinũ
est substantia liquida ex vuis expꝛessa: ex cu-
ius susceptione coꝛpus nutritur: ⁊ nutrimẽ-
tuꝫ per partes coꝛpoꝛes illo poꝛtatur. Et in
sui Conciliatoꝛis differentia lxx. Vinum est
succus ex vuis maturis expꝛessus et liquoꝛ
ceteris nature humane amplius accõmoda-
tus: gaudet enim ipso ꝙ maxime cum ꝓpoꝛ
tionetur eidem magne: cuius complexio ca-
lida est ⁊ humida: nisi ãtiquũ sit ⁊ quattuoꝛ
annoꝛum ⁊ supꝛa. Tunc eñ calidũ est ⁊ sic-

cũ:vt ibidẽ dixit Cõciliator:et colligi põt ex
snia Arist.in.xj.pblematũ pblemate.xxxvj.
Ipsum aũt vinũ plurimũ diuersificat: et pri
mo quãtũ ad ea q̃ sibi inherẽt: et hoc modo
in eo qnqꝫ ꝯsiderabimus:liquorẽ seu substã
tiã:virtutẽ:odorẽ:saporẽ:et colorẽ:et eius spe
cies:de quib⁹ oĩbus infra dicẽdũ erit:et hec
sunt q̃ prima ps rubrice capituli huius pro
mittebat. Quãtũ vo ad secũdã dicimus q
licet vinũ in se laudabile sit et iuuatiuũ p ac
cidẽs tñ põt esse nociuũ et pcipue rõne quãti
tatis superflue vt supra declarauim⁹ vel rõ
ne suscipientis indispositi vt hoc in loco ostẽ
demus. Multi eñ sũt:vt sapiẽtib⁹ visuꝫ est:
a vino phibiti:inter quos pueri sunt et nu
trices infantiũ q̃ nõ debẽt vino approxima
re sicut probat noster Padubanẽsis in diffe
rentia.lxx.nisi forsitã gratia medicine sed ali
mẽti gratia nequaqꝫ:et vinũ pcipue potẽs:de
quo intẽdim⁹:oĩno debẽt euitare:qm vt pñ
ceps inqt in.iij.primi.c.iiij. Vinũ pueris nõ
est dãdũ et pprie ei q̃ calide cõplexionis fue
rit et humide qm nocumẽtũ qd ex vino timet
est q2 ipm est colere rubee in potatorib⁹ gene
ratio eis cito adueniet et vrine prouocatio et
hũectatio iũcturaꝝ quoꝝ nullo indiget ipe.
et in.c.viij.scda doc.eiusdẽ inquit. Pueris
q̃dem vinũ ad bibẽdũ dare est sicut ignẽ igni
addere in lignis debilibus.qd accepisse vi
detur a Rasi in libro.xxv.cõtinẽtis.c.j.dicẽ
te. Infantes et pueri q̃ nõ sunt etatis. xviij.
annorũ nõ debẽt gustare vinũ:q2 nõ debent
addere ignẽ super aliũ ignẽ:sed iuuenes pos
sunt ipso vti cũ tẽperie etc. Hoc idem sensit
Haliabas in primo practice cũ dixit. Nõ cõ
uenit pueris vinũ propinari neqꝫ assuescere
ipsi. et Auerrois in.vj.colliget ait. Scias q
vinũ et ceruisia mala sunt pueris eo q eoruꝫ
capita replẽt malo calore:calefaciũt eñ eos
et mẽtẽ eoruꝫ perturbant. Que fuit Gal. sen
tẽtia in primo de regimine sanitatis dicen
tis. Eucratus puer vsqꝫ ad plurimũ nõ de
bet gustare vinũ:q2 bibitũ sufficienter hume
ctat et calefacit corpus et implet caput vapo
ribus et cum omnis imoderãtia obsit eis hec
que circa calidum et humidũ maxime est eis
nociua. et causam assignãs infra sic ait. Pue
ri bonis que fiunt ex vino nõ indigent et so

lum eius nocumẽtum percipiũt: nullus igi
tur prudẽs id dabit cũ nullã inferat vtilita
tem nocumẽtũ vo habẽs imensum. Et in li
bro de virtutibus aĩalibus.c.x. auctoritate
Platonis sic etiaꝫ inquit. Legẽ statuimus
primo q̃dem ꝙ infantes vsqꝫ ad.xviij.ãnos
penitus vinũ nõ gustare docentes: qm non
oportet ignẽ super ignẽ deriuare offendẽdo
corpus et aĩam anteqꝫ ad labores incipiant
pergere maniacũ vitãdo habituꝫ iuuenum.
Post hoc aũt de vino q̃dẽ gustare modera
te vsqꝫ ad.xxx.ãnos ab ebrietate aũt et multo
vino penitus iuuenes abstinere. Et post ali
qua subiũxit. Null⁹ sit dux exercitus cũ hoc
potu:sed cũ potu aque oportet esse hoc tpe
toto et in ciuitatibus nũqꝫ fieri neqꝫ illi q̃ pñ
cipant illo anno quo principant neqꝫ guber
natores neqꝫ iudices vinũ gustẽt penit⁹:neqꝫ
quicũqꝫ vult in cõsiliũ dignũ verba facere:
neqꝫ de die neqꝫ de nocte neqꝫ hoc excogitet
facere infans vel mulier neqꝫ aliq̃s q̃ intelle
ctũ et mẽtẽ rectã vult habere. hec ipse. Arist.
quoqꝫ fuit huius sententie dicẽs in libro de
somno et vigilia. Pueris nõ ꝯferũt vina ne
qꝫ nutricibus. et in. iij. pblematũ pblemate
vij.cũ ait. Pueri nõ desiderãt vinũ neqꝫ eo
indigẽt sicut viri:et hoc pter eoꝝ hũidita
tem etc. Similiter debiles aut infirmos ner
uos habẽtib⁹ vinũ nocet gfa alimẽti pota
tũ q inqꝫ qm gfa medicine in vniuersali de
clinatiõe põt ꝯuenire:vt etiã refert Cõcilia
tor in differẽtia.clxxxv. Et q ita sit patet p
Auicẽ.in.ij.tertij dicentẽ. Vinũ materias in
neruis penetrare facit et plurimũ q̃dẽ ipsius
q̃nqꝫ acescit in corporib⁹ eorũ et fit acetũ:ace
tũ aũt est ex reb⁹ nocibilioribus eis: vt idem
dixit. et in.c.xij.eiusdẽ inquit. Vinum nocet
tremori et omni egritudini neruose.cui⁹ cãm
adduxit Gal.in cõmẽto.v.libri q̃nti afforis
moꝝ dicens. Vinũ vniuersaliter iplet ner
uos calidũ:et oẽ aũt calidũ cito pforat corp⁹
maxime si vinũ fuerit nõ grossum: vñ q2 vi
nũ multũ ebibitũ et calidũ et cito corpus pfo
rãs et neruos iplens cito facit spasmũ: sꝫ tñ
aliqñ in bonitate sua qd infirmũ est restau
rat. Abstineant ergo q̃ dicti sunt et pariter q̃
debile caput habent a vini sorbitione quo
niam eis plurimum nocet:teste Auicẽ.in.iij.

primi.c.viij. dicēte. Maius nocumentoꝝ vi-
ni nō est nisi in cerebro:ex ipso igiꝰ nemo de
bile cerebrū habēs bibat nisi parū ꝛ mixtuꝫ.
ꝛ in pria tertij.c.xxix. Ois q̇ ꝯquerit de egri
tudine frigida i capite nocet a vino ꝛc̄. Qui
aūt debile caput habēt vt plurimū aliqua ta
li laborāt passione. ꝛ i trac.v.eiusdē.c.x. Vi-
nū purū nocumētū facit in cerebro qꝛ vehe-
mēter replet ipm.i.c.sequēti dixit. Que fuit
etiā Gal.snia in lib.de subtiliāte dieta.c.vl-
timo dicētis. Quecūqꝫ ꝟo vinoꝝ sunt odori
fera ꝛ calidiora alijs vinis merito tāgūt ca-
put ꝛ hec vitare oportet eos q̇ laborāt cepha
lea vł emigranea:ꝛ alios cephalargicos:epi
lenticos ꝛ maniacos:ꝛ in sūma dicēdo oēs q̇
bus patiꝰ caput. Cōcludētes ergo dicamus
cū Hipocrate in tertio regiminis acutoꝝ sic
dicēte. Si dolorē capitis timeas mētisqꝫ ꝑ-
cussionē ab vsu vini tibi sūmopere cauēdum
est:dādū ergo ꝓ eo tātū aquā aut vinū pal-
marū colori simile sine odore aquosuꝫ ꝛ plꝰ
mixtū:post qꝺ etiā aque ꝓpinādū est paruꝫ
ꝙ eiꝰ virtutē minuat in capite ꝛ in mēte. hec
ipse. Idē quoqꝫ de alijs ꝓhibitis a vino su
pradictis itelligēdum esse arbitramur. s. ꝙ
aut aqua aut vino albo planē si aquoso natu
raliter ꝛ artificialiter:ꝛ vt vulgares dicunt
paruissimo vtātur. quare ꝛc̄.

¶ Cap.ccxxxvij. ostēdit qꝺ vinum perfectū
sit ꝛ optimum ꝛ quibus ꝑsonis vtile sit cum
nō supfluum accipitur.

IN superiori capitulo visum est
q̇d sit vinū ꝛ quibꝰ nō cōueniat
hominibꝰ. In hoc aūt ꝯsequē
ter ostēdamus quale vinū in-
ter oīa sit laudatum ab antiq̇s
q̇busqꝫ ꝑsonis tale cōueniēs sit cū imode-
rata sumitur quātitate. Sed iā primū aggre
diētes dicamus cū Auicē. in. iij. primi doct.
ij.c.viij. sic scribēte. Scias ꝙ ex vinis illud
est melius qꝺ inter vetustatem ꝛ nouitatē est
equale ꝛ est clarū qꝺ ad rubedineꝫ trahit bo
num habens odorem equalis saporis ꝛ ꝙ
neqꝫ est acre neqꝫ dulce ꝛc̄. Auerrois aūt in
vij. colliget inquit. Vinū quod melius repe
ritur est aromaticū cuius caliditas penetra-
re pōt per totum corpus qꝺ sit sine amaritu
dine ꝛ stipticitate:ꝛ est illud vinū qꝺ est vino
sum pungitiuū in pricipio ꝛ post delectabi-
le sine aliqua amaritudine ꝛ pōticitate. Que
fuit sentētia Gal. in tertio tegni textu cōmē
ti.ccv. dicētis. Potus aptus est vinum eta-
te quidē mediū forma ꝟo purū:lucidū:in co
lore albū aut subrubeuꝫ: odore ꝟo suaue: in
gustu ꝟo neqꝫ aquosum oīno neqꝫ aliquam
vehemētem qualitatem ostēdens nec stipti-
cam nec amarā neqꝫ dulcē. Tale igitur vinū
optimū inter cetera ab auctoribus cōmēdaꝰ
qꝺ cōueniēs est vnicuiqꝫ vinū et eius potū
requirēti ꝛ ꝑmaxime senibus si in debita su-
matur quātitate:rōne laudabiliū suaꝝ ope
rationū sicut in sequēti capitulo apparebit.
Verūtamen si superfluā ex ipo quātitatem
senes acceperint nō modo eis fiet inutile ve-
rū etiaꝫ ꝑmaxime incōueniēs:cū dicat Isaac
in particularibus dietis. Vinū est cōueniēs
oībus etatibus temporibus ꝛ regionibꝰ ꝛc̄.
Et postpauca subiūxit. Decrepitis autem lꝫ
optimum videatur ad confortanda corpora
eorum ꝛ ad cōfortandum eorum naturalem
calorem ꝛ ad excludēdam suoꝝ humorū sup
fluitatem multo minus tamē ꝙ̄ iuuenes tol
lerāt vini quātitatem ꝓpter defectionē ca-
pitis ipsoꝝ ꝛ suorū neruorū mollitiē. Actio
ergo vini nō eodem modo operatur in seni-
bus ꝛ in iuuenibus ꝛ adolescētibus. In seni
bus eñ ꝭm medicinā qꝛ calor vini repugnat
eorum frigiditati. In iuuenibus ꝟo ꝭm ci-
bum qꝛ natura iuuenum naturis similis est.
Adolescētibus ꝟo ꝛ pueris est ꝭm cibum ꝛ
medicinā:qꝛ calor eorum naturalis lꝫ substā
tialiter sit fortis nōdum tñ est in ꝑfectiōe ꝓ-
pter abūdantiam eoꝝ hūiditatis:ꝓinde vi-
num naturali calori dat augmētum ꝛ nutri-
mētum ꝛ eoꝝ desiccat hūiditatem ꝛc̄. Que
fuit etiā Gal. snia i.v.lib.de regimie sanita-
tis dicentis. Senes ad multū opus habent
vretico vino qꝛ superabundat in eis aquosa
supfluitas. Et infra dixit. Vinū ampliꝰ mo-
rās in ventre nullum familiare neqꝫ vtile se
nibus affert siue fuerit album siue nigrum.
Nigruꝫ eñ vinum senibus nō est vtile neqꝫ
ante cibuꝫ neqꝫ multo magis alio tempore:
qꝛ nullū grossuꝫ vtile est senibꝰ:qm̄ opilātur

ex eis renes ꝛ epar ꝛ splen ꝛc̄. Ratione quo ꝙ aliā adduxit in.vij.affoꝛismoꝝ cōmento vij.cū dixit. Caloꝛ naturalis senū cōgelatus ꝛ extinctus a vino nimio superat:sicut flamma a lignis multis solet extingui:ꝛ lucerna multo oleo sibi apposito. Caueant itaq̄ senes a multa vini etiā laudatissimi quātitate licet ipoꝝ nōnulli lac eoꝝ esse hmōi vinum predicēt. Quibus hac in re nō est fides adhibenda cū: vt predixImus:vinū sit eis magis pro medicina ꝙ̄ pro cibo ꝓpinādum:ꝛ propterea cōtenti sint de tēperata vini ꝛ reliquorū oīm quātitate. Chrisostomū audiētes dicentē in omelia. Nihil ita virtutē designat sicut nō superfluis vti.ꝙ si monitus nostros spreuerint ꝛ ad libitū bibere voluerint: non erit cū eis cōtendendū cum se plus sapere in oībus ꝙ̄ iuniores existimēt. Sed illud tātū diui Augustini ipsis ostendendū est dicētis. Ille se interimit qui ꝑcepta medici seruare nō vult:aut contēnit ꝛc̄. Qui si adhuc in sua permāserint duritie extinctioni ꝓpinque cōmendati relinquantur.

¶ Capitulum.ccxxxviij.ostendit iuuamenta ꝛ vtilitates vini laudabilis in spiritus aīam ꝛ coꝛpus peruenientis.

Iuuamenta ꝛ vtilitates vini iā dicti in superioꝛi.c.si in sufficiēti ac moderata bibat quātitate nemo equidē sine verboꝝ lōgitudine posset demonstrare: ꝛ si minimā etiā illoꝝ partē vellet enarrare ꝙ et mihi non aliter possibile videt esse:vnde veniā a legētib⁹ exposco si ꝑsens:plus ꝙ̄ alia: capl̄m ꝓlōgauero cū intendam declarare ꝙ vtilitates vini nō solū in spiritus ꝛ coꝛpus: sed vsq̄ in aīam ipsaꝫ se extendāt ad eamq̄ perueniāt. Et ꝙ ita sit apparet per Auicen. in.iij.primi doct.ij.c.viij.sic dicentē. Ex potu vini moderato tātū clarificat ingeniū ꝙ̄tum ante alijs vicibus nō clarificaretur. Et in.j.tertij.tract.iiij.c.xiij. Sicut repletio ex vino facta nocet sensibus interioꝛibus valde sic parū ipsius:id est moderatus potus dilatat aīam ꝛ cōfoꝛtat spiritū:ꝛ facit ipsum bonū. Et in tract.iiij.c.xix.eiusdem ait. Cōpletio vini est cōueniēs spiritui ipm cōfoꝛtans. ꝛ in tract.v.c.xj.iterum dixit. Repletio vini valde nocet:sed parū ex ipso sumptū dilatat aīam ꝛ confoꝛtat spiritū:ꝛ acuit ipm:ꝛ excusat a multitudine aque cū multiplicatio ei⁹ sit nociblioꝛ res. Et in.x.tertij tract.ij.c.vj. inquit. Uinū est magis oībus nutritiuū spiritus. In libro quoq̄ de viribus coꝛdis.c.v. sic ait. In bibentibus laudabile vinū leticia multiplicatur intātum aliquādo ꝙ putant sine causa ridere cū tñ non sit ita: sed causa est:quia vinū quādo bibit moderate copiosum generat spiritū moderate cōplexionis ꝛ substātie ꝛ vehemētis luminis ꝛ splendoris:vnde ad leticiā valde disponitur: ꝛ ideirco valde letificat. Et hoc nō solū Auicē. sed Isaac etiaꝫ voluit in particularibus dietis cū inquit. Non solū bonitas vini in coꝛpore ostenditur:sed etiā in aīa operatur:facit em̄ illam obliuisci tristitiā ꝛ angustiam: datq̄ ſibi leticiam ꝛ confoꝛtat eam ad inuestigandā subtilitatē ac difficilem rem eiq̄ tribuit solicitudinem ꝛ audaciam ꝛc̄. Que fuit sentētia Gal.in libro de sequela potentiarum anime ad cōplexionē coꝛpoꝛis.c.iij.dicentis. A tristicia oī ꝛ angustia alleuiat euidēter vinū bibitū: quotidie em̄ hoc experimur. ꝛ zeno vt aiunt dicebat. Quoniā sicut amari lupini infusi in aqua fiunt dulces:ita ꝛ ipse a vino disponebatur. Et postpauca subiunxit. Theogius em̄ dicebat. Uinum cū bibitur multuꝫ malū est. Si ꝟo id aliquis bibat sapiēter nō malū est:sed bonū. Uere em̄ si moderate bibatur digestioni ꝛ distributioīꝛ sanguificationi ꝛ nutritioni multū cōfert: ꝛ cū hoc animā nostrā māsuetioꝛem ꝛ audacioꝛem efficit per mediā videlicet complexionem coꝛpoꝛis qua rursus ipsam operatur per medium humoꝛum ꝛc̄.a quibus sumpsit Rasis cum dixit in.iiij. Almansoꝛis.c.xiij. Uinum stomachum ꝛ epar calefacit:inflationeꝫ quoq̄ dissoluit:cibūq̄ digerit atq̄ vrinam pꝛouocat et ventrem soluit:ꝛ pꝛeter hoc animā letificat ꝛ gaudere facit:hunc autē postremū bonitatis vini modum nōdum inuenimus aliquid ꝙ vicem vini compleat: in alijs autem modis quandoq̄ reperiri possunt quedam vicē vini supplentia:licet in his operationi

bus vino debiliora exiſtant. Vinū itaq̨ ani-
mā letificat. ⁊ iō dicebat Ariſto. in. xxx. pble
matū problemate primo. Oīs vinū multū
bene ſperantes facit. Quantū vo vinū faciat
ad corporis cōfortationē: patet per Raſim
in libro. xxij. continētis. c. ccccxlj. dicentē au
ctoritate Ruffi. Vinū auget caliditatē inna
tam ⁊ eam ſuſcitat: vnde exinde digeſtio erit
melior ⁊c. ⁊ infra ſubdit. Dico ꝙ ſi ī modica
quātitate bibitur impinguat cōualeſcentes
⁊ leſos: ⁊ inducit appetitū cibi: digerit fleg-
ma: deponit aliquā partē colere rubee: ⁊ cō-
tēperat qđ non deponitur: de eo tollit mali-
tiā ipſius: ſolicitat aīaꝫ: ⁊ inducit eā ad mo-
tum: auget prudentiā: prouocat vrinā ⁊ ſudo
rem: infert autē relinquētibus illud triſticiā
⁊ malū animū ⁊ maciē: ⁊ infrigidat corpus
ipſorū: tñ oīs vtilitates hmōi ſunt in mo-
derato potu ipſius ⁊c. Et in fine capli aucto
ritate Alexādri dixit. Vinū bibituꝫ equale:
bonū dabit iuuamentū ⁊ magnū in digeren
do inducendo nutrimento: in generādo ſan
guinē ⁊ nutricationē: leuē facit animū ⁊ ro-
buſtum. Patent ſimiliter iuuamēta vini per
Haliabatē in. v. theorice. c. xxix. dicentē. Vti
litas vini eſt vt cibū deferat: ⁊ ad oīa tranſ-
mittat membra: ⁊ vt corpus paſcat ac calefa
ciat ſanguinēq̨ augeat ⁊ ſpiritū ⁊ calorē cō-
fortet naturalē ⁊ in corpus diſpergat: dige-
ſtionēq̨ adiuuet ⁊c. Et in. c. xxx. eiuſdeꝫ ait.
Vinum eſt inter oportuniores ⁊ meliores q̄
ſanitatem tuētur cauſas: ſi temperato ſuma
tur modo: ⁊ cum opus fuerit naturalem nā-
q̨ confortat calorē ⁊ auget: explicatq̨ in om
nia mēbra: animā cōfortat: ⁊ ei leticiā affert
et gaudium ⁊ inſegnitiem: audaciam virtuti
buſq̨ addit: humores temperat colericos: ⁊
per vrinam purgat ac ſudorem. Temperat
etiam coleram nigram ſua calefactione ⁊ hu
mectatione: naturam mollit: membra hume-
ctat principalia: corporaq̨ quibus ſiccitas
accidit ex immoderato calore: ⁊ ab infirmita
te ſurgentium corpora ſuſtollit ⁊ corpulētat:
auget nāq̨ ciborum appetitum: digeſtioneꝫ
adiuuat eorūdem: ⁊ ad membra tranſmiſſio-
nem humiditatemq̨ ad ea perfert: aque ven
toſitatem diſſoluit ⁊ inflatiōem. Hec omnia
facit ſi in moderata ſumatur quātitate. hec

ipſe. ab his autem princeps videtur accepiſ
ſe cū dixit in. ij. primi ſumma de pulſibus. c.
xj. Vinū ſua eſſentia fortes efficit ſanos: pro
pterea qđ velociter prebet augmētum in ſub
ſtantia ſpiritus ⁊c. Et in. iij. primi doc. ij. c.
viij. Vinū eſt cibo bonus penetrator in toto
corpore incidit flegma ⁊ reſoluit ipm: ⁊ cole
ram rubeā in vrinā ⁊ alijs extrahit: ⁊ coleraꝫ
nigrā labere facit ⁊ facile exire ⁊ eius flectit
nocumētum ꝑpter ꝯtrarietatē ⁊c. Et in. iiij.
primi. c. ij. inquit. Vinū tēperate bibitum in
humectando eſt forte ⁊ rectificat colorē plū-
beū: teſte eodē in pma. iiij. tract. iiij. c. xij. Si
militer Iſaac in vniuerſalibus dietis. c. viij.
ſic ait de ipo. Vinū augmētat calorē natura
lem ⁊ cōfortat: cibus vo fatigat ⁊c. Et in pti
cularibus inquit. Vinū bonū dat nutrimētū
corpori: ſanitatē reddit ⁊ cuſtodit ſi ſic acci-
piatur ſm ꝙ oportet ⁊ quantū natura vale-
bit ſufferre: cōfortat eñ virtutē nō ſolū in ſto
macho: verūetiā ſcđam q̄ eſt in epate. Quare
ꝑculdubio phiſici ꝯcordati ſunt ꝙ īpoſſibi
le ſit actionē vtutis digeſtiue ꝯfortari abſq̨
caloris naturalis fortitudine: neq̨ vllus ci-
bus īuenit aut pot⁹ q̄ adeo ſit naturalis ca-
loris cōfortatiuus ⁊ augmētatiuus: ꝑut vi-
nū ꝑpter familiaritatis cōſortiū qđ cū natu
ra habet: ⁊ quia humanis eſt cōueniēs cor-
poribus eius calor ſimilis eſt calori naturali
atq̨ cito cōuertitur in naturalē ⁊ mūdiſſimū
ſanguinē. vnde Ruffus ait. Vinū nō ſolū cō
fortat calorē naturalē: verū ⁊ turbidū clariſi
cat ſanguinē ⁊ aditus totius corporis: ⁊ ma
xime venarū aperit tenebroſam fumoſitateꝫ
triſticie generatiuā a corde expellit totiuſq̨
corporis mēbra corroborat. Et circa finē ſic
ait. Vinū vniuerſaliter ⁊ temperate bibitum
ſm etatē tempus regionē cōſuetudinē atq̨
naturā ⁊ quātuꝫ natura ferre valebit ſangui
nē laudabilem augmētabit: ꝑpter ſui natu-
ram liquorem calorem ſanguinei aſſimilan-
tem: bonū taporē cibis ⁊ potibus preſtat: ci-
biq̨ deſideriū excitat: libidinē ⁊ coituꝫ irri-
tat: quia vitalis ⁊ animalis virtus per illud
confortatur ⁊ naturalis que eſt in tempore
toto temperatur: vigorem ⁊ fortitudinem ſu
ſcipit: ſtomachum adiuuat ad cibū retinēdū
⁊ ad feces excludēdas: cōpoſitiōes etiā ⁊ cō-

plexiones anime et corporis cum sui odore et mūdificatione regit et corroborat. qđ testat eius actio: qz palam est: nā cōspicimus illud tollere tristiciā et anime puocare leticiam: et mutat vitiū nature anime in virtutes: vertit eni ab impietate ad pietatem: ab auaricia in largitatē: a superbia in humilitatē: a pigricia in solicitudinē: de timore ad audaciam: mentis etiā desidiā et taciturnitatem et ignauiā i astutiā: facūdiā et i ingeniū mutat. Rursus testatur persos et elenos semper vino vti volentes disputare vel cum alio ratiocinari seu consiliū dare ad regendā rempublicam: et cognoscebant qz vinū est mētis confortatiuum et rectitudinis et veritatis demonstratiuū. Eleni quoqz eo vtebātur cū volebāt versus cōponere seu ludere cū instrumētis musicis arti pertinētibus. Qđ experimēto inueniebāt mentē eorū acui vinorū rationē augmētari: et eā in esse de potestate in actū prouchi: hoc v̄o fit cū put oportet bibitur etc. Et per hoc postremū nulla potest inter hec et dicta Platonis superius oriri cōtradictio: ille eni timebat quātitatē superfluā: hic v̄o moderatam intelligit. Ecce igitur quot et quāta sint laudabilis vini iuuamēta. quare etc.

¶ Capitulum. ccxxxix. ostendit quod magnum siue quod plurimum esse vini nutrimentum cum quibusdam alijs eius vtilitatibus.

Licet ex superiori. c. sufficienter intelligi possit quātū sit in corpus nostrū vini laudabilis nutrimentū: ad pleniorē tñ intelligentiā et ad grandiorē vini cōmendationē: superiorūqz dictorū perfectionē dicemus in presenti: quod inter oīa nutrientia et cito restaurantia vinū bonum obtineat principatū. Quēadmodū ex dictis antiquorū colligit. dixit eni Auerrois i. vij. colliget. c. de cibatione et fricatione et balneatione febricitantiū. Uinū et carnes porcine sunt plurimi nutrimēti. et infra in. c. de sincopi et suis particulis: et de oībus accidētibus impediētibus curationē febris inquit. Uinum digestioni citius preparatur oībus alijs cibis et medicinis: ita quod dicitur quod in stomacho non moratur ad digerendum: nisi in epate soluz. qđ sensisse videtur Gal. in. ij. afforismorū cōmento. xviij. dicens in fine. Omniū velociter et subito nutrientium est vinū. et in. iij. libro de alimētis. c. antepenultimo sic ait. quod ex nutrientibus sit vinum oēs confitētur: et si nutriens omne alimētum esse dicendum est: dicendum esse et alimentorū vinū. et in. iij. libro de cōplexionib⁹. c. ij. dixit. Hec qdē res omni cibo cōmunis est: vino autem pprium est sit a corpore permutari velociter: quēadmodum pprium est pingui ligno tede pini et coto et stupe et pici velociter ab igne resolui. et in. c. sequenti inquit. Uinū non est calidū potentia: nisi qz in sanguinē cito pmutatur et facile. et quod ita sit. s. quod vinū plurimū nutriat dedit nobis signū Aristoteles in. xxvij. problematum pblemate. iiij. dicens. Amici vini vt frequenter fortes fiunt. et in. iij. eorūdem particula pblemate primo dixit. Uinū venereos facit: et recte dicitur Bachuz et venerē simul esse qđ pfecto nō esset si plurimū ex vino nutrimentū nō reciperemus. Habemus ergo inter ceteras hanc potissimam et nobis necessariā ipsius vini vtilitatē: et preter hāc alias quoqz quāplures: tēperat eni nostri corporis humores: quēadmodum voluit Gal. in. vij. afforismorum cōmento. lvj. dicens. Uinū tēperatum totum corpus calefacit mēbra perforans: humores temperans: et calorem naturalem excitans. et in. iiij. de regimine sanitatis. c. j. dixit. Uinū super omne illud digerit semicrudos humores et sudores: et vrinā puocat et somno confert. et in libro. ij. de accidēti et morbo. c. iij. inquit. Si vinū sumat tēperate calorem naturalem augmētat qm̄ cōsimile et cōueniens est ei. Et ppterea scripsit Isaac in particularibus dietis. Antiqui assimilauerunt vinum tiriace magne: quia inuenerunt ipm duarum cōtrariarum rerū eē iuuatiuū: calefacit eni frigida et infrigidat calida: humectat sicca: et extenuat humida: eius tamē calefactio et desiccatio est naturaliter: humectatio autē et ifrigidatio accidētaliter: quia cum sui subtilitate et perforatione portat aquam ad membra que necesse est refrigerari et humectari etc. Habet preterea vinū non solum humores temperare: sed etiā ma-

los expellere & bonos consequēter purificare. Quī vt dixit Auicen. in. iij. primi doct. ij. c. viij. Vinū colera abundātibus rubea confert: ꝓpterea ꝙ colerā rubeā vrinā ꝓuocādo expellit: & humidis etiā confert: ꝓpterea q̄ꝛ humiditates maturat: & quantomagis eius odor fuerit bonus & ipm fuerit melius et saporis melioris erit magis cōferens: que fuit Gal. snia in. j. de regimine sanitatis dicētis. Vinū iuuenibus quidē aptū est ad euacuationē colericarū superfluitatū &c. A quo similiter sumpsit Auerrois in. vj. colliget. c. de regimine corporis tēperati dicens. Vinū & ceruisia duabus resistūt coleris & eas a corpore expellūt: melācolie vo a tota specie resistunt: sed colerā rubeā per vrinā educunt: & mēbra humectāt: in quibus siccitas superuenit &c. Ex quibus ergo ꝯcludere possumus vini bonitates & iuuamēta dicētes cū Isaac in particularibus dietis sic scribente. Patet ergo iuuamentū vini aīam & corpus vna cōprehēdere. ꝙ cum ita sit necesse est vt sit conueniēs oībus etatibus tēporibus & regionibus cū sumptū fuerit fm vim & cōsuetudinē bibentis &c. Et post aliqua subiūxit. Palā est ergo vinū esse bonum oībus si fm ꝙ opꝫ accipiatur ꝙ nullus phisicus aliquibus hominibus seu tēporibus laudat: nec vituperat nisi fm quātitatē quā bibūt vel cōmixtionē aque cū eo: q̄ꝛ si multū & purū fuerit conuenit hiemali tempore & in frigida regione. In estate vo calidaqꝫ regiōe vini paucitas multumqꝫ cōmixti necessario congruit.

Capitulum. ccxl. ostendit nocumenta vini aquati: & ꝓprie per commixtionem aque in mēsa cū vino puro: vt veneti pluresqꝫ alij facere consueuerunt.

Quia in calce superioris capli mētionē fecimus de vino cum aqua cōmixto qd̄ i estate precipue videt cōuenire eo ꝙ refrigerat & humectat ꝓpter aquā cū eo ꝯmixtā: tū etiā q̄ꝛ repugnat aereo calori ne pre nimia cōtinētis caliditate siccentur corpa: & hoc q̄ꝛ vinū portat aquā cū sui subtilitate ad totius corporis mēbra & valde velociter: vt Isaac inquit i libro particularīū. Super quo dicto fundatus quispiam facile posset opinari ꝙ quilibet semp & vbiqꝫ secure hoc facere posset: queadmodū quosdam viros fortissimos multe carnis & magni laboris robustorūqꝫ interiorū id in estate sine aliquo penitus nocumēto facere videmus. Qui sic existimans plurimū deciperetur: cuꝫ ita nō sit queadmodū crederet: nec id Isaac voluisse putādum est: immo plerisqꝫ tale ꝯmixtū vinū exhibitū permaxime noceret. Et ꝓpterea in hoc caplo decreuimꝰ duo pcipua declare: quorū primum est qui sint ab hmōi potu prohibiti: & scdm que nocumēta proueniant ex ipso si oīno bibere voluerint. Dicamus ergo ꝙ qui imbecillis stomachi fuerit vel cerebri talem vini cōmixtionē pre ceteris debet cauere: qm: vt dixit Auicē. i. iij. primi doct. ij. c. vinum mixtū velocius inebriat ꝓpterea ꝙ aqueitas penetrat: & facit ipm vinū velocius penetrare: atqꝫ fortiꝰ. que fuit etiaꝫ snia Aristo. in. iij. ꝓblematū particula ꝓblemate. iij. dicentis. Vinū cū aqua tēperatum ꝓpter eius subtilitatē magis inebriat: & propterea qui debile caput habēt in primis debēt hmōi pretermittere. Similiter qui debiliū viscerū extiterint: qm̄ intestinis & stomacho talis potus q̄ plurimū nocet: vt pꝫ per Auicē. in. xvj. tertij tractatu. iij. c. vj. dicētē. Vinū plurime cōmixtionis preparat intestina ad colicam vētosam ꝓprie. Apparet etiā per Gal. in. ij. regiminis acutorum cōmento xxviij. dicentē. Vinū aquatum cōmixtū debilitat stomachum verum bibere quātitateꝫ paruā ex eo est cōueniēs stomacho qui exiccatus est. Et in cōmēto. xxxiiij. eiusdē iquit. Vinū aquatū ꝯmixtū mollificat stomachū: humectat eū: debilitat ipm: & generat in intestinis vētositatē sicut vinū purū facit saltuꝫ in tēporibus & grauitatē in capite & sitim ꝓpter sui caliditatē sic aquatū facit contrariū earum propter humiditatem suam et frigiditatem. Et propterea concludendum est ꝙ qui debilem stomachū aut frigidū habuerit omnino sicut & debilia habentes viscera debet vinum cōmixtum non accipere: sed illud fortioribꝰ medicine gratia derelinq̄re q̄ secure ipso qūqꝫ dicta ratione possunt vti: & pre-

cipue in eſtate ⁊ regiōe calida: teſte Iſaac vbi ſupra. Ipſis eñ has facit operatiōes. Primo nanqꝫ facit eos melius dormire: dicente Auicē. in prima tertij tractatu q̄rto. c. xviij. Vinū plurimum cōmixtū humectat ⁊ dormire facit. Et in. xiij. tertij trac. primo. c. xvj. inquit. Vinū mixtū ſm mediū mundificat: abluit ⁊ ꝯfortat: facit p̄terea ſudare vehemēter preſertim ſi fuerit albū ſubtile multa cōmixtiōe ꝑmixtum: vt idē etiā dixit in prima quarti trac. ſcđo. c. xxxix. Cōfert etiam ad ſedandā ſitim plus q̄ꝫ vinū aut aqua ſimplex: vt voluit Gal. in primo de ſimplici medicia diſtinctiōe. iij. c. vj. cū ait. Si bibat aqua cū vino ſedabit ſitim plus q̄ꝫ ſi bibat ſola: qm̄ vinum adiuuat aquā ad penetrādum ⁊ facit ip̄am ꝑuenire ad loca ad que ſola nō peruenit. His itaqꝫ de cauſis vino cōmixto poſſunt vti q̄ ſtomachū vel iteriora ibecilla nō habuerint ⁊ qui colicā pati vel aliā huiuſcemodi paſſionē ex facili cā nō ꝯſueuerint habere. Quare cōcludamꝰ ꝙ q̄ cū p̄dictis cōditionibus iuuenis fuerit: carnoſus: in media eſtate cōſtitutꝰ arte laborioſus ⁊ potui cōmixto cōſuetus: vt p̄habita cōſequat iuuamēta ſecuriſſime vinum cum aq̄ ꝑmixtū poterit accipe. Qui v̄o diuerſus fuerit minime. Quēadmodū ex prima quarti ⁊ ex pluribꝰ Gal. voluminibus colligi pōt. Ideo ⁊c̄.

Cap. ccxlj. oñdit vtilitates ⁊ iuuamēta vini aquoſi ⁊ ſubtilis naturaliter: ⁊ ꝙ ipſum quibuſdam ſanis ⁊ febricitantibus plus cōueniat q̄ꝫ aqua ſola.

Quia in ſuꝑiori. c. de vino aquoſo artificialiter ⁊ ex tp̄e facto diximus: nunc de naturaliter aquoſo ⁊ ſubtili verba facere intendimꝰ ⁊ declarare ꝙ ip̄m plus q̄ꝫ aqua calidis corporibꝰ ⁊ febricitātibus conueniat: ⁊ ꝓpterea q̄dam ignari medici pecunijs tātūmodo intēti ⁊ nūq̄ꝫ bonum aliquē librorꝫ aperientes loco aque huiuſcemodi vino vti deberēt cū tamē oppoſitū faciant plerūqꝫ ꝑducentes infirmos nō ſolum ad ſtomachi: ſed ad totius corꝑis debilitatē ⁊ virtutis eius ꝓſtrationem. Qui ſi vnq̄ꝫ preſens legerint capitulum facile poterunt ſimul ⁊ errorē ſuū ⁊ dānū egrotantiū intelligere verū ne ⁊ ip̄i nos reprehēdāt dicamus apte ꝙ ſit vinū illud qđ plus q̄ꝫ aquā cōmēdamus febriētibus: nō eñ quodlibet vinuꝫ ſic abſolute ad id approbamus: ſed id tm̄ de quo loq̄tur Gal. in lib. de vinis cum ait. Vinū aquoſum nominānt hoīes id qđ aſſimilant ſm colorē ⁊ cōſiſtentiā aque: diaphanū eñ eſt ⁊ lucidū ⁊ purū ⁊ conſiſtētia ſubtile ⁊ guſtāti videbit nullū fortē ſaporē habere: ⁊ cū cōmiſcet cū aqua non tollerat aq̄ multe mixtionē: vnde ab antiq̄s pauciferū vocatuꝫ eſt. Et iſtud etiam eſt de numero illorū de q̄bus infra dixit. Aquoſa vina inueteraſcunt quoniam faciliter aceſcunt. Cuius vini proprietates ⁊ operationes ip̄e in ſecundo afforiſmorum cōmento. xj. manifeſtauit cum inquit. Vinum aquoſum ⁊ ſubtile atqꝫ album naturaliter eſt aque vicinū ⁊ illius virtuti vicinatur ad nutrimentū: vnde vrinā ꝓuocat nec corpus inde nutritur niſi paruiſſimum. Et in. v. Terapētice. c. ix. dixit. Vinuꝫ aquoſum bibitum vniuerſas mouet excreatiōes. Et in libro de euchimia. c. viij. ſimiliter tetigit iuuamētum eius de vrine ꝓuocatione cū ait. Quecūqꝫ vinorum ſunt aquoſa ⁊ ſubtilia ſm cōſiſtentiam vrinā mouentia pauciſſimū nutrimentū dant corpori. Et infra ſubiūxit. Meliora vina ad vrinationē ſunt que ſubtilia exiſtūt ⁊ caput minime tangunt ⁊c̄. Et propter omnes has cauſas calefactis corporibus ⁊ febrientibus ſunt cōuenientia ⁊ eo magis ꝙ vt Princeps ſcripſit in. x. tertij trac. q̄nto. c. j. Vinū aquoſuꝫ eſt cōfortās virtutē plus q̄ꝫ aqua ⁊ in potu eius ſunt inciſio ⁊ ſubtiliatio. Et in. xiij. tertij trac. primo. c. xxix. Vinum ſubtile declinans ad ſtipticitatem parum tollerans cōmixtionem ꝓpter aquoſitatem ſuā facit penetrare cibū ⁊ viuificat virtutē ⁊ excuſat a potu aq̄ frigide facientis triſtari ⁊ iraſci ſuo frigore. ⁊ in prima quarti tractatu primo. c. xxxix. expreſſius ſic dixit. Vinū album ſubtile cōmixtum eſt melius febricitātibus q̄ꝫ aqua propter illđ qđ eſt in eo de ſudatione ⁊ prouocatione. Et infra ait. Vinum fractuꝫ per cōmixtionē ꝯfert febricitantibus colerice in declinatione p̄ſertim: qm̄ infrigidat ⁊ humectat vehementer.

De natura vini albi planensis.

Hoc quoq̄ sensit Isaac in ꝑticularib⁹ die-tis dicēs. Vinū albū ⁊ aquosum securi⁹ dat febricitantib⁹ cū facile fumo ⁊ sudore egre-diatur. Et post aliqua subdit. Vinū subtile aquosum semꝑ inuenit cū albedine ⁊ clarita te:vñ facile est stomacho:cito eñ digeritur ⁊ venas ꝑforat vrināq̄ ꝓuocat ideoq̄ vtile est febricitantib⁹ q̄r nō fortiter calefacit neq̄ mē tē ꝑcutit:nullū etiā cerebro vel neruis infert nocumētū. Si ꝟo fuerit mixtū erit meli⁹ ma xime ad extinguēdū sitim. Et iterū infra sub iunxit. Vinū qđ est subtile debile insipidū ⁊ nullā sustinēs cōmixtionē min⁹ ceteris cali-dū est facilioris q̄ digestiōis ⁊ cito venas oēs-q̄ corporis penetrat poros ⁊ velociter expel litur:ꝑinde minus est ceteris nutribile ⁊ pl⁹ alijs infrigidat ⁊ calorē ⁊ sitim extinguit et vrinā ꝓuocat ⁊c̄. Istud etiā voluit Auerrois in.vij.colliget.c.de febre efimera in spāli di-cēs. Vina aquosa alba oībus istis.s.febrici-tātib⁹ vtilia sunt si bibere assueti fuerint ita q̄ post digestionē bibant.nā plura habēt iu uamēta q̄ aq̄:nā vinū natationē cibi ī stoma cho vetat:vētositatē resoluit:vrinā ꝓuocat ⁊ sudorē:aīam letificat ⁊ adiuuat naturā ad expellendū suꝑfluitates ⁊c̄.⁊ fuit snīa Gal. in tertio regiminis acutoꝝ cōmēto.x.dicen-tis. Cōueniēti⁹ ex vinis oīb⁹ ei q̄ habet egri tudinē acutā est vinū aquosum: ⁊ hoc vinū est cuius color est alb⁹ ⁊ ei⁹ substātia est sub tilis ⁊ nō ostēdit in eo stipticitas neq̄ pontici tas neq̄ asꝑitas neq̄ dulcedo neq̄ amari-tudo neq̄ vētositas est ei:qđ est q̄r hoc vinū solū inuenitur priuatū nocumētis q̄ ꝓueni-unt ex potu aque ⁊ oī malitia. Qđ reperi in multis locis italie ⁊ asie. hec ipse. Et in.ij. Terapētice.c.iij.dixit. Vinū qđ aquosum est visu ⁊ virtute meli⁹ eñ est q̄ aqua ꝑ oīa digestioni auxiliās ⁊ sudores ꝓuocans.⁊ in q̄rto de regimie sanitatis. Vinū suꝑ oē aliđ digerit semicrudos humores ⁊ sudores ⁊ vri nā ꝓuocat ⁊ somno cōfert.⁊ in lib. de euchi mia.c. vbi supra inq̄t. Vinū aquosum est bo nū ad eductionē que est ex pulmone ꝟtutē ro borās:⁊ humores hūectans ⁊ incidēs mode rate ⁊ febricitātibus ipericulosius dat alijs vinis:etem̄ malicias aque ⁊ vini effugit:mul totiens capitis dolores sedat ꝓpter fientes in ventre humores. Pertranseo q̄ vinū pu-rum subtile nedum aquosum q̄rtanarijs sit cōueniens:testibus Auicē.in pria q̄rti trac. q̄rto.c.xij.⁊ Rasi in.x.Almansoris. ⁊ Auer roi in.vij.colliget. Et igitur quātū febrienti bus sit vinū cōueniēs ⁊ p̄cipue corpore pur-gato ⁊ febre iā declināte:qm̄ in p̄ncipio ne-quaq̄. Considerata tñ cōsuetudine bibendi vinum ⁊ hac nostra frigida regione viniq̄ aquosi: superius etiam in acutis laudati: multitudine deberent hi nostri medici equi uoce:patientibus non acute:vinum tale po tius q̄ aquam coctam vt faciunt concede-re: ⁊ tanto magis q̄ veteres preallegati in calidis regionibus existentes ⁊ vinū bibere nō assueti id potius q̄ aquā calidarum ho-minibus cōplexionum ⁊ acute laborātibus cōdonauerint. quare ⁊c̄.

¶ Capitulum.ccxlij.ostendit naturaȝ ⁊ ope rationes vini albi planensis clari ⁊ subtilis in consistentia.

VT narrationē de vino subtili cō-pleamus de albo ⁊ planēsi vino sermonem faciamus ⁊ naturam eius ⁊ virtutes ostendam⁹ vt eo libenter vtentes ⁊ ipsum pre ceteris sani⁹ exi stimantes intelligant quātuȝ a via deuiēt ve ritatis cum ipsum non solum bibant:sȝ om-nibus alijs tanq̄ melius preciosiusq̄ cōmē dent qui profecto nō cognoscūt q̄ hmōi mi-nime faciat ad sanitatis conseruationem cū parum ad moduȝ ab aqua differat: vt sensit Haliabas in.v.Theorice.c.xxx.cum ait. Vi num albū est aque simile qđ minus reliquis omnibus calidum est.⁊ fuit Gal. sentētia in ij.afforismorū cōmento.xj.dicentis. Vinum aquosum ⁊ subtile atq̄ albū naturaliter est aque vicinū ⁊ illi⁹ virtuti vicinat ad nutrimē tū:vnde vrina ꝓuocat nec corp⁹ inde nutrit nisi paruissimū. Et ī tertio regiminis acuto rū cōmento.viij. Vinū albū est minoris cale-factionis oīb⁹ vinis. Qđ etiā ipe voluit ī ter tio alimētoꝝ.c.antepenultimo di. Oībus vi nis minime nutriūt q̄ alba q̄de colore: subti lia aūt cōsistētia cōsimilia aliqualiter entia aq̄s. Et ꝓpterea dicebat p̄nceps ī tertia p̄mi

doctrina.ij.c.viij. Uinū album ⁊ subtile calefactis est meliꝰ: non eñ capitis efficit dolorem: sed fortassis humectabit: ⁊ dolorē capitis alleuiabit qui ex stomachi ardore prouenit. Et in doc.iij.eiusdem.c.iij. sic etiā inqt. Uinum album ⁊ subtile est pauci nutrimenti ⁊ datur loco aque. Similiter Auerrois in parte.ij.canticorū cōmenti.xxxv. dixit. Uinū albū est melius cui accidit ex potu vini dolor capitis: necnō supercalefactio: est enī ꝓpinquius ex eius nature aque. Et iō princeps Auicen.in textu cōmenti.xxxvij.eiusdē cōclusit. Tempore estiuo sumendū est vinū album ⁊ aquosum eo ꝙ sit subtilitati ⁊ simplicitati ꝓpinquius ⁊c. Huius quoqꝫ snīe fuit Isaac in particularibus dietis cum scripsit. Palā ergo intelligimus vinū album ⁊ nigrum esse minus ceteris calidū: sed albū magis q̄ꝫ nigrū humiditati pertinet pro sui subtilitate ⁊ aquositate sibi dominātē: ⁊ grossitate atqꝫ terrestreitate nigro dñantibus ⁊c. Et post aliqua subiunxit. Nō inuenimus vinū subtile ⁊ aquosum: nisi album ⁊ albedini vicinum: propter hoc albū est subtilius minusqꝫ commixtionem suscipit: est ⁊ sensu facile cito digestiuum ⁊ velociter venarum perforatiuum: ⁊ vrine ꝓuocatiuum: parū tamē nutrit propter suam leuitatem: vnde cito in caput ascendit ⁊ facit ebrietatem cito dissoluendam. Nigrum vo contrarium facit. Et infra sic etiam inquit. Albo vino pertinet defectio odoris ⁊ saporis: nullam suffert commixtionem: ⁊ raro inuenire possumus: vt sit dulce vel pōticum ⁊c. Et quia subtile est debile ⁊ insipidum ⁊ nullam sustinens commixtionem minus ceteris calidū est faciliorisqꝫ digestionis: ⁊ cito venas omnesqꝫ corporis poros penetrat ⁊ velociter expellitur: proinde minus est ceteris nutribile ⁊ plus alijs infrigidat ⁊ calorē ⁊ sitim extinguit ⁊ vrinam prouocat. Ex quibus patet ꝙ tale vinum sit magis febricitātibus: aut valde supercalefactis vtile q̄ꝫ sanis nutrimēto indigētibus et nō caliditatis extīctiōe. Et iō ꝯcludere possumus ꝙ vinū albū planēse ⁊ subtile ꝓprius via medicine q̄ꝫ via nutrimēti vel roboris sit ꝓpinandū: licet oppositū sentiant aliqui delirantes: vt diximus. quare ⁊c.

¶ Capitulum.ccxliij. ostendit naturam ⁊ proprietates vini citrini ⁊ potentis q̄busqꝫ personis ipsum conueniat.

Uulgares vinū citrinum cōmuni quodā nomine albū appellant vi ab altero nō distinguētes: nisi in potentia ⁊ de nominibus parum curare videnť. Nos autē proprius vinū albū esse diximꝰ: qđ superius descriptū est. s. subtile palidū ⁊ nature aque vicinū nullam aut modicissimā sustinens cōmixtionem qualia sunt vina planēsia facta ex vuis albis apud nos patauos q̄ nullius sunt potentie: sed vt plurimū sunt velut aqua. Citrinū vo dicimus vinū lōge predicto potentius qđ in rei veritate citrinū existit in colore: odoriferum atqꝫ potēs sicuti est vinū mōtanū ex vuarū albarū bene maturarū expssione factū: cuiꝰ naturā ⁊ ꝓprietates hoc in.c. intēdimus declarare: vt qui eo delectanť intelligāt ꝙ non ita ad sanitatis cōseruationē faciat sicut ad gulevoracis voluptatē. Dicā ergo de ipo in primis cū Haliabate in.v.theorice.c.xxx. sic scribēte. Uinū qđ est croceū: fortioris est caloris ⁊ robustioris acuminis: citiusqꝫ ad mēbra trāsmittiť ⁊ rubeā parit colerā ⁊ cephaleā: qđ in sanis etiā est verū: ⁊ nō in febricitātibus solū. De quibus locutus est Gal.in.j. regiminis acutoꝝ dicēs. Uinū citrinū ē malū in eo quo indiget ille qui habet febrē: qm̄ est calidū vehementis caliditatis. Et Galie. etiā in.iij.eiusdē cōmento.ix.cū dixit. Uinū citrinū vehemētius ledit caput ⁊ mentē: qm̄ est calidius nigro: ⁊ ꝓpter hāc causam fit ad dens in febribus: qđ est qm̄ cōuenientiora in febribus sunt vina aquosa tantū. a quo sumpsit Isaac in particularibus dietis cū inqt. Citrinū ergo ⁊ glaucū vinū: q: sunt ab extremitatibus. s. albo ⁊ nigro quātū oportet remota ceteris sunt calidiora ⁊ leuiora faciliꝰ q̄ꝫ caput ascendentia: ⁊ magis ipsa percutiētia. Implent eñ caput pungitiuo fumo facileqꝫ cōmouēt ad ebrietatem: sed tñ leuissime dissoluitur: ⁊ talia vina subtilia dicunť propter sue actionis velocitatē ⁊ fortitudinem sue penetrationis: sicut piper: cinamomum: zinziber: ⁊ similia que in suis actiōibus sunt

fortissima:nam subtiliāt humores eorūq; feces mundificant ꝛc̄. Et ꝙ vinū citrinū sit iā dictis simile patet p Gal. in libro.iij. de sim plici medicina distinctione.iiij.c.ij. dicentē. Vinū cuius substātia est minuta subtilis luminosa:cuius color pertinet citrinitati ꝛ rubedini clarū:cuius odor est bon⁹: tolerat ex aqua quātitatē multā:ꝛ ī etate sua antiquuz ꝛ purū est:tunc ipm sanat corpora q̄ infrigidata sunt etiā preter naturā:vt ab opio ꝛ huiusmodi:ꝛ cōfert vltimo iuuamēto. Ex quibus apparet ꝙ complexio ꝛ virtus talis vini sit calida multū.ꝛ ideo de ipso dicere pos sumus cū Isaac vbi supra sic scribēte. Vinū qd̄ fortissimū est ceteris est calidus et fortioris actionis citoq; caput ascendit ac bullire ac feruere facit corporis humores: vnde fumus caput ascendens nocet cerebro mentēq; percutit. Necesse est ergo vt caueāt illud quibus dn̄atur cōplexio calida: nisi multū fuerit cōmixtū:quia si cōmixtū fuerit quantum oportet:ꝛ vt decet accipiatur:ꝛ ſm qd̄ cōuenit etatibus tēpori:regionibus: ꝛ consuetudini est laudabile: quia grossos dissoluit humores:vias venarū de putredine mūdificat atq; putredinē ꝛ sanguinē clarificat: senib⁹ autē ꝛ qui eorū etati vicinātur ꝑpter coadunationē superfluitatis in eorū corporibus fit huiusmodi optimū vinū:maxime si puritati fuerit vicinū:quia eorū calorē cōfortat cruditatēq; abundantiā dissoluit humorū:proinde conuenit quibus collecti fuerint grossi et crudi humores ꝛc̄.hec ipse. Ex quibus manifestū redditur ꝙ maluaticū:vinū grecū:et om̄e vinū montanū magne potentie ꝛ caliditatis quomodocūq; dicatur calidas habentibus cōplexiones bibere nō liceat:nisi forsitan gratia medicine:vt grossos dissoluat humores in stomacho existētes ꝛc̄. Et ꝑpterea in p̄ncipio cibi ꝛ p̄cipue ī hieme eo possunt in modica vti quātitate:in estate ꝟo minime qm̄ calido calidū non est addendū: vt vnusquisq; satis intelligit.quare ꝛc̄.

¶ Capitulum.ccxliiij.ostendit naturam proprietates ꝛ iuuamenta vini rubei ꝛ nigri simul declarando nocumenta vinorum grossorum ꝛ turbidorum.

Compleamus vinorū consideratione ex parte substātie ꝛ coloris ipsorū acceptā dicentes prius de vino rubro cū Haliabate ī.v.theorice.c.xxx. sic scribente. Vinū qd̄ est rubeū ꝛ clarū:fortis est caloris ꝛ siccitatis cito transiens ex stomacho ꝛ in corpore sanguinem generat qui ad acumē declinat:naturalem confortat calorem si conueniens de eo mensura porrigatur. Est quoq; vinum subrubeuz:qd̄ etiam fortis est caloris ꝛ plurimi nutrimēti bonum generās sanguinem si in moderata sumatur quātitate. Et postpauca subiunxit. Est etiam aliud vinum:cuius color est niger qd̄ amplius nutrit eiusq; calor est sub croceo:ꝛ in corp⁹ trās missio tardior. Que videtur fuisse Gal. sententia in.ij.afforismorum commento.xj. dicētis. Grossum ꝟo vinum ꝛ rubeum nutribilius est ceteris implens cito corpora obnoxia inanitioni. Et in commento .xviij. eiusdem inquit. Vina grossa ꝛ rubea nutribiliora sunt q̄ȝ aquosa : sed tamen minus q̄ȝ vina nigra sunt nutriētia. Et in libro.iij.de alimētis.c.antepenultimo similiter ait. Om̄ vinorū q̄ rubea sunt simul ꝛ grossa ad generationem sanguinis idoneissima. In libro quoq; de vinis dixit. Vina rubea ad nutricationez sunt cōuenientia:ꝛ maxime si dulcia : q̄ quib⁹ nutricatiōe indigēt:cōueniētia sunt si aliqd̄ aliud nō impediat. Et iō in libro de dissolutione ꝯtinua talē de eis ordinē posuit cū scripsit. Et nutribilius est vinū rubeū:grossum dulce:ꝛ post hoc nigrū grossum dulce:ꝛ post hoc albū grossum dulce:ꝛ post hoc grossum rubeū asperū:postea nigrū grossuz asperū:ꝛ post hoc vinū subtile ꝛc̄. A quo Isaac accepit cū in ꝑticularib⁹ dietis inq̄t. Vinū ruffuz qd̄ est de vuis nigris : ꝛ aureū qd̄ ē de albis sunt calidiora:qꝛ calor eorū est in tertio gradu atq; sunt ab vtrisq; extremitatib⁹ satis remota stātq; ī media mediocritate. Rubeū ꝟo est in grossitie ꝛ duritie ei vicinū. Idcirco nutribili⁹ est oīb⁹ excepto nigro:parū tn̄ ꝓuocat vrinā ꝛ tarde caput ascendit ꝛ durā facit ebrietatē dissolutionē difficillimā ꝛc̄. De nigro ꝟo ꝛ grosso ꝛ turbido dicam⁹ cū Auerroi ī.iiij.metheoroꝝ ꝯmēto.xlviij.dicēte. Qd̄

vinum in quo est nigredo spissa ꝛ turbiditas vincit in eo terrestreitas ꝛ aqueitas aut alterũ eoꝝ. Et ppterea nõ modo nõ laudaꝛ verũ etiã plurimũ detestatur ab oib⁹. Dixit enĩ de ipso Isaac in loco ꝑallegato. Vinũ terrestre ꝛ grossum oppositũ est subtili ꝛ aquoso: vnde qꝛ grossum est plus ceteris grauat stomachũ: durũ est ad digestionẽ faciendã ꝛ difficile ad pforandas venas vrinã nõ ꝓuocat tardeq; ad caput ascẽdit ꝑpter sui fumi grauitatẽ atq; grossitiẽ. Idcirco nõ facit ebrietatẽ: quod tamen si fecerit nõ cito dissoluetꝛ. Similiter Auicẽ. in pria tertij tract. q̃nto. c. x. inquit de ipso. Vinũ feculẽtũ ꝛ antiquũ et nouũ etiã qd nõ est clarificatũ generat sanguinẽ vaporosum feculẽtũ ꝛ tenebrosũ. Et in tertia tertij trac. q̃rto. c. iiij. ait. Vinũ grossum turbatũ nocet visui ꝛ ꝑpterea est oino fugiendũ. Vinũ aũt nigrũ grossum ꝛ nõ turbidũ nõ est ita vituperandũ imo ad nutricationẽ pmaxime extollẽdũ. De quo princeps in tertia primi doctrina scda. c. viij. dixit. Vinũ grossum qd est dulce est melius illi q̃ pinguis vult esse ꝛ fortis: ab opilationib⁹ tamẽ ei⁹ sibi caueat: vetus autẽ rubeũ est meli⁹ opilationẽ habẽti frigidã ꝛc̃. Et i. xj. tertij trac. scdo. c. viij. Vinũ nigrũ grossum est nutribilius ꝛ magis faciens declinare hũores ad cõtrariũ eius quo fit resolutio ꝛ reducẽs spiritũ in essentia sua ꝛc̃. Et tamẽ ex medicinis inflatiuis vinũ grossum ꝛ dulce ꝑpter grossitiem: vt idẽ ait. in. xiij. tertij trac. v. c. j. Isaac quoq; vbi supra sic de eo scripsit. Vinũ nigrũ grossius est ꝛ durius ad digerẽdũ ꝛ difficile ad penetrandũ viã venarũ ꝛ ad vrinam ꝓuocandũ grossumq; dat nutrimẽtũ pinde tarde caput ascẽdit ꝛ cũ ascẽdit facit fortem ebrietatẽ ad dissoluẽdũ tardũ. Et post multa subiũxit. Vino nigro ptinet grossities liquoris: grauitas odoris: vñ difficile ẽ ad digerẽdũ: tarde ad caput ascẽdit: mł'tũ nutrit: ꝛ venas de grosso sanguine iplet: ad dissoluẽdũ tardũ. vñ Gal. Vidi hoĩes palestrib⁹ ludis vtẽtes hoc vinũ frequẽter ꝛ cõsuete bibere vt ingrossarenꝛ ꝛ fortitudinẽ acciperẽt qd eos ingrossauit ꝛ magnã vim eis tribuit ꝛ dedit eis nutrimẽtũ carni vicinũ porcine: pinde bonũ est si iuuenibus ante cibũ datũ fuerit. Senioribus ꝟo est incõueniẽs ꝛ hoc ante cibũ ꝛ post cibũ: qꝛ ꝑpter defectionẽ caloris naturalis eorũ generat opilationẽ ꝛ in renibus lapides si illo assuescãt. Et postea subdit. Vinũ nigrũ solã habens dulcedinẽ calidius ꝛ nutribilius ꝛ plus ceteris ventrẽ humectat ꝛ vrinã nõ ꝓuocat vẽtositatẽ ꝛ inflationẽ creat ꝛ ex eo nõ fit adeo nocumentum capiti ꝛ neruis ꝑpter sue fumositatis grossitiem ꝛ grauitatẽ: vnde tardius ad caput ascẽdit: ꝛ ꝑpter hoc ab eo tardissime inebriatur ꝛc̃. vnde Gal. Vinũ inquit nigredini ptinẽs nõ habet tantũ caloris quãtũ glaucũ ꝛ citrinũ neq; tantã facit ebrietatẽ. Vinũ ꝟo quod dulce est ꝛ ponticum grossius duriusq; digestioni existit ꝛ magis ventositatẽ ꝛ inflationẽ generat lapidẽ etiã in renibus ꝛ opilationẽ in splene ꝛ epate magis q̃ ceteris: ꝛ vomitum prouocat: ꝛ dolorẽ in capite ꝛ neruis facit. Et post aliqua iterũ ait. Vinũ nigrũ dulcem habens saporem conuertitur in sanguinem: sed tamen sanguis quẽ generat turpidus est ꝛ grossus melancolico pertinens humori. Et ꝑpterea concludere possumus cũ Gal. in quarto de regimine sanitatis dicente. Fugienda sunt grossa ꝛ nigra vina vt cachochimia ꝛ tarde incedentia. Et in quinto eiusdem. Vinũ nigrũ grossum nõ est vtile senibus neq; ante cibũ neq; mł'to magis alio tempore: qꝛ nullũ grossum vtile est senibus: quoniã opilantur ex eis epar renes ꝛ splen. Et in tertio alimẽtorũ. c. superius adducto. Grossa vina sunt magis nutritiua subtilib⁹ vt natura ipsorũ insinuat ꝛ experiẽtia testaꝛ. Et infra. Grossa vina digeruntur quidẽ tardius ꝛ distribuuntur. Et postea. Ampli⁹ nutrimentũ dant corpori: ꝛ sicut ad nutrire sũt meliora subtilioribus sic ad vrinationẽ deteriora. ꝛ in libro de euchimia. c. viij. sic ipe cõclusit. Fugere oportet a grossis simul ꝛ fetidis vinis ꝛ indelectabilibus ꝛ austeris. Que autem delectabilia fuerint grossa ꝛ nigra et non turbida non ita fugienda sunt nisi a senib⁹ ꝛ a timẽtib⁹ opilationes: vt dictũ est.

¶ Capitulum. ccxlv. ostendit naturam ꝛ proprietates vini dulcis simul cum nocumẽtis eius ꝛ iuuamentis.

De natura vini dulcis.

pluuialis est melior omnib⁹ aq̄s dū nō cōci/
piat malū odorē:qm̄ si ꝯcipit infert bibenti
ipam raucedinē vocis tussim ꝛ grauē voceʒ.
ꝛ hoc mō intelligenda sunt ỽba Principis
vbi supra. Et iterū inq̄t.Aqua pluuialis ꝑ
se cōueniēs est ꝛ bona ꝛ oēs bonitates aq̄ in
ea īueniūtur:qꝛ valet ad digestionē:ad ꝓuo
candū vrinā:ad epar:splē:renes:ꝛ pulmonē:
ꝛ neruos:ꝛ tamen nō habet in se vim infrigi
datiuā vehemēter magis hūectat ꝛ putrefit
cito:ꝛ hoc significat superbonitatē ipius:qꝛ
alteratur cito extenuitate eius.Qđ similiter
voluit Haliabas in.v.Theorice.c.xxix.cuʒ
ait.Aqua pluuialis melior omnib⁹ est aq̄s ꝛ
ponderis leuioris suauiorqȝ ꝛ mūdior.Que
fuit sententia diui Hipocratis in lib.de aere
ꝛ aqua ꝛ regionibus dicentis.Aque pluuia
les leues saporate ac lucidissime sūt. primo
nanqȝ sol ab aquis quod subtilius ꝛ leuius
est attrahendo assumit qđ inde deprehendi/
mus:qꝛ id quod graue ꝛ salsuʒ fuerit in suo
modo remanere videmus:sed sol qđ leuius
ꝛ subtilius est nō solū de fluminibus attra/
hit:sed etiā de maribus ꝛ quibuscūqȝ locis
humidis:humiditas nanqȝ in rebus humi/
dis inuenitur necnon ꝛ in hominibus quod
humiditatis subtilius ac leui⁹ est a sole de/
siccari:sic cōprobatur.Si quis enim sedeat
ad solem opertus etiam vestimentis sudat
equaliter.Si ỽo in vmbra inequaliter:quia
est longinquus a sole ꝛ remotus: vnde ꝛ aq̄
pluuiales putrent malūqȝ odorem exalant
quia ex multis cōgregate sunt aquis ꝛ ideo
leuiores alijs putrescere solent ac mutari.
Cum autem sol accipit eas ꝛ in altum suspē
dit frigescunt ꝛ aeri cōmiscentur.Turbiduʒ
ỽo suum quod nigredinem reddit seorsum
in nube seiungitur. Quod ỽo leuius est pur
gatur atqȝ dulcescit: quia quod a sole deco
quitur saporituʒ ac dulce efficitur: ꝛ quia in
aere a ventis colligitur omnis grossities ab
ea remouet:ꝛ ꝓpterea sanis ꝛ infirmis opti
ma existit ꝛ nulla super eam eligatur.

¶Cap.cclviij.ostendit nocumēta ꝓuenientia
ex potu aque valde frigide.

Postq̄ ꝯsideramus aquā q̄tū
est ex ꝑte sue essentie modi sub
stantie ꝛ loci: consequēter de/
bemus eam q̄tuʒ est ex parte
qualitatum considerare ꝛ be/
ne perscrutari si omnis aqua quātūcūqȝ lau
dabilis quomodolibet bibenda sit vel ne.Et
breuiter dicimus qꝛ si per se fontina vel plu
uialis aut queuis alia cōmēdabilis aqua sit
iuuatiua:per accidēs tamē ratione actualis
qualitatis ei cōiūcte potest esse plurimū no/
ciua vt quādo frigida fuerit aut tepida.Qm̄
valde frigida plurimū solet nocere ꝛ si eius
effectus non ita appareat:dicente Haliaba/
te in quinto Theorice.c.xxix. Qui no q̄cunqȝ
aque potū cū niue refrigeratū assidu⁹ sumit
ab eius certe in subsequēti nō liberabit ma/
lo maxieqȝ in senectutis tpe: cui⁹ q̄dē ratio
nem assignat in scđa tertij.c.j.dicens.Aqua
frigida nocet neruis ꝓpterea quia facit eos
deficere a digestiōe hūiditatū q̄ sūt i eis:qua

re in humorē indigeſtū permutāt. Qđ etiam in parte ſcđa cāticoꝝ textu cōmēti.xxvij. expreſſit dicēs. Potꝰ aq̄ frigide neruis obeſt. Et Iſaac in particularibus dietis cum ait. Porro aqua frigidiſſima plurimū eſt neruorū pectoris ꝛ inteſtinoꝝ percuſſiua generatq̧ dolorē in vētre ꝛ ſtricturā in pectore ꝛ omnibus inſtrumētis ſpiritus ꝛ crepaturarum in ſuis venis: quā qui aſſuete biberit incidet in ſpaſmū ꝛ mēbroꝝ dormitationē patiet et tetanū ꝛ epilenſiā: ideoq̧ opꝫ vt cū vino miſceat vt tēperet. Neceſſe eſt ergo oībus naturaliter vel accidentaliter humidas naturas habētibꝰ cauere aquā: ꝙ ſi aliud nō poſſunt miſceāt eā cū aliquāto maſtice: ꝛ coquat ea quouſq̧ ad tertiā vł ad dimidiā partē redierit. Et poſt aliqua ſubiunxit. Aqua frigidiſſima velut nix oībus corpis neruis nocet et ꝛ dētibus: maxime ſenibus ꝓpter defectionē ſuoꝝ neruoꝝ: percutit eñ ſtomachū eorū pectus ꝛ oīa viſcera: generat in inſtrumētis ſpiritus anguſtiā: ſpaſmū: paraliſim: et hec oīa in ſenibꝰ ſunt cito apparētia: pueris ṽo ꝛ iuuenibus nō cito talia eueniūt ꝓ naturali eoꝝ calore frigiditati repugnante: ſed tñ ſi ea aſſueſcāt nocet eis p̄cipue neruī eoꝝ ī hāc īcidūt paſſionē: de qua nullo mō poſſūt euadere ꝛc̄. Hoc idē etiā nō minus ſenſit Raſis in.iij. Almāſoris.c.iiij. dicēs. Aqua cū niue infrigidata vel ex ſe vt hec frigida inuenitur ſtomachū percutit ſi a ieiunis bibatur: ſed epar multū infrigidat quā nulli ieiuni bibere preſumāt niſi calefacti: cōfert eñ eis hoc modo ſi ſup cibo ſit accepta ſtomachū corroborat ꝛ appetitū auget: ex ea tñ parua ſufficit quantitas ꝛc̄. Gal. quoq̧ in. iiij. libro de ſimplici medicina diſtinctione.j.c.ij. ſic dixit de ipſa. Aqua frigida mordicat oculos ꝛ nares ꝛ qđ eſt in hoīe de mēbris: ꝛ mordicat iterum mordicatione nō minore illa partes intrinſecas ſtomachi ꝛ inteſtinoꝝ: que fuit Hipocratis ſentētia in.v. affoꝛiſmoꝝ affoꝛiſmo xviij. dicentis. Frigidū eſt inimicum neruis: oſſibus: dentibus: cerebro: ſpinali: medulle. Et in.xxiiij. eiuſdē. Frigida velut nix vel criſtallꝰ pectori inimica: tuſſes cōmouētia: ſanguinē fluere faciētia ꝛ catarros ꝛc̄. Frigida autē aqua eſt hmōi. Ideo debet vnuſquiſq̧ eā dimittere. Et ꝓpterea dixit Iſaac in vniuerſalibꝰ dietis.c.xj. Frigida vt nix ſunt fugienda: qm̄ ꝛ ſi in corporibus iuuenū ledere nō appareat: tñ nocumentū niuis paulatim ſe adunat: licet ipſi nō ſentiāt: ꝛ exeuntes a iuuētute ꝛ ſubeuntes ſenectutē multos ꝛ diuerſos morbos incidunt q̄ incurabiles ſunt ꝛ diu in viſceribus permanent ꝛ articulis et neruis: nix eñ ſemper mēbra percutit debilia ꝛ multū ſenſibilia. Que fuit Gal. ſnīa in libro de euchimia.c. vltimo dicentis. Iuuenū frigida vt nix bibentiū corpa in p̄ceptibiliter apparent ledere: latens tñ nocumentuꝫ paulatim auctū in precedenti tpe declinante eorū iuuentute inſanabiles egritudines gignit ſm articulos ꝛ neruos ꝛ viſcera. Patit autē citius illa pars corporis quecunq̧ fuerit natura ſenſibilior. Et ꝓpterea bene ꝯcluſit Auicē.in.ij. primi.c. ſepius allegato cum inquit. Aqua tēperate frigida ſanis melior eſt aquis oībus: ipa eñ appetitum excitat ꝛ ſtomachū fortē efficit: vt etiā Iſaac ꝛ Raſis vbi ſupra dixerant. Qua de re frigidiſſima aqua in nulla diſpoſitione vtendū eſt quantumcūq̧ tēpus anni. Cōplexio corporis et ſuſcipiētiſ etas ceteraq̧ alia calida fuerit ꝛc̄.

¶ Capitulum.cclix. oſtēdit ꝙ aqua tepida nec actu calida bibenda ſit: ſicut nec illa que virtualiter calida fuerit: vt ſalſa: ſulfurea: aluminoſa ꝛc̄.

Quia diximus in ſuperiori.c. ꝙ aq̄ valde frigida nō ſit bibenda: poſſet ex hoc quiſpiam opinari ꝙ ſicut aqua frigidiſſima multa facit in corpus nocumenta: ſic per contrariū calida plurima faciat iuuamenta: ꝙ tñ non eſt ita: iuxta prouerbiū. Oīa extrema ſunt vitioſa: neq̧ eñ eſt neceſſariū ꝙ ſi vnum cōtrariorum ſit malum reliquuꝫ ſit bonū: immo pleruniq̧ ambo ſunt mala: non eſt autem ſic de contradictorijs: vt recte ſciunt logici: ſed quia non ſufficit dicere ꝙ ita ſit id per locuꝫ ab auctoritate declaremus. Et primo de aq̄ actu calida. Secundo ṽo de de calida in potentia: ſcꝫ ꝙ neutra illarum ſanis ſit conueniens. Prima quidem non ſolum non cōue

nit:verũetiam plurimũ nocet dicẽte Auicẽ. in.ij.primi doct.ij.c.xvj. Aqua calida digestionem corrumpit ꝛ facit natare cibuꝫ:neqꝫ ilico extinguit sitim:ꝛ quãdoqꝫ ad idropisiꝫ adducit ꝛ ad ethicam ꝛ cõsumit corpus. Et subdit. Aqua autẽ calefacta cum fuerit tepida facit nauseam:et cum fuerit calidior quã hec:ꝛ in ieiuno bibita fuerit multotiens stomachũ lauabit ꝛ ventrem soluet:eã tamẽ frequẽter bibere est malum:quia stomachi debilitat virtutẽ. Illa ꝟo que multum est calida quãdoqꝫ colicã resoluit ꝛ splenis ventositatẽ frangit. Cur autem aqua tepida bibẽda non sit:est quia resoluit ꝛ precipue stomachi virtutem:teste eodem principe in.xvj.tertij tractatu.j.c.iiij.dicente. Tepidum resoluit sicut frigidũ constringit.ꝛ in.j. quarti.c. xxvj. Omne tepidum est mollificatiuum ꝛ resoluit virtutẽ ꝛc̃. Que fuit Gal̃. sententia in ij.terapẽtice.c.v.dicẽtis. Tepida omnia soluunt roburventris. Et in libro.j.de febribus ad glauconem.c.vj. Roburventris facile soluunt tepida. Et propterea cõcludendum est ꝙ aqua tepida nec calida multum bibendã sit:sed moderate frigida:vt in precedẽti.c.diximus. Quantũ ꝟo ad secundã huius capli partem principalẽ dicamus ꝙ aquã virtute calidam in sanitatis conseruatione nequaqꝫ bibere oporteat:licet aliqui vulgariuꝫ aliter sentiant quibus nec in his nec in alijs ꝗ sue non sunt artis: aliquo modo fides est adhibenda:vt per singulas patet discurrẽdo. nõ quidem salsa bibenda est:vt apparet manifeste:qm̃ macrescere facit ꝛ exiccat:licet primitus fluere faciat ventrem propter vim radẽdi que est in ea:postea restringit ventrem in fine propter siccitatem que est in eius natura et corrumpit sanguinem ꝛ generat pruritũ ꝛ scabiem:vt dixit princeps in.ij. primi.c.superius allegato:vbi etiã subiunxit. Aluminose aque similiter non sunt potãde:quoniã menstruorum superfluitatem currere nõ permittunt:neqꝫ spuere sanguinem: ꝛ prohibẽt illud qð de emoroidibus egreditur ꝛ corpora que febribus sũt apta fortiter ad eas perducunt. Ferreis quoqꝫ ꝛ huiusmodi non est vtendum:nisi gratia medicine. Qð etiã sensit Isaac in particularibus dictis cũ inquit. Rursus decet omnes cauere aquam salsuginem vel nitrositateꝫ habentẽ:qm̃ talis aqua corpora calefacit ꝛ desiccat:ventrẽqꝫ accidẽtaliter cõstipat:eius em̃ actio in initio dissoluit humores grossos:ꝛ pungit intestina:vnde fit solutio ventrium:in fine ꝟo vẽtris humectationẽ desiccat:ventremqꝫ accidentaliter cõstipat:eius em̃ actio in initiũ dissoluit humores grossos:ꝛ pũgit intestina:vnde fit solutio ventrium:in fine ꝟo humectationem vẽtris cõstipat eiqꝫ resistit ne ꝑ secessum exeat:sit ergo causa constipandi ventris accidẽtaliter. Qð similiter voluit Rasis in.iij. Almãsoris.c.iiij.cuꝫ ait. Salsa em̃ aqua prius ventrem soluit:postea ꝟo constringit si quis eam cõsuete biberit corpusqꝫ desiccat ꝛc̃. Et in libro.xxiij.continentis.c. cccccccxlvj. auctoritate Gal̃. Ruffi. Ioãnitij. Bimmasui. ꝛ omniũ antiquorum dixit. Aqua salsa mala est ꝛ corrumpens:ꝛ est inflatiua ꝛ tarde digestionis ꝛ ea non possunt vti sani et fortes homines: ꝛ si vtantur ipsa nõ poterit eis nocere:ꝛ ideo est melius vt videlicet acuta ꝛ salsa ꝛ meridionalis ꝛc̃. Parique ratione sulfuree:aluminose:enee:ꝛ ferree:ꝛ huiusmodi neqꝫ eis vtendum est:nisi gratia medicine cum fortiter volumus calefacere:exiccare:abstergere:ꝛ inflãmare. Et propterea errãt sani ad balnea naturalia accedẽtes vt per ea purgẽtur:nescientes ꝙ post quãdam ventris solutionem quã ipsa aqua facit cõstipet ꝛ mẽbra inflãmet:vnde facile postmodũ in febres incidunt ꝛ in ethicam. Et ideo a potu huiusce modi aquarum debent abstinere cum ipse calefaciant ꝛ desiccent valde : ꝛ pro medicina mollificatorũ neruorum ꝛ talium vti debeãt: quẽadmodum dixit Haliabas in.v.theorice.c.xiij. Et similiter Gal̃. in plerisqꝫ locis. Si quis tñ purgatiõe indigebit melius erit ei vt cũ benedictis ꝛ cõsolatis farmacis euacuetur:licet aliqua id fiat cum impẽsa ꝗ͂ retinẽdo pecunias cũ aquis naturalibus ebibitis sanitatem corporis vitamqꝫ qua nihil carius periclitare.quare ꝛc̃.

¶ Capitulum.cclx. ostendit quid decoctio faciat vtilitatis in aquam necessaria pro infirmis ꝛ sanis pluribus.

PRo cōplemento sermonis in hoc libro faciēdi: de aqua placuit mihi in hoc capitulo declarare quid aqua bonitatis recipiat ex decoctione: quantūq3 a cruda differat cū medici quibusdā infirmis ꝛ precipue febrientibus aquā solūmodo coctā iubeāt ꝓpinare. Similiter ꝛ aliquibus sanis vinū bibere nō potētibus eā cōcedūt quod de cruda minime ꝑsumerent. Dicamus ergo cū principe nostro Auicē. in. ij. primi doc. scda. c. xvj. sic scribente. Decoctio rectificat aque malitiam. Aqua eīn cocta sicut testificati sunt sapientes minoris est inflationis ꝛ velocioris descensionis: ꝛ torpidi qđē medicorū existimant ꝙ aque cocte subtile resoluatur ꝛ ipsius remaneat spissum: vnde in coquēdo ipam nō existat iuuamētū: quoniā spissitudinē in aquā augmentet. Scire autē debes ꝙ aqua in sue aqueitatis diffinitione existit ex partibus in subtilitate ꝛ spissitudine similibus quia est simplex: sed nō inspissatur nisi ꝓpterea ꝙ frigoris qualitas super eam ꝑualuit: aut ꝓpter fortē terrestriū ptiuʒ cōmixtionē que ob hoc ꝙ sūt paruissime ab ea nequeūt separari neq3 descēdere in ea: qꝛ non sunt tante q̄ntitatis vt cōtinuitatē aque scindere valeant ꝛ in eā descendere ob multā paruitatē. Oportet ergo vt eis accidat cō mixtio cū substātia aque post hoc decoctio spissitudinē remouet que ꝓpter frigus accidit primo: deinde ptes aque vehemēter rarificat donec fiat subtilioris substātie vt possint ab ea separi ptes graues terrestres in eiꝰ spissitudine retente ꝛ cōstringāt eas descendere ꝛ ꝓpter descēsum ab ea separātur ꝛ remanet aqua pura ꝛ simplici propinqua ꝛ erit illud quod ꝓpter calefactionē fuit separatū homogeneū ei quod remansit ꝛ non lōginquū ab eo: quia cuʒ aqua a cōmixto separaꝛ eius ptes in subtilitate similantur neq3 multum interest inter illud quod subdit ꝛ inter illud quod remanet. Decoctio ergo non subtiliat aquam nisi propterea quia aufert spissitudinem frigoris ꝛ quia facit qđ ei cōmixtum est descēdere ꝛ huius quidē significatio existit: qm̄ cū aq̄ grosse dimittūtur lōgo tpe nō descēdit ex eis res de qua sit curādū: sed cū decoquuntur ilico descēdit ex eis res multa ꝛ fit aqua q̄ remanet ī pōdere leuis et clara ꝛ descēsiōis quidē causa est subtilitas q̄ ex decoctione acquiritur ꝛc. hec ipse. Qđ etiam voluit Rasis in tertio Almansoris. c. iiij. cū inquit. Aqua preterea cocta quousq3 minor reddatur eius substātia minus est inflatiua citiusq3 descēdit. Et ꝓpter hāc cām infirmis ꝛ sanis oībus cōuenientior existit q̄ cruda: ꝛ ꝓpter hoc medici iubent aquam decoqui debere ꝛ non vt aliqui putant vt frigiditatem amittant: sed vt inflationē ꝛ grossitiem ꝛ impuritatem deperdat. Neq3 omnis aqua pro infirmis coqui debet: sed tātū illa q̄ fontis fuerit aut pluuialis aut cisterne mūdeꝛ non diu in ea retente. Et in hoc iuuenes medici animaduertant quoniā astātes aquā putei vt plurimū acciptūt q̄ grossa est ꝛ terrestris ꝛ reprobata: vt supra diximꝰ. q̄ lʒ decoquaꝛ nunq̄ ad eā subtilitatē: puritatē: ꝛ ꝑfectionē deueniet ad quā vna iam dictarum ꝑueniret inde ꝑuenit magna ex pte ꝙ infirmorū stomachi ventositate replenꝛ ipsos sepius eructuare cogente ꝛ debilitanꝛ simul cū omnibus viscéribꝰ rōne grossitiei ꝛ impuritatis facientiuʒ eam diutius in corpore remanere. Et sic de sanis idem qđ de infirmis diximus intelligatur: cum aquā eis bibere fuerit necessariū. quare ꝛc.

¶ Cap. cclxj. ostēdit qđ facere oporteat post cibi ꝛ potus assumptionē: vt bona digestio celebreꝛ ꝛ assumpta nō corrūpantur.

CUm laude creatoris excelsi vsq3 modo descripsimꝰ q̄ ꝛ qualia post exercitiū ꝑ nostri corporis refectione erant necessaria: qđq3 comedere ꝛ bibere ꝑ sanitatis conseruatiōe oportebat. In sequētibus autem scribere ꝛ declarare intēdimus eodē fauēte numine: q̄ post comestionē ꝛ potū fieri debeant ab his q̄ suā corporis salutē manutenere ꝛ cōseruare desiderāt. Dicamꝰ ergo ꝙ nō sufficit ad hoc bona cibaria bonosq3 potꝰ assumere nisi ea bn̄ ac sufficiētissime digererenꝛ. Qm̄ digestio in nutricationē ꝛ nutricatio in vitam est ordinata: vt omnes

phylosophi et medici pariter cōfitent̄.nā dixit Gal.in.v.Terapētice.c.xiiij.Non ex his que transglutiūtur:sed ex his q̄ digeruntur ī stomacho ⁊ epate exhibitio cibi est toti corpori.Et propterea ipse cōclusit in primo li. memirt.c.viij.De bona digestiōe sup oīa curandū est:pcurādū est igit̄ omi ingenio oīq̄ cura ac diligētia vt assumpta reficientia pfecte digerant̄:quod fit qn̄ īfra scribēda obseruata fuerint:quorū primū est:vt cum a mensa discesserimus nō scribam⁹ aut aliquod tale faciamus in faciē procliues:imo erecti deambulabimus suauiter vt paccepta ad fundū stomachi descendant.Et si mihi medicorū minimo non creditur sapientib⁹ hoc idē precipientib⁹ fides adhibeat̄:⁊ primo Rasi in.xxv.cōtinētis.c.j.sic referēti.Dixit tabri post cibū debes ābulare p centū passus declinando in tēperie comestionis sup latus sinistrū ⁊ euitando post cibū lauationē equitationem ⁊ hm̄ōi.Et post multa auctoritate Ruffi hic subiunxit.Ambulatio moderata laudabilior est q̄ fit post cibū q̄ cōfortat sup digestionē prouocat vrinā ⁊ egestionē ⁊ facit hominē penes cenā in sero fieri boni appetitus cibi ⁊ sumptionis ipsius etiā bonā digestionē cibi cene facit:sed motus post cibū vituperabilior est ecōuerso.Hoc quoq̄ Auicen.pcepit in.iij.primi doctrina scd̄a.c.vij. cū ait.Paruus mot⁹ post comestionē cibū in stomacho q̄escere facit ⁊ pprie cū dormiēdi post ipsum volūtas affuerit.Et infra dixit.Inq̄t Ruffus incessus hic mihi placet ⁊ pprie post prandiū qm̄ bonitatē operatiōis cene preparat.Qd̄ etiā innuit Almāsor in libro.iiij.c.ij.dicens.Post comestionem vo a forti motu ac longi tēporis oīno est cauēdū: sicut enim mot⁹ ante comestionē fact⁹ sanitatis est cōseruatiuus:ita post comestionem egritudinis iuenit̄ generatiu⁹.Nō est igitur laborandū neq̄ forti motu corporis aut aīe mouendū:vt inde corpus nō habeat calefieri:qm̄ dixit Gal.in li.vj.de accidētī ⁊ morbo c.j.Nullus est cibus qui nō putrescat si fortem patiatur calefactionē.⁊ Auicē.in loco ⁊ c.pallegat̄ similiter inq̄t.Accidētia aīe horribilia ⁊ motus corporei fortes digestionem fieri phibēt:paulatim itaq̄ incedēdū est donec cibus descenderit.Postea vo q̄escendū oīno:vt calor naturalis in exterioribus mēbris nō occupatus interiora ingrediat̄ ⁊ cibū potiūq̄ nō distractus decoquat.Et ideo scribebat Auerrois in quarto Metheororū cōmento.xj.Effectus augent̄ ex operāte in q̄ete:⁊ ideo ea q̄ fiunt indigent quiete q̄diu fuerint in locis pprijs:⁊ ideo vituperāt ⁊ redarguūt medici motū post cibū.Similiter dixit Rasis in.xxv.cōtinētis.c.j.Debes seq̄ somnū ⁊ quietē cessantibus oīb⁹ motib⁹ post cibū vt cōdominet̄ natura cū bonitate digestionis.Et Auicē.in.xiij.tertij trac.tertio.c. j.inquit.Cibus indiget quiete ⁊ somno vsq̄ quo bona fiat digestio.Isaac quoq̄ in vniuersalibus dietis.c.iij.idē voluit cū ait.Digerunt̄ cibi quiescēdo meli⁹ q̄ si ambulauerit:⁊ p̄sertī cibi dulces aquosi sicut sunt psica:mora:vinū dulce ⁊ similia.Nō aūt hui⁹ ponitur a Rasi in lib.vj.suo⁊ afforismorū sic scribente.Queadmodū res crude absq̄ ignis caliditate ⁊ humiditate nō pn̄t decoq̄: sic nec digestio celebrat̄ absq̄ hūiditate inato calore.In q̄ete aūt ⁊ somno calor nō occupat⁹ in viscerib⁹ fortior redditur.Et iō quiescēdū est post illā modicā ⁊ suauē deābulationē:qm̄ ex forti motu:vt dixim⁹ i.c.xxviij. libri huius corrūperent̄ cibi ⁊ potus in stomacho.Corruptio vo digestionis est mater egritudinū ⁊ origo cronicarū infirmitatū: teste Auicen.in.xiij.tertij tractatu tertio.c.ij. Et propterea concludamus presens capitulum dicentes cum Galieno in quinto Terapentice.c.xiiij.sic scribente.Oportet multā facere prouidentiam in omnibus digestionibus cibariorum propterea q̄ siue fm̄ epar siue fm̄ ventrem infortunium patiantur febres faciunt ⁊ maiorem operantur cachochimiam.Et in libro de euchimia.c.vltimo sic etiam dicente.Maxima est ad cachochimiā ⁊ ad egritudines indigestio frequens siue in euchimis siue in cachochimis cibis fiat ⁊c̄. Quare quiete somno ⁊ omni quo possumus ingenio digestio semper pcuranda est.

¶Capitulum.cclxij.ostendit quid sit somnus et que sit eius necessitas:et que ipsius quomodoq̄ faciat ad bonitatē digestionis.

CUm dictū sit in superiori.c. ꝙ
omni ingenio de digestiōis re-
ficientiū ꝓacceptorū bonitate
sit ꝓcurandū ꝛ somnus vna de
causis bene digerere facientibꝰ
existat: teste Auerroi in scđo colliget dicēte.
Operatio digestiōis est fortior cū homo dor
mit eo ꝙ calor naturalis cū quo operatur na
tura invigilādo in exterioribꝰ: vt det sensum
ꝛ motū reuertit dormiēdo ad partes intrin-
secas corporis ꝛc̄. Consequēter inq̄ de som
no dicēdū est: ꝛ primo declarādo q̇d ipe sit:
que cause eius: ꝛ q̄ vtilitas ipsius. Quātum
ꝟo ad primū dicimꝰ ꝙ si ad poetas accesseri
mus q̄rentes q̇d somnus sit rñdebit Virgi-
lius dicens in.vj.eneidos. Est ꝯsanguineꝰ le
ti sapor. similiter Ouidius scribens. Stulte
q̇d est somnꝰ gelide nisi mortis imago. Tul-
lius quoq̧ in libro de senectute idez sentiēs
dicet. Jam ꝟo videtis nihil esse tam morti
simile q̄ȝ somnū ꝛc̄. Sed si a sapientibꝰ nr̄is
id petierimus audiemꝰ peripatheticoꝝ prin
cipem Aristotelē in libello de somno ꝛ vigi-
lia respōdentē. Somnꝰ est cōuentꝰ ꝛ recipro-
catio naturalis caloris ad interiora.s.ad cor
cū qua est vinculū siue in potentia sensitiui
primi: id est sensus cōis. Similiter Auicen.
in prima tertij trac.iiij.c.j.dicēs. Somnꝰ vni
uersaliter est redditus spūs aīalis ab instru-
mentis sensuum ꝛ motuū ad principiū cum
quo priuant̄ ipoꝝ instrumēta ab exitu opera
tionis in ipsis nisi q̄ necessaria sūt ad hoc vt
vita ꝑmaneat ꝛ illa sunt sicut instrumēta spi
ritus. Et subdit. Somnus q̇dem naturalis
absolute est cuius redditꝰ est cū ꝓfundatiōe
spiritus vitalis ad interiora vt digeratur ci-
bus ꝛc̄. Et in canticis textu cōmenti.xxxvij.
dixit. Somnꝰ est q̇es virtutū aīaliū motiua-
rū ꝛ sensitiuarū. Gal. ꝟo ab Aristotele acci-
piens in tertio lib. de accidēti ꝛ morbo.c.iiij.
dicens. Somnꝰ est passio primi sensus q̇ cō-
munis est ceteris sensibus. ꝛ in.iiij.lib. eius-
dem.c.viij. sic etiam inq̇t. Dicamꝰ virtutem
animatā in somno q̇escere ꝛ naturalem con-
fortari. q̇ð sic possumus cognoscere. Virtus
eñ aīata si fuerit fatigata animali dormien
te confortat̄: maxime stante somnū cibū mo-
derate accipiat. Ab his aūt omnibus Auer
rois in secūdo colliget videtur accepisse cū
ait. Dormire est ligamentū ꝛ q̇es sensuum ꝛ
reuersio ipsorū ab instrumentis eorū ad par
tem intrinsecam corporis: ꝛ iste res per se no
te sunt: ꝛ ꝓpterea transeūt res sensate super
dormientes ꝛ nō sentiūt eas: ꝛ etiam videmꝰ
dormientem oculos habentem aptos ꝛ non
videbit: ꝛ si esset virtus visibilis in suo instru
mēto tūc videret ꝛc̄. Que aūt sit somni neces
sitas ipse declarauit infra dicens. Et somnꝰ
nō aduenit multꝰ aīalibus post laborem nisi
ꝓpterea q: aīalia quando mouent̄ ꝛ laborāt
spargit̄ calor suus naturalis ꝛ diminuit̄ quā
titas sua ꝛ refrigerat̄ ꝓpter q̇ð reuertit̄ de ne
cessitate ad locū sui principij ꝛc̄. Et post ali
qua subdit. Somnꝰ est vna oꝑatio nature q̄
regit corpꝰ aīalis: ꝛ ꝓpterea fuit somnus ne
cessariꝰ in animalibꝰ ꝑfectis: q: nisi esset som
nus periret sensus ꝓpter nimiū exercitiū et
pereūtibꝰ sensibus ꝑiret vita: ꝛ inde est ꝙ ci
trinatur facies dormire nō potentibꝰ ꝛ ledū
tur eorū oꝑationes ꝛc̄. De necessitate etiam
somni dicamꝰ cū Auicē. in secūda primi doc.
ꝛ.c.iij. sic scribente. Jn vita ꝛ sanitate nō est
necessitas absoluta imo ꝓpterea vt spūs ab
impedientibꝰ separet̄ ꝓpter illð q̇ð ei acci-
dit ex lassitudine: aut ꝓpterea ꝙ est ei necessa
riū incūbere ꝓpter digestionē cibi ꝛ ꝓpter-
ea ꝙ nō potest duas res. Somni igit̄ neces-
sitas nō est nisi ex ꝑte alicuiꝰ impotētie ꝛ est
exitus a necessitate naturali. Et in pria ter-
tij.c.vij. dixit. Somnꝰ semꝑ sequit̄ malitiam
cōplexionis hūide laxe aut frigide cōgelan-
tis motū virtutū sensibiliū aut vehemētem
spūs aīalis resolutionē ꝓpter suꝑfluitatem
motꝰ aut ꝓpter impulsionē virtutū ad inte-
riora vt materia digerat̄ ꝛ impellat̄ cum eis
spiritꝰ animalis propter consecutionez quē
admodū fit post cibū. Necessitas ergo som-
ni est virtutis resolute restauratio: ꝛ cibi pre
assumpti digestio: ꝛ defatigati corporis ꝛ sen
suū eius quies ꝛ refocillatio. Que aūt sint
cause somni ex his q̄ diximꝰ apparent. Fina
lis enim est que iam pretacta fuit. Formalis
aūt redditio spūs ꝛc̄. Efficiens aūt virtꝰ re-
gitiua que est in corde: vt inq̇t Auerrois vbi
supra. Et causa materialis est vapor q̇ ascen-
dit a membris inferioribꝰ ad cerebrū propter

aliquam causam generatus ꝑpter cibū scꝫ ⁊ humores in corpore existentes q̄ quādo erit in fine ascensus ingrossatur a frigiditate cerebri ⁊ recipit grauitatem ab alijs humiditatibus ⁊c̄. Hec ipse vbi supra. Et sic apparet quid sit somnus: que eiꝰ necessitas: ⁊ q̄ sint cause ipsius qualiterꝙ faciat ad digestionē vt rubrica capituli ꝑmittebat. Que aūt sint alie ipsius vtilitates deinceps dicemus.

¶ Cap. cclxiij. ostēdit q̄ sint vtilitates ⁊ iuuamenta somni tēperati ꝑuenientis in virtutes aiales ⁊ naturales corporis fatigati.

Quamuis in ꝑcedēti capitulo aliqualiter de vtilitatibus et iuuamētis somni locuti fuerimus: tamē vt ea meliꝰ ac distinctius intelligantur in pn̄ti etiā de ipis ꝑticulariorē faciemus sermonē dicētes primo cum Haliabate in. v. Theorice. c. xxxv. sic scribente. In somno digestionis fit bonitas ⁊ humorū decoctio calor nāꝙ naturalis somni tempore ad ꝑfunda secedit corporis quo cibū digerat: humores bonos disponat: vnde ⁊ digestio ciborū melior fit hieme ex noctuū longitudine ⁊ somni copia. Et post aliqua subiūxit. Moderata somni quātitas cibos digerit: corpus spissat: laborē soluit: animam confortat naturalem: calorꝙ augetur naturalis: humores boni fiunt: membra recreat extensa: mētē clarificat: cogitationem emendat ac visum: cui cōuenit ⁊c̄. Similiter Auicē. in secūda primi doc. scda. c. xiij. dixit. Somnus naturales omnes operationes fortes efficit propterea ꝙ calorē continet innatū ⁊ virtutem laxat animalē ideoꝙ cordis vias humectat ⁊ eas laxat ⁊ quia spiritꝰ substantiā turbidam efficit: id est spissam ⁊ ꝓhibet illud qđ resoluitur. Laxitudinis quoꝙ modos omnes remouet ⁊ fortes retinet euacuationes materie: tamen que ad partem cutis existunt somnus quādoꝙ ad expellēdū eas iuuat ꝑpterea ꝙ calorē interius cōtinet ⁊ nutrimentū in corpore ꝑtitur ⁊ expellitur id quod est iuxta cutē ⁊ sic apparet quod sudorē nō retinet. Et subdit. Cūꝙ somnꝰ materiā inuenit aptam ad digerēdū ⁊ maturandum ad sanguinis naturā eā cōuertit ⁊ calefacit ipam ⁊ transit calor ꝑ corpus ⁊ calefacit corpus calore naturali ⁊c̄. Et in doct. iij. summa de pulsibꝰ. c. xij. dixit. In hora somni calor naturalis constringit ⁊ submergit ⁊ totus hora illa tendit ad occultū ꝑpterea ꝙ ipm aīa mouet ad nutriēs digerendū ⁊ maturandū supfluitates. Et in. iij. primi doct. ij. c. ix. similiter inq̄t. Sōnus tēperatus naturalem ꝟtutē potentē efficit ꝑficiēdi suas operationes ⁊ aīalem virtutē quiescere facit ⁊ in eius substātia augmentū ꝑbet ꝑpterea ꝙ laxat ad ꝓhibēdā spiritus: q̄liscūꝙ fuerit resolutionē: ⁊ ꝑpter hoc digerit cibū. Et infra subiūxit. Sōnus tēperatus est hūectās ⁊ calefaciens: ⁊ est res magis ꝑficiēs senibꝰ: qm̄ in eis hūiditatē cōseruat: ⁊ ꝑpter hoc Gal. cū senex esset comedebat lactucas cū aromatibus ⁊c̄. Que fuit Gal. sn̄ia in. vj. Terapentice. c. ij. sic scribentis. Digerit quidē somnꝰ resoluūt autē vigilie. Et in. iiij. de regimine sanitatis. c. j. dixit. Bene scientes sumus qđ nihil ita digerit eorūꝙ digeri possunt neꝙ malos resoluūt hūores sicuti balneū ⁊ somnus. Et in libro. iiij. de accidenti ⁊ morbo. c. viij. inq̄t. In somno cibꝰ digerit melius ⁊ nō solū in stomacho verūetiā in toto corpore: ꝑ pter hoc monstrat nobis qđ mēbrū in quo rationalis est anima quiescit in somno. in libro quoꝙ de dissolutione cōtinua dixit. Et quādo somnus sequitur cibū reuocat calor naturalis in ipso ⁊ aggregatur in interioribus corporis ⁊ digerit cibum ⁊c̄. Rasis similiter in. iiij. Almansoris. c. iij. scripsit. Somni aūt vtilitas anime aufert laborē eāꝙ reddit subtiliorem atꝙ cogitationem ⁊ rōnē q̄ ebetes erant ⁊ quasi fesse subtiliat ⁊ acuit corporisꝙ fatigationē mitigat ⁊ digestiuā meliorē efficit ac corpus ipinguat. Et in. xxv. continentis. c. j. sic etiam ait. Somnus hūectat in omnibus: non tamen in omnibus dispositionibus calefacit neꝙ infrigidat: verū tamē si sequitur in corpore hūores crudos poterit digere ⁊ abundans fiet sanguis augēdo caliditatem innatam. Et subdit auctoritate Pauli. Somnus prebet quietē virtuti spiritali: subuenit ad digerendū ⁊ coquēdū humores semicrudos: mitigat dolores q̄ ac-

cidit in mēbris: emollit mēbra q̄ extēta sunt per siccitatem: sanat vitia spiritalia: restituit mentē deuiantem: ꝛ humectat corpus semp. ꝛ postea subiunxit. Uerūtamē somni noctis spaciū cōpetens est ad complendā digestionem ꝛ similiter obscuritas noctis inducit ad exequendū somnū ꝓfundum ꝛ inducendum caliditatem. Et hi duo modi cōferūt in digestione ꝛ habet significatio ꝙ nox cōpetat in digestione ꝙ hoīes sequūtur superfluitates nutrimēti semp post somnū noct; : ꝛ summarie somnus debet fieri admodū digestionis ꝛc. Recte igitur dicebat Auerrois in.ij.colliget. Operatio digestionis est fortior cū homo dormit eo ꝙ calor naturalis cū quo operatur natura in vigilando in exterioribus vt det sensum ꝛ motum reuertit dormiendo ad partes intrinsecas corporis. Et ꝓpterea cōcludamus ꝙ dormiendū est post cibi ꝛ pot⁹ assumptionē ꝛ ipoꝝ ad fundū stomachi descensum vt melior ꝛ perfectior celebret digestio qua mediante spiritus ꝛ virtutes corporis aīales restaurant ꝛ naturales corroborētur vt cibi ꝛ potus preassumpti in sanguinē cōuertantur ꝛ minime corrumpātur in ipo ꝙ si consequemur nō paruā q̄dem: verūetiam maximā pro nostre sanitatis cōseruatiōe recipiemus vtilitatem. quare ꝛc.

¶ Capitulum. cclxiiij. ostendit nocumenta somni superflui prouenientia in totū corpus et eius membra.

Posset quispiam ex his que dicta sunt facile sibi persuadere ꝙ cum somnus tot ꝛ tatus afferat corpori vtilitates ꝙ non modo foret vtile dormire: verūetiam optimū ꝓlixius in somno requiescere qui ꝑfecto nō parū deciperet cū defectus ꝛ abundātia ad easdē ꝑducāt differētias: vt dixit Gal.in.iij.tegni. Immo sicut tēperat⁹ somnus iuuat vt scripsimus: sic superfluus valde nocet diuersa ac plurima corpori nocumēta inferēdo: quēadmodū voluit Haliabas in.v.theorice.c.xxxv. dicens. Somnus excedens in tēporis quātitate multū nocet: qm̄ virtutes plurimus eneruat aīales somnus ac debilitat: corpus refrigerat ꝛ humectat atq; in eo flegma augmētat: ꝛ naturales debilitat calorē ipmq; resoluit ꝛ precipue si super inanitionē fiat: dicente eodē vbi supra. Si sit aūt oīno corpus vacuū nec in eo aliq̄d sit ciborū: naturalis cōuertit ad corporis humiditatē calor exuritq; ꝛ ꝯsumit illā: dehinc ipse debilitatur deficiente materia ꝛ refrigeratur corpus ꝛc. Idē quoq; ꝛ clarius sensit Auicen.in.ij.primi doc.ij.c.xij. cum inquit. Cū somnus materiā inuenit aptā ad digerēdum vertit eā ad naturā sanguinis. ꝙ si humores inuenit calidos ꝛ colericos ꝛ perdurauerit eius tēpus calefaciet eos ꝛ corp⁹ calore extraneo. Et si inuenerit vacuitatē infrigidabit ꝓpter hoc ꝙ resoluit aut humorem qui virtuti digestiue sit inobediens infrigidabit ꝓpter illud qđ expāditur de eo. ꝛ subdit. Et sicut vigilie multe cōplexionē corrūpunt cerebri aliquo siccitatis modo: ꝛ debilitant ipm ꝛ cōmiscent rationē ꝛ adurunt humores ꝛ egritudines faciunt acutas: sic somnus multus huius efficit cōtrariū: operatur eñ virtutū aīaliū obtusionē ꝛ capitis grauedinē ꝛ egritudines frigidas : ꝛ illud ē ꝓpter hoc qđ ipe in resolutiōe ꝓhibet ꝛc. Et in.j. tertij tracta.iiij.c.xiiij. sic etiā ait. Dormitio multa in meridie ꝛ vniuersaliter somn⁹ multus nocet multuz memorie. Et in.ij. tertij.c.v.dixit. Spiritus in lōgo somno fit grauior pigrior ꝛ nō fit assiduus in faciendo dilatationē ꝓpter declinationem suā ad interiorē partem. ꝛ in.xiij.eiusdem tract.ij.c.vj.dixit. Nauseatiua satietas qñq; ꝓuenit ꝓpter multitudinē somni ꝛ q̄etis: nā somn⁹ q̄uis cōferat inq̄tū digerit: tñ mot⁹ cōfert inquātū expellit supfluitates expulsiōe. Et somnus q̄dez nocet vbi egent supfluitates expulsione sicut vigilie nocent vbi indiget materia digestione. Et in cātica textu cōmenti. cxxxix. inquit. Si somnus multum prolongabitur replebitur caput humoribus. Et in sequenti textu subdit. Somnus humectat corpora et relaxat et extinguit calorem viuificantem ipsa. In cuius commento dixit Auerrois ꝙ hoc intelligitur de multo somno : quoniam multus somnus extinguit calorem quo virtutes viuunt et existunt: et hoc quia

de natura quietis ⁊ coopertionis eſt extinguere calorem. Ignis eñ extinguit ⁊ ſuffocatur cũ multũ ⁊ perfecte tegit. Et in parte. ij. cãticorũ textu cõmenti. xxviij. ſic quoq; ꝑcepit Auicẽ. Non ꝓlongetur ſomnus: q̃m hoc obeſt aĩe: nec etiã vigilie: q̃m ĩde debilitabit ſenſus. in cuius etiam cõmento Auerrois ſic ſcripſit. Nõ ꝓlõget ſomnus: q̃m lenteſcit q̃dem vita ⁊ tenebroſa efficitur extinguiturq; inde calor eius ſicut extinguit ignis in cineribus multum coopertus. Et in libro. vj. ſui colliget ait. Q̃ñ ſupfluit ſomnus calorẽ extiguit naturalẽ: ⁊ corpus inducit ad tumidam diſpoſitionẽ. Que fuit Ariſto. ſnia in. ij. problematũ ꝓblemate. xxx. dicentis. Multo tẽpore dormiẽtes minus colorati ſunt moderato tp̃e dormiẽtibus: ſuffocatur eñ dormiẽs. Et in. xj. eorũdẽ ꝓblemate. xij. dixit. Ex ſomnis autẽ grauiores ſumus qḋ ex ſuperfluis debet intelligi. Et ꝙ ita ſit apparet per ip̃m in. xxvij. ꝓblemate eiuſdẽ dicentẽ. Somnus ſuperfluus corpa tardiora facit. Raſis quoq; in. iiij. Almãſoris. c. iij. hoc idẽ voluit cũ ſcripſit. Multũ autẽ dormire corpus deſiccat ac tenerũ efficit: flegmatis quoq; multitudinem in eo creat ip̃mq; infrigidat. Qḋ in corporibus groſſis ac pinguib⁹ ꝑcipue operatur. Et in libro. xxv. cõtinẽtis. c. iij. auctoritate Gal. Sõnus moderatus generat ſanguinẽ laudabilẽ: ſed excedẽs modũ debituz in equalitate corrumpit humores. ⁊ poſtea ſubiunxit. Sõnus abundãs emollit corpus: ponderoſum reddit caput: quia corpus replet de humiditate calida: ⁊ emollit virtutez vnde cõgregabunt in corpore ſuperfluitates vaporoſe. quare ⁊c̃.

¶ Capitulũ. cclxv. oſtẽdit ꝙ nõ ſit dormiendum ſtomacho exiſtente vacuo: ſilr̃ nec ilico poſt cibum aſſumptũ ſicut nec in meridie.

SAtis ex precedenti capl̃o intelligi poteſt ꝙ nõ ſupflue: ſ; moderate dormiẽdũ ſit: in qua autẽ hora nõdũ expreſſimus: ſ; id in p̃ntiarũ oñdemus. Q̃m nõ ſufficit rem aliquã bonaz eſſe itelligere: ſ; q̃ñ conceſſa ſit ⁊ laudabilis ſcire oportet. Multa nãq; inueniũtur in vna hora fore optima que in altera maxime nociua exiſterent: vt ſupra diximus de exercitio: ꝙ tẽpore cõplemẽti primarũ digeſtionũ laudabatur: ⁊ tẽpore repletionis erat ꝓhibitum. Sic ⁊ de ſomno querere contingit qua ſc; hora dormienduz ſit cũ dicat Auicen. in. iij. primi doct. ij. c. ix. Sani debẽt obſeruare vt ſomn⁹ eis tẽperate exhibeatur ⁊ in ſua hora ⁊ non ſupflue: que autẽ ſit talis hora ipſe non expreſſit. Et propterea querẽti que nã hec hora ſit reſpondebimus dicentes. Primo ꝙ non hora inanitionis ⁊ ieiunij dormire debeamus: cũ dicat princeps in. ij. primi doct. ij. c. xiij. Si ſomn⁹ inuenit vacuitatẽ infrigidabit ꝓpter hoc ꝙ reſoluit aut humorẽ qui virtuti digeſtiue eſt inobediẽs infrigidabit ꝓpter illud qḋ expãditur de eo. et in. iij. primi doctri. ij. c. ix. inquit. Amplius ſup vacuitatẽ dormire eſt malũ ⁊ virtute deijciẽs. Qḋ ſimiliter voluit Raſis in. c. iij. libri. xxv. cõtinentis dicẽs auctoritate Ruffi in queſtionibus epidimie. Sõnus longus ſi ſequit cibũ augebit in caliditatẽ innatã ⁊ impinguat corpus. Sed ſi ſeq̃tur exercitiũ aut balneũ aut euacuationẽ et ſummarie in diſpoſitione illa in qua corpus nõ ſequit nutrimẽtũ: diminuet caliditatẽ innatã ⁊ macrefaciet corp⁹. Et dixit Ioãniti⁹. Et quotiẽs ſequit ſomnus corpus carẽs nutrimẽto aut humore crudo aut caliditatem igneã: tũc infrigidat corpus extiguẽdo caliditatẽ innatã. Cuius quidẽ ratio in prõptu eſt: q: cũ calor naturalis cibũ nõ habeat quẽ digerat ⁊ cõſumat vertit ſe ſuper ſanguinez ⁊ carnẽ ip̃a reſoluẽdo: ⁊ ꝓpterea ieiunantes calidi ſtomachi nihil in veſperis accipiẽtes macilenti ⁊ calidi fiunt. Nõ ſic autẽ qui frigide fuerint cõplexionis ⁊ flegmatici ⁊c̃. Neq; eſt ilico poſt cibũ aſſumptũ dormiendũ ante q̃; deſcenderit cibus ad fundũ ſtomachi: huiuſmodi eñ hora oĩno eſt inconueniens ad dormiendum: dicẽte Auicen. in. iij. primi doctri. ij. c. vij. Non ilico poſt comeſtionem eſt dormiendum cibo natante. ⁊ in. c. ix. eiuſdez. Melior ſomnus eſt ille qui prouenit poſtq̃; cibus a ſuperiori ventre deſcenderit et poſt quietem eius qḋ forſitã ſequitur ipſuz ex inflationibus et rugitib⁹: quoniã dormire ſup

hoc multis impedit modis ⁊c̃. Et subdit. Quapropter si descēsus tardauerit parūper incedere debet ⁊ postea dormiat. Et iterum postea subiunxit. Sup repletionez dormire est malū anteq̃ a superiori vētre fiat descensio. Et in. iij. tertij trac. primo. c. v. dixit. Sōnus super repletionē ⁊ cenaz est res nocibilior oculo imo oportet illū qui invisu habet debilitatē expectare donec digestio fiat. i. fieri incipiat deinde dormire. Que fuit Rasis snīa in. iiij. Almāsoris. c. iij. dicentis. Oportet vt tādiu post comestionē aliquis se a somno abstineat donec cibus ab ore stomachi descendisse atq̃ inflatio ⁊ grauedo minui atq̃ inferius mergi sentiant quod tardet non incōgruū est vt pua iuuetur deābulatione donec descēdat. Ante vero hos oēs Gal. hoc preceperat in libro de dissolutione continua dicēs. Aliquādo est mēbrū debile vt stomach⁹ ⁊ natat in ipso cibus ⁊ nō iniungas somnuz donec descēderit cibus de stomacho aliquo descensu nec donec deueniat in fundū stomachi ⁊ ante p̃cipias eū moueri parū sicut memorauimus iam. hec ipe. Obseruādū est preterea ꝙ in meridie: nisi consuetudo cōtradixerit: nō dormiatur. Q̄m vt dixit Auicē. vbi supra. In die dormire malū est: generat eñ egritudines humectātes ⁊ reumatismos et corrūpit colorem ⁊ generat splenem ⁊ laxat neruos ⁊ efficit pigritiā ⁊ debilitat desideriū ⁊ generat apostemata ⁊ febres frequēter. Et ex causis suorū nocumētorū est vt cito interrūpatur ⁊ naturā ab eo in quo erat stupidā reddat. Et in pria tertij tract. tertio. c. xiiij. ait. Dormitio multa in meridie ⁊ vniuersaliter somnus multus nocet multū memorie et proprie super repletionē plurimam. Rasis quoq̃ in. xxv. continentis. c. iij. dixit auctoritate Pauli. Somnus diei non est tante vtilitatis quia nō potest tātum spaciū sequi quo possit digestio cōpleri: ⁊ quotiens inciditur somnus ante perfectā digestionē sequit oximia cū repletione ventris de ventositatibus. Et saltem longa erit ⁊ pōderosa dispositio cōdominabilis ⁊c̃. hec ipse. Ex quibus colligi potest que sit hora conueniēs ad dormiendum scilicet post cenam ⁊ non post prādium ⁊ non nisi postq̃ cibus ad fundum stomachi descenderit ⁊ post suauem deambulationem: vt in superioribus ad plenum diximus. quare ⁊c̃.

¶ Cap. cclxvj. ostendit quomodo accubandū vel dormiēdū sit an supine. s. vel sup latera ⁊ super quod ⁊c̃.

CUm plures decubitus forme in dormitione reperiant: pclivis: supina: sup vno laterum: equalis ⁊ cū capite eleuato: nō erit inutile ad sanitatis cōseruationē ⁊ ad meliorē pficiendā digestionem intelligere: que harū manerierū sit laudabilior ⁊ que corpori conuenientior ⁊ a medicis magis approbata. Et ppterea dicamus cuz nostro Conciliatore in differentia. cxxiij. sic ad hanc petitionē respondente. Si quis habuerit lubricū ventrē oportet eū sup sinistrū latus iacere ⁊ dormire: si aūt cōstipatū sup dextrū est accubandum. Et si quis habuerit epar calidū debet cauere ne sup dextrū lat⁹ dormiat. Qui vero stomachū frigidū super sinistrū. Et demū concludit ꝙ super dextrum parū est dormiendū: sup sinistrū vero multum vt inde perficiatur stomachi digestio: qua pfecta iterū sup dextrū est recūbēdū: que fuit snīa Auicē. in. iij. primi doc. scda. c. ix. dicentis. Sed ex figuris somni melior est vt super dextrū incipiat latus ⁊ deinde ad sinistrū reuoluatur: qd si ei⁹ inceptio sup ventrem fiat auxiliū fert sanis magnū in digerēdo ppterea qd calorē retinet naturalē ⁊ ipm cōprehēdit. quare auget ⁊c̃. Et in. c. regiminis ei⁹ qd comeditur ⁊ bibit dixit. Oportet preterea vt post comestionē primo sup dextrū latus dormiat pauco tpe: deide sup sinistrū reuoluat: postea reuoluat se supra dextrū: ⁊ debes scire ꝙ multis cooperiri pānis ⁊ ceruical eleuare ex illis existūt que in digerendo iuuāt. Et ad vltimū quidem vt mēbrorum situs ad inferiora sint declinantes ⁊ nō ad superiora. et in. xiij. tertij trac. iij. c. v. similiter iquit. Dormire super latus sinistrum est maximi iuuamenti ad digestionem perficiendā ppter cōprehensionem epatis supra stomachum: sed somnus supra dextrum est causa velocitatis

descẽsionis cibi. Est etiã obseruãdũ vt dixit Almansor in lib.iiij.c.iij.ne de vno latere ad aliud sepe voluatur: tardat eñ inde digestio atq; inflatio ⁊ rugitus sentit. Oportet itidẽ vt puluinar sit altũ: ⁊ precipue si cib⁹ nõdũ ab ore stomachi descẽderit: sufficit eñ vt ter fiat reuolutio⁊ non pluries: vt dictũ est. Qd etiã in.xxv.cõtinẽtis replicauit cũ in.c. eius prio dixit. Post comestionẽ qlibet dormiat super latus dextrũ modice: deinde cõplẽdo somnũ super lat⁹ sinistrũ. Et nulla fiat reuolutio abundans in lecto eo ꝙ excitat vẽtositates ⁊ occursum pbet super digestionẽ ⁊c̃. Et postea subiũxit. Pars inferior corpis in somno debet esse declinatior ⁊ nulla supabũdãs fiat reuolutio in lecto ne reuoluat cibũ in ventre de vno loco ad aliũ corrũpendo digestionẽ: que fuit sñia Aristo. ad Alexãdruz sic scribentis. Dormi tẽperate primo super dextrũ lat⁹ vna hora: deinde sup sinistrũ ⁊ illic pfice dormitionẽ. Volũt itaq; oẽs auctores vt sup latera dormiẽdũ sit ⁊ nõ sup dorsum vel resupine: vt pleriq; faciũt nesciẽtes qd Princeps voluerit in.iij. primi doc. scda. c.ix. cũ ait. Resupine aũt dormire est maluz ⁊ ad malas preparãs egritudines sicut apoplexiã frenesim ⁊ incubũ: qm̃ superfluitates ad posteriora declinare facit ⁊ retinẽtur ⁊ p suos nõ incedunt cãnales naturales q̃ sunt ab anterioribus sicut nares⁊ palatũ: ⁊ talez somnũ incurrere solent infirmi ⁊ debiles ꝓpter illud qd musculis eorũ accidit ex debilitate ⁊c̃. Qd non minus voluit Gal. vt testatus est Rasis in.xxv.cõtinentis.c.iij. dicẽs. Dormitio facta supine sup dorsum suũ conseruat superfluitates cerebri in ventriculis eius: ideo nõ debent somnũ abundãtẽ sequi dormiendo supine super dorsum laborans apoplexia aut si paratus fuerit eaz pati aut epilepsiam. Et dixit in alio loco. Non debet dormire super dorsum laborans catarro descendẽte de capite: q? tunc leuẽ ingressuz ei⁹ facit induci ad cannale pulmonis. Et alibi etiam dixit. Dubitãdũ est sup dormiẽtẽ tota nocte supine super dorsuz ne cito inducatur ad apoplexiaz⁊ epilẽsiam: q? superfluitates cerebri nõ manabunt tũc sed ventriculi eius replebunt de eis. ⁊ subdit. Dico ꝙ est forma dormitionis mala valde penes repletionem cerebri ⁊c̃. Ecce igitur ꝙ grande periculũ sit dormire super dorsum ⁊ causa multarũ infirmitatũ ⁊ incubi pcipue sepenumero ex tali decubitu prouenientis vt certissima scio experientia ꝙ mihi puero ex tali causa sicut ⁊ adultis pluribus accidit.

¶ Cap.cclxvij. ostendit quid sit vigilia ⁊ ꝙ temperata conueniat sicut superflua maxime noceat.

Quãquam ea q̃ dixim⁹ de somni vtilitate sufficere deberent ad intelligendũ quãtũ moderate dormire sit vtile. Tamen pro amplio⁊i noticia ipsius volumus ⁊ de vigilijs que somno opponũtur aliqua breuiter declarare: vt oppositum magis intelligatur per suum oppositum: teste philosopho in. iij. de aĩa textu cõmẽti.xxv. Dicamus ergo cum Auicen.in.j.tertij trac. ⁊.c.iiij. sic scribente. Vigilia est dispositio cũ affunditur spiritus animalis ad instrumenta sensus ⁊ motus vt eis vtatur. Sarra autẽ superfluitas invigiliaz egressus a re naturali. ⁊ in canticis textu cõmẽti.cxlj. Temperata vigilia excitat valde sensus ⁊ disponit vires ad exercendũ operationes suas ⁊ cũ hoc mundificat corpus a fecibus ⁊ superfluitatibus. Et sic tẽperata ⁊ non superfluens cõmẽdatur sicut superabundans minime. Et qd ita sit apparet per Auicen.in.ij. primi doct. scda.c.xiij. dicentem. Cũ vigilie sunt multe cõplexionẽ corrumpunt cerebri aliquo siccitatis modo ⁊ debilitant ipsuz⁊ cõmiscẽt rõnem ⁊ adurunt hũores ⁊ egritudines faciũt accutas. Et infra subiunxit. Vigilie desiderium augent ⁊ famẽ efficiunt propter illud quod de materia resoluũt si de digestiua minuunt ⁊ propter illud quod de virtute resoluunt. Et in.j.tertij trac. quinto.c.xj. Superfluitas vigiliarum resoluit spiritum ⁊ debilitat euz ⁊ cũ hoc replet cerebrum vaporibus. Et in.xj. dixit tertij tract. primo.c.v. inquit. Vigilie ⁊ exercitium scilicet superflua debilitant cor cuz resolutione. ⁊ in.xiij.tertij trac. secundo.c.xij. Vigilie superflue commouent

famem. z appetitum vehementem z in canti cis textu cōmēti.cxlij.sic etiā ait. Ex lōga vigilia cōtingit expergefactio z in somnietas generās anxietatē z angustiā anime: ipsa enī dissoluit spiritus z corpora sedat z corrūpit splendorē z claritatē corporis z colorē eius z ꝓfundat oculos nocetqꝫ digestioni z mentem tollit z infrigidat corpus. q̄ fuit sniā Almāsoris in libro.iiij.c.iij.dicētis. Vigilie ꝯo multe calorē incendunt: ac formā corrumpūt corpusqꝫ desiccant atqꝫ colerā rubeā in ipso augmentāt. Qđ precipue operant cū corpora sunt macra. Oportet itaqꝫ vt aīa vigilare nō cogat cuꝫ dissoluta z stupida fuerit neqꝫ ad dormiendū incitetur cū excitata atqꝫ subtilis z acuta fuerit motusqꝫ leues z sensus fortes. a quo sumpsit Auerrois in.vj.colliget cū ait. Quādo vigilie exuberant corpus desiccant z calorē dissoluūt naturalē z calorem accidētalē incendunt. q̄ quoqꝫ fuit Gal. sententia in.j.terapētice.c.vj.dicentis. Siccant enī totius corporis habitū vigilie: z propter hoc sunt nociuissime his qui ꝺm siccitatem egrotant. z in cōmento.lvj.ij.regiminis acutorum super illo Hipocratis verbo. Multe vigilie faciunt contra cibi potusqꝫ digestionem zc̄. Inquit de aptitudine vigiliarum: est vt resoluant corpus et exiccent ipsum. et in.iij.tegni textu commenti.xlvj. dixit. Vigilia exiccat corpus: eius ꝯo oppositum humectat. Ex quibus omnibus clarissime patet quantum superflue humano corpori noceant vigilie. Et propterea concludamus in vno verbo cum Hipocrate in.ij. affoꝛismorum affoꝛismo.iij.dicente. Somnus et vigilia vtraqꝫ modo magis facta maluꝫ: dormiamus itaqꝫ et vigilemus temperate plus tamen et minus vt etas complexio tempus anni qualitas et quantitas cibi preaccepti z talia huiusmodi requirunt ꝙ qui fecerit a nocumentis ex somni et vigiliarum superfluitate prouenientibus securus erit: vt satis ex dictis est manifestum.

¶ Capitulum.cclxviij.ostēdit quid sit somnium: que cause eius: et quid de ipso hoc in loco considerandū: licet somniatis minime sit credendum.

Quia in somno plurima et extranea sepenumero somniamus de quibus nunqꝫ etiaꝫ cogitauim⁹ quēadmodū nobis euenit plerūqꝫ qđ volare videmur super terrā sicuti hirūdines faciunt. Qđ quippe somniū nostre cōplexioni cōnaturalissimū existit: vt ex dicendis apparebit. Solent ex his inquā nōnulli pertimescere adeoqꝫ sibi aliqđ malū facientes auguriū dubitare vt firmiter credant infortuniū sibi parari: z inde qūqꝫ per multos dies tristantur. Propterea mihi videtur aliquid de hac materia somnioꝝ dicendū esse: tuꝫ vt ipsi suis hmōi fantasijs fidē deinceps nō adhibeant: tum etiā vt intelligāt quomodo somnij qualitatē z nō rem ipsam somniatam debeant cōsiderare: vt sciāt ex hoc qualiter corpus eorum dispositum sit: z quibus egritudinibus preparatum: vt se valeant ab illis precauere: sed anteqꝫ ad hec descēdam⁹ declaremus ꝙ sit somniū z que cause ipsius vt dicenda clarius patefiant. Dicimus ergo cum Petro padubanensi in.xxx. problematum cōmento vltimo sic scribente. Somniuꝫ est passio causata ex motu in fantasia facto. vel melius. Est fantasma factū a motu simulacroꝝ dormiētis in eo qđ dormit qđ a multis fit causis: z ꝫ hoc diuersa sortitur noīa. fit enī quādoqꝫ a superabundātia aliquoruꝫ humorum in corpore existentiuꝫ per qđ quidem medici conicturāt multa sicut infra dicemus. Causatur etiaꝫ somniū propter motus et operationes: de quibus multum fuit anima solicita in vigilia z vehemēter eis intenta: ita qđ nocet duꝫ dormit quiescētibus motibus exterioribus non adhuc motus qescit interior factus in fantasia in qua forme apprehense retinentur a virtute imaginatiua eas diuersimode componēdo modo quidem sentitur minus: tunc autem magis eo quod maior motus obscuret et dissoluat minorem sicut dicitur in libello de sensu z sensato. z in quinto de generatione animaliū. et in de somno et vigilia. iij. Unde in eodem dicitur. Fantasmata quedam esse causas propriorum vniuscuiusqꝫ actuum nō est irrationabile. Et tale siquidem somniū potest animale nominari cum causetur a motu

po. vbi supra. et in secũdo affoꝛismoꝛũ affo-rismo quarto cũ ait. Non plenitudo neqꝫ in-digentia sunt bona quecũqꝫ plenitudo fue-rit illa. vnde Gal. in secũdo Terapentice di-stinctione secũda. c. vltimo dixit. Cũ equali-ter sibiinuicẽ aucti fuerint humoꝛes multitu-do hec plectoꝛia nominatur. Cum aũt iã xã-ta colera vel nigra vel flegmate vel serosis humiditatibus plenũ factũ fuerit coꝛp⁹ ca-chochimiã ⁊ nõ plectoꝛiam vocãt talẽ dispo-sitionẽ. Et in lib. de euchimia. c. j. dixit. Qui nõ sunt insensati bene perpendũt ꝙ magnaꝫ habeat cachochimia virtuteꝫ ad egritudinũ generationẽ: sed iam magis in pꝛoposito di-camus de plectoꝛia tãtũ de qua in hoc capi-tulo intendimus cũ Auicen. in secũda pꝛimi doc. secunda. c. vj. sic scribente. Ille in quo multitudo exuberat humoꝛũ in hieme pꝛo-pter eius gulositatẽ ⁊ exercitij eius quietatẽ sit in vere egritudinibus aptus. In tertia ꝗꝫ pꝛimi doc. secũda. c. vij. inquit. Uehemẽs re-pletio in qualibet dispositione est pernecabi-lis quod nanqꝫ homines superflue se reple-uerunt ⁊ suffocati interiere. que etiam senten-tia colligi potest ex verbo illo Aristotelis in pꝛima ꝓblematum ꝓblemate. xlvj. dicentis. Nutrimenti superabũdantia cã fit egritudi-nis. Uerũ autẽ coꝛpoꝛis nutrimentũ est san-guis: vt philosophi sentiunt ⁊ medici: ⁊ ideo bene diximꝰ ꝙ sanguinis etiã boni plenitu-do ꝙ periculosissima sit ad sanitatem: nec va-let quod dicebatur sanguis est filius nature sine quo vita stare non potest: ergo quanto plus de ipso in coꝛpoꝛe fuerit tanto melius: falsissima quidẽ est consequentia: vt minimꝰ etiam dialecticus intelligit: quia oppositũ cõsequentis stat cũ antecedente: licet eñ san-guis i moderata quantitate pꝛo vita faciat ⁊ sanitate ⁊ mẽbꝛoꝛũ nutritione supfluus ta-men quia a natura regi nec gubernari potest ob eius multitudinẽ derelictus ab ea diuer-simode nocet ⁊ inflãmando ⁊ vias opilando quibus naturalis caloꝛ euẽtabatur: vñ cau-sa fit extinctionis eius suffocando: ideo bo-nã habitudinẽ soluere confert ⁊ non tarde vt rursus pꝛincipiũ nutrimẽti accipiat coꝛpus: vt Hipocrates vbi supꝛa. Et ꝓpterea Pꝛin-ceps in. vij. quarti trac. quarto. c. j. loquens de carnositate sic inquit. Dũ perseuerat pin-guedo ita ꝙ non facit accidere nocumentuꝫ nõ abhoꝛreas eam: vitã nanqꝫ in humidita-te existit: verũ opoꝛtet vt caueas ⁊ abhoꝛreas eã in via superfluitatis lꝫ non appareat eius nocumentũ repente aduenit ⁊ subito scḋm ꝙ dicitur in loco suo. f. c. v. sequenti vbi ait. Pinguedo superflua est compos coꝛpoꝛis a motu ⁊ deãbulationeꝫ conuersiõe coartans venas coartatione constringente eas quare opilat spiritui vias suas quãobꝛẽ extingui-tur multotiens ⁊ similiter non peruenit ad eos spiraculũ aeris: quare coꝛrũpitur ꝓpter illud cõplexio spiritus eoꝛũ ⁊ sunt in timoꝛe ꝙ expellatur sanguis eoꝛum iterũ ad locum cõstrictũ quare foꝛtasse scindetur vena subi-to scissione perniciosa. Et postea subiunxit. Ad sũmũ moꝛs sup vltimatos in pinguedi-ne festinat ⁊ ꝓ pꝛie illos qui ipinguant in pꝛi-ma etate ipsi eñ minutas habent venas ⁊ cõ-strictas ⁊ sunt expositi apoplexie ⁊ parilisi ⁊ pulsui coꝛdis ⁊ diarie ⁊ malitie hanelitus et sincopi ⁊ febꝛibus malis 2c. Ecce igitur ꝙ periculosuꝫ sit repletũ esse ex sanguine etiã laudabili ⁊ carne. quare 2c.

¶ Cap. cclxxvij. ostendit quomodo repletꝰ ex sanguine supfluo: vt ĩ. c. supioꝛi dictũ est. possit a dictis nocumentis ꝓseruari. Et qua euacuationũ specie debeat inaniri.

Quãtis ⁊ qbus piculis repleta coꝛpoꝛa sint exposita satis in superioꝛibꝰ declarauimꝰ: quo modo aũt ea repletus picula possit euadere in pꝛesentiaruꝫ ostẽdamus. Dicẽtes ⁊ cũ aliqs sanoꝛũ hoĩm ꝑ ãteposita signa cognouerit ad aliquã pꝛe-fatarũ repletionũ coꝛpus suum deuenisse de-bet ilico cũ medico sapiẽti consulere qui sua cũ scientia: pꝛepẽsatis oĩbus diligẽter consi-derãdis distiguet: an ita repletio fuerit vni-uersalis: an pticularis: ⁊ an hũoꝛũ peccãtiuꝫ quãtitate: an qualitate. Qui si cognouerit eã esse vniuersalẽ ⁊ hũoꝛũ peccantiũ augmẽto ⁊ supfluitate 2c. Dia cõsenserint faciet: quia sic debet: ipsum flobotomare cũ dicat Aui-cẽ. in pꝛima tertij. c. xxix. Cũ sanguis aut cũ

humore qui vincit sanguis dormiatur a flo-
botbomia incipimus: qm̃ ip̄a est potissimuz
remediũ ad euacuandũ sanguinẽ ⁊ reliquos
humores cũ superflue fuerint augmẽtati: di
cẽte eodẽ in.iiij.primi.c.iij. Minuto est eua
cuatio humoribus equaliter augmẽtatis. ⁊
in.c.iiij.eiusdez ait. Cũ hũores fuerint equa
les premittere minutionem: ꝙ si equales nõ
fuerint superabundantẽ euacua. ⁊ similiter
in.c.xx.eiusdẽ inq̇t. Flobotbomia ẽ euacua
tio vniuersalis q̃ multitudinẽ euacuat hũo-
rũ.que fuit Gal. sentẽtia in scd̃o afforismoꝝ
cõmẽto.xvij. dicentis. Humorũ minoratio
fit ⁊ est equaliter cũ flobotbomia ⁊ ventosis.
Et in.vj.afforismorũ cõmento.xxij. Est com
munis totius corporis purgatio. Et i cõmẽ
to.xlvij.eiusdẽ dixit. Flobotbomia vniuer-
salis est medicina oĩ passiõi de plenitudine.
in libro quoq̧ de ꝓnosticatione ꝑ pulsum.c.
vltimo. Si quattuor sil'r augeant humores
ꝑ flobotbomiã est pr̃icipalissima ⁊ maxima
euacuatio ⁊c̃. Que aũt debeat esse ipsi⁹ quã
titas innuit nobis in quinto Terapentice.c.
xiij.cũ ait. In omni crasi corporis ⁊ in omni
regione ⁊ hora ⁊ cõstitutione tantũ humoꝝ
auferre est cõgruum quantũ super id qd̃ ẜm
naturã auctũ est. ⁊ in.vij.libro eiusdẽ distin-
ctione.iij.c.iiij.dixit. Quãtitas euacuatiõis
ex quãtitate q̃ ẜm multitudinẽ sit: scd̃m igit
maiorẽ aut minorẽ sanguinis ⁊ aliorũ hũoꝝ
multitudinẽ ⁊ repletionez fiat flobotbomia.
Que quãtũ in hoc casu corpori cõueniat de-
claratur i fine cuiusdã libri de flobotbomia
Gal. inscripti cũ dicit. Flobotbomia ventrẽ
desiccat: memoriã prebet: vesicam purgat: ce
rebrũ temperat: medullas calefacit: audituz
aperit: lachrymas strigit: stomachũ purgat:
digestionẽ inuitat: ventrẽ coercet: somnũ in-
ducit: anxietatẽ tollit: sanguinẽ propriũ nu-
trit: alienũ prohibet: ⁊ longioris vite sanita-
tẽ ministrat. Si aũt neglecta fuerit flobotbo
mia aut nõ permissa fieri prout necesse est: a
plectorico hec inde nocumẽta prouenient: vt
placuit Rasi in.iiij. Almãsoris.c.xiiij. dicen
ti. Ex negligentia aũt extractionis sanguis
cũ aliq̇s flobotbomia indiget accidunt apo
stemata ⁊ exiture ⁊ febres concluse ac frene-
sis ⁊ pleuresis ⁊ variole ⁊ morbillus ⁊ passio
emoptoica ⁊ mors subitanea ⁊ pestilẽtia atq̧
apoplexia sanguinea de qua facies viridis
apparet vel nigra ⁊ sinanchia ⁊ lepra. Et pro
pterea ita ↄcludit. Flobotbomia magna exi
stit medicina in sanitate conseruanda valde
proficiẽs ⁊ ad egritudinũ curationẽ cõgruẽs
si vt oportet fiat. Et in lib.vij.eiusdez.c.xxj.
dixit. Iterũ flobotbomia quoq̧ i sanitatis
cõseruatione ac egritudinũ curatione maxi-
ma operationis medicine pars existit si qua
lis oportet fieri fiat. Ecce igitur quãtũ ipsa
necessaria ad preseruandũ repletũ corpus ne
in tam graues incidat passiões. Et ideo nul-
la ratione vel causa pretermittenda est quã-
do tanta fuerit in corpore plectoria ⁊ cõple-
xio: etas: tempus anni: consuetudo ⁊ huius-
cemodi: a quibus de ip̄a sumitur indicatio:
cõsenserint. Nec confidat quispiam replet⁹
ex hoc ꝙ nullũ sentiat nocumẽtum in corpo
re: qm̃ multi fuerunt hac de causa decepti ⁊
propter magnã eorum plectoriam facili suꝑ
ueniẽte errore in apoplexiam incurabilẽ ce-
cidere ex qua miserabiliter mortui sunt: vt
in tribus doctissimis viris eam in adolescẽ-
tia cognoui. quare ⁊c̃.

¶ Capitulũ.cclxxviij. ostẽdit in quo tempo
re anni maxime fieri debeat flobotbomia ꝓ
talium corporum repletorum preseruatione
sicut etiam aliorum.

FLobotbomia magna existit
medicina in sanitate conseruã
da: vt diximus supra de mente
Rasis si vt opz fiat. Et qm̃ scz
opz ꝙ est in quocũq̧ anni tꝑe
stãte repletiõe magna hũoꝝ ⁊ periculosa: vt
diximus. verũtamen si tãta nõ esset in corꝑe
plectoria nec adeo suspecta securius anni tẽ
pus ad talem flobotbomandũ est ver ẜm il-
lustrium antiquoꝝ sententiam: ⁊ maxime in
principio eius: quoniam si vllo vnq̃ tempo
re repletio ⁊ plectoria corꝑis excrescat hoc
in hieme potissimũ cõtingit eo quod homi-
nes tũc plus comedant ⁊ melius digerãt et
nutribiliora cibaria manducent minusq̧ re
soluantur ⁊c̃. vt colligitur ab Hipocrate in
illo afforismo. Uentres hieme ⁊ vere calidis-

simi sunt natura ⁊ somni lõgissimi ⁊c̃. Et id flobothomia ratione predicta maxime in veris principio videtur cõuenire: nec minus ratione ⁊ causa eius temperiei cũ respectu omniũ aliorum temporũ anni ipsum sit in suis qualitatibus temperatum: vt philosophi ⁊ omnes medici vnanimiter cõcedũt: ꝓpterea tempus est euacuationi corporis oportunuꝫ cum virtus etiam in eo fortior reperiatur et robustior omnẽꝙ ꝗ faciliter tolerans inanitionẽ. vnde Auerrois in. vij. colliget inquit. Tempus autem cõueniens flobothomie est ver ⁊ tempus estatis prohibet flobothomiã ꝓpter debilitatẽ virtutis in illo tempore: et propter resolutionẽ spirituum: verum si requirat natura egritudinis facias euacuationem: sed in parua quãtitate. Tẽpus ꝟo hiemis flobothomiã ꝓhibet propter coagulationem sanguinis ⁊ ꝓpter grossitiem quam habet isto tempore. Tempus autem autũni quia est propinquũ estati in sua temperãtia siccitatis et caliditatis non est conueniẽs ad flobothomiã ꝓpter siccitatẽ ipsius: ⁊ ꝓpter turbationem ventorum: ⁊ ꝓpter debilitateꝫ operationum: ⁊ propter tempus calidũ qđ precessit ⁊c̃. Qđ etiã sensit Rasis in. iiij. Almansoris. c. xiiij. dicens. Est etiã summopere in flobothomia cauẽduꝫ ne in tempore calidissimo multa sanguinis fiat extractio: neꝙ in tempore frigidissimo. Et ideo cõcludamus cum Hipocrate in. vj. afforismorum afforismo. xlviij. sic dicente. Quibuscunꝙ flobothomia aut farmacia cõfert hos vere flobothomare aut farmaciam dare conuenit. ⁊ in. vij. eorũdem afforismo. liiij. Quibuscũꝙ conuenit sanguinem auferre ex venis hos oportet flobothomare in vere. qđ Gal̃. in. j. afforismorum commeto. xv. sic affirmauit cũ inquit. Uulgus in rei veritate expertum est purgans sanguinem in fine veris ⁊ ante initium estatis: sic eñ in estate superueniente calidissima maximũ periculum se subire existimat si non se purgauerit cũ calor estatis sanguinem dissoluat ⁊ chimos semper sparsim ebullire faciat. ⁊ similiter in cõmento. xlvij. afforismorum dixit super afforismo superius allegato. Quibuscunꝙ flobothomia ⁊c̃. Palam est intelligi qđ hic dicit attinere sanis qui nisi corpora purgauerint nõ diu erũt sani. Oportet ergo in veris initio purgari hoc cum flobothomia si de plenitudine timeatur: aut cum solutione ⁊ vomitum si de corruptis humoribus. Diu enim multos custodiui cum singulis egrotarent annis multis quoꝙ podagricis ⁊ artericis non tamen adeo fortiter vt putrescerent digiti hoc modo subuenimus ⁊ venturas passiones distulimus similiter protelauimus quibusdã emplima: epilensiam: apoplexiã ⁊c̃. hoc mõ purgationis. a quo Rasis videtur accepisse cuꝫ dixit in. iiij. Almansoris. c. xxv. Oportet vt in vere flobothomia ⁊ ventris solutione preueniẽdo succurratur anteꝙ calor irritet: minus quoꝙ ipso vinum est bibendum: ⁊ caro comedenda. Omniaꝙ dulcia minus sumenda: ⁊ precipue hoc obseruare debent quibus egritudines ex repletione accidere consueuerunt. similiter Auicẽ. in. ij. primi doc. ij. c. vj. idem sensisse videtur cum ait. Nulla res est q̃ ita tueatur ab egritudinibus veris: queadmoduꝫ flobothomia ⁊ inanitio ⁊ diminutio comedendi. Et in doc. v. c. j. eiusdem inquit. In veris principio quidem succurrendũ est ad minuendum ⁊ bibendũ catartica ꝭm qđ necesse est: ⁊ ꝭm consuetudinẽ. Et omnis res calefaciens ⁊ humectans est dimittenda ex carnibus ⁊ potibus ⁊ nutriens subtilandum ⁊ cibo nõ repleatur quis: immo ipm̃ parciatur et in potu sumat sirupos ⁊ rob extinguẽtes. Et in canticis etiaꝫ ait. Corpus indiget vniuersali euacuatione per flobothomiam ⁊ farmaciam ex qua quidem est perfectum iuuamentum in vere: ex quibus manifestuꝫ est ꝙ repletio corporis quecunꝙ fuerit illa siue plectoria siue cachochimia: maxime in vere sit purganda: verũtamen vt diximus si excessiua fuerit ⁊ periculosa semper debet euacuari et non tarde dixit Hipocrates: neꝙ ad tẽpus anni respiciendum est: sed ad fortiora iã predicta. quare ⁊c̃.

¶ Capitulum. cclxxix. ostendit quomodo repletus ex aliquo aliorum humorum siue cachochimus debeat euacuari et ab egritudinibus preseruari.

Quomodo repletus debeat euacuari.

IN superiori cap̄lo declaratum est q̇d faciendū sit stante oīm humorū: ꝛ precipue sanguinis laudabilis plenitudine. Nūc autē ostēdamus quid agere debeat repletus ex aliquo tm̄ vel pluribꝰ humoribus.s.ex colera solūmodo: vel ex colera simul et melancolia: aut ex melācolia ꝛ flegmate ꝛ hmōi. Et precipue cū hi humores sanguini nō fuerit admixti. Et breuiter dicamus ꝙ cū solutiuis ꝛ purgatiuis medicinis talis humorū erit superabūdantia minuēda vt sanguis in venis existēs ex vaporibꝰ ꝛ qualitatibus illoꝝ humorū nō alteret̄: ꝛ ꝑmaxime in tꝑe veris cū dicat Gal̄.in.vj.afforismorum.ꝙ sani si corꝑa sua nō purgauerint nō diu erūt sani.vbi dicit ꝙ multos egrotare solitos custodiuit ꝛc̄. vt in superiori scripsimꝰ.c. Purgatio nāq̄ duo facit iuuamēta: q꞉ corꝑa a malis humoribus mūdificat ꝛ ab acuminibꝰ ad annūvenientibꝰ: vt idē scripsit eo in loco vbi post multa exēpla q̄ adduxerat subiūxit. Noui autem quēdā cui per singulas estates tertiana veniebat data est huic farmacia colere rubee purgatiua: ꝛ sic per multos annos cessauit terciana: medicabat̄ aūt in fine veris sicut cōueniebat huic humori sicut in apoplexia arteria ꝛ melancolia alijs quoq̄ de humoribus grossis in initio veris farmacia cōuenit ꝛc̄. Et ꝓpterea dixit Almāsor in libro.iiij.c.xv. Solutiōe vētris vti: ꝓut opꝫ: summa est medicina ad sanitatis ꝯseruationē magnū prebēs adiutoriū: ē eīm possibile vt huiꝰ oꝑationis cā corpus ab humore q̇ ꝓpter ciborū errorē vel ex diete negligētia vel qui ex corꝑis intēperātia solet generari mūdificet̄. Ob hoc igit̄ eē pōt vt corpus semꝑ mūdū existat: et neq̄ ī eo suꝑfluitates ad egritudinū generationē apte remaneant quapropter medicina vētris solutiua quisq̄ vti debet q̄ humorez qui ei nocere solet vel qui in eo ex sui corꝑis dispositiōe generari consueuit vt cā erroris sui regiminis expellere ꝯsueuit. Et infra subdit. Qui aūt vētris solutiōe plus indiget est qui corpus hꝫ magnū ꝛ pingue ꝛ qui est gulosus atq̄ qui multos est comedēs cibos et fructus ꝛ q̄ parū mouet̄ ꝛ exercitat̄ ꝛc̄. Erit igit̄ ꝯsiderandū q̄ sit ꝛ qualis cachochimia et q̄ sit illa malorū ꝛ euacuādorū humorū repletio: qm̄ si ex vno tm̄ fuerit humore quicūq̄ fuerit ille aut colera aut flegma vel melācolia: tūc dādū erit illiꝰ ꝛ nō alteriꝰ humoris solutiuū. Si ṽo ex pluribꝰ erit vlterius perquirendū q̄ sint ꝛ quot sint humores illi ꝛ in qua mēsura se habeant adinuicē an equales sint an inequales. Et si ineq̄les in qua ꝓportione tales. Que oīa cū diligēter ꝑscrutata fuerint ꝛ inuestigata per ꝓportionē signoꝝ in superioribꝰ annotatorū: tūc talis erit farmacia eligēda qualis fuerit ꝛ indicauerit illorū humorū ꝓportio: vn̄ si colera ꝛ flegma equaliter peccauerint medicina vtrūq̄ respiciēs simplex vl̄ cōposita erit ei ꝓpinā da. Si ṽo dupla foret colera flegma ꝛ medicina talis accipiat̄ simplex. Si ṽo simplex nō inueniat̄ cōposita tali cōpositiōe: vt simplicia colerā respiciētia sint in vigore dupla ad ea q̄ flegma soluere debent: ꝛ sic de alijs hoc mō. Silr̄ erit obꝟuādū an hūores hi ꝑmixti fuerint simul an nō. Et an in vno mēbro vl̄ pluribꝰ ꝛ q̄ eoꝝ periculosior sit ꝛ maiori obꝟuātia velociori ꝛ citiori euacuatiōe idiguerit. Per quā corꝑis etiā regionē facilꝰ possint educi.s.an ꝑ vomitū an ꝑ ventrē vel vrinā su dorē ꝛ hmōi ꝟm ꝙ ipa natura demonstrauerit: dicēte Hipocrate. Undecūq̄ natura repert inde ducere per cōueniētes regiōes ꝛc̄. Si ṽo hūores cū sanguine permixti fuerint aīaduertēdū erit vt p̄cipit Auicē.in.iiij.ꝑmi c.iiij. Si hūores fuerint equales: ꝛ tūc ꝑmittēda est minutio. Si aūt ineq̄les suꝑabūdās debet euacuari donec equent̄ ꝙ sua cum appropriata fiet medicina ꝛ per ꝑtē quā natura tētauerit: qm̄ ars debet ipam imitari: dicēte Gal̄.in libro de colera nigra.c.iij. Mundificare nāq̄ sanguinē semꝑ natura tētat excernēs qđ paruū est ex ipoꝛ a patiētibꝰ expellēs ꝑticulis: aliqn̄ q̇dē in vētrē ꝛ intestina et aliqn̄ ṽo in eā q̄ foris suꝑficiē ꝛc̄. Qua de re cōcludamꝰ ꝙ q̄liscūq̄ fuerit illa hūoꝝ malorū repletio debet si magna necessitas istauerit ī quocūq̄ āni tꝑe euacuari. Si aūt nullū notabile ꝑiculū portēderit in vere perfici debet rationibꝰ ꝛ causis in p̄cedēti.c.assignatꝭ. ꝛ sic p̄seruabit̄ a morbis ei euenire potentibꝰ ex tali humorū malorū repletione.

¶ Capitulū.cclxxx. ostendit purgationē ꝑ tali preseruatione non esse cum fortibus medicinis faciendam propter grandia ⁊ plurima eorū nocumenta.

Quamplures sanoꝝ hominum vidimus qui cognoscentes se repletos esse ī stomacho capite vel alio huiuscemodi suorū mēbrorū sine aliquo medicoꝝ ꝯsilio sed ex sola sua scientia: que potius imprudētia dici meretur: fortissima acceperūt solutiua volentes semel expellere: quod pluribus vicibus erat euacuandū: quorū aliqui ad febres: alij ꝟo eorū ad dissinteriā inde peruenerunt ⁊ hoc quia nesciebant quātū laboriosa farmaca corpori humano inimicarent ꝙ ne alijs contingat hoc in loco decreuimꝰ ostēdere quātū hmōi fortes medicine soleāt nocere sanitati ⁊ vite periodo: quātūq; afferant nocumenti principalibus mēbris ⁊ toti corpori contrarietatis nature ⁊ sue venenositatis ratione. Sed ne q̇s hec dicere nos gratis existimet audiet Principē in tertia primi doctrina secūda.c.j.sic dicentem. Nobis necesse est proculdubio supfluitates euacuare. Quarū euacuatio ꝓm plurimū non completur neq; est conueniens nisi cum medicinis fiat venenosis que proculdubio naturaꝫ frangunt q̄ etiam si venenose non essent non posset esse q̇n eas bibere nature laboriosum esset: quēadmoduꝫ dicit Hipocrates ꝙ medicina purgat ⁊ inueterat. Et post aliq̄ causam huius adduxit cū ait. Medicine solutiue cum humore superfluo euacuāt ex humiditatibus naturalibus ⁊ spiritu qui est substantia vite: partem magnā ⁊ cū hoc virtutē membrorū principaliū debilitant. Et in.iiij. primi. c.ix. dixit in pluribus violentarū medicinarum existit aliqua venenositas ⁊ solutionē ventris efficiunt ꝓm modū quo nature violentia infertur. qꝺ etiaꝫ sensit Auerrois in.v.colliget dicens. Nulla medicinarū purgatiuarum est sine veneno aliquo in aliquā parte sui ⁊c̄. ⁊ Rasis in quarto Almansoris c.xv.inquit. Medicinas quoq; ventris solutiuas sepe sumere corpus debilitat ⁊ ad ethicam atq; ptisim adducit. Et ꝑcipue si fuerit habēs corpus siccū. Auicē. iterū in.xj.tertij tract.p̄io.c.vj.sic ait. Plures medicine euacuatiue sunt contrarie corpori: quare oportet vt in eis associentur medicine cordiales. que fuit sententia ⁊ fereverba Gal'.in secūdo regiminis acutorū cōmento.xij.dicētis. Natura medicinarū solutiuaꝝ est cōtraria nature corporū que ipse soluunt ⁊ sunt vniuersaliter ꝑnecantes ⁊ interimentes ea. Et in q̄rto afforismorū cōmento.xlj. Purgatio augmētat defectionē virtutis. Et in primo de regimine sanitatis similiter inquit. Farmacie calide sunt ⁊ sicce ⁊ ex quibus exiccātur carnes ⁊ attenuantur corpora. Et in libro.ij.de simplici medicina distinctione.iiij.c.iiij. Inter vnāquāq; medicinarum solutiuarum ⁊ vnūquēq; humorū proculdubio est assimilatio sed non cōsequitur eā necessario: vt non sit ei permixtū aliquid de virtute interficiente. Et propterea illud fit quod non est consequens ei: vt noceat proculdubio. Nocentꝰ preterea exoluētes medicine stomacho ⁊ cordi non modicum: cum dicat Princeps in. xiij. tertij tracta.primo.c. vltimo. Scias ꝙ omnes medicine solutiue ⁊ omnia que abominationeꝫ faciunt sunt mala stomacho. Et in libro de viribus cordis trac.secūdo.c.ij. Similiter medicina laxatiua nocet cordi: quoniā omnis euacuatio naturam duobus modis cōprimit. Primo quidem cū eo qꝺ nociuum est euacuatur aliquid de conueniente nature. Secūdo q̄m affert supra naturaꝫ ad membra quod trahit ⁊c̄. Et infra subiunxit auctoritate Ruffi. Laxatio diminuit materiā spiritus ⁊ debilitat cordis complexionē. Et propterea cōcludamus cū Rasi in li. vj. suorum afforismorū sic dicente. Omnis medicina laxatiua omnino purgat colerā: id est humoreꝫ cum caliditas innata ⁊ humiditas expelluntur. ⁊ cum Auenzoar in sui teisir libro primo tractatu septimo.c.j.sic scribente. Omnia laxatiua que habent violenter ⁊ impetuose laxare trahunt humores a toto corpore ad stomachum ⁊ purgant corpus totuꝫ stomacho repleto manente: ⁊ cū hoc etiam talis medicina habet totum corpus desiccare: quare humor malus in substantia stomachi imbibitus habet remanere. Et in tract.

nono.c.viij. Cauere debes omnino ne medicinam laxatiuam exhibeas eo q laxatiuum q̄uis fuerit rectificatum et tēperatum q̄tum plus possibile fuerit: impossibile tamen est quin propter acuitatem et motū ipsius non cōmoueat et generet grossiciem et duritiem simile apostematis etc. Ecce igitur q̄ male sunt huiuscemodi fortes medicine. Et propterea sani quantūcūq fortissimi debent illas euitare cum se purgare voluerint: et bene animaduertant q scientificus sit earum ordinatoꝝ peritusq in correctione cōpositoꝝ etc.

¶ Capitulū.cclxxxi. ostēdit cū quib⁹ et qualibus purgatiuis medicinis sint corpora in vere p̄maxime euacuanda.

Non possumus profecto particulariter dicere cum quib⁹ medicinis purganda sint hominū corpora cum tanta sit in cōplexionibus: etatibus: regionibus: tēporibus: et consuetudinibus diuersitas: tantaq ex parte materiei disparitas ratiōe qualitatis: quantitatis: preparationis: loci: et huiusmodi: que omnia habēt medicinas diuersificare prout sapiens et electus medicus: quē presupponimus: satis equidē intelligit. Propterea non intendimus in presentiarum velle de purgatiuis medicinis lōgum: vt earū materia expeteret: sermonem facere: sed tm̄ hoc in loco decreuimus purgari volentes admonere q pro eorum posse laboriosa farmaca superius dicta nō assumāt: sed cum leuibus et benedictis medicinis superfluitates sui corporis: cum oportunū fuerit: euacuent que non habeant virtutē et mēbra principalia debilitare: sed potius eis cōferre qualis est aloes: qui: s̄m qd̄ inq̄t Mesue: est de melioribus et sublimioribus medicinis habens prerogatiuā supra alias medicinas: et quāq intentio soluti s̄m plurimū sit debilitare virtutes et mēbra que sunt minere virtutū et afferre eis nocumentū sicuti nos in superiori capitulo declarauimus. Cadit tamē hec intentio ab aloe: non solum em̄ nō nocet: sed inuenitur ad cōfortationem mēbroꝝ debiliū addere et ad redditionē eoꝝ in proprias virtutes conferre: neq ad aliud nisi ad vnū videtur esse nociuū: q: aperit orificia venarū apertione sanguinē emanare faciente nisi cum dragaganto aut mastice vel aliquo simili rectificet̄ qd̄ quātū pro sanoꝝ et infirmorum mūdificatione conueniat ipse postea expressit cū inquit. Solutiōe em̄ educit coleram et flegma et mundificat caput ab eis et stomachum et confert iuuamentum magnū doloribus eoꝝ. Et post aliqua subiunxit. Et qui assiduat acceptionem eius dieb⁹ continuis non videbit in corpore suo neq in instrumentis sensuum suoꝝ egritudinē que non sit habilis sanari et preseruat a putrefactione: ita qd̄ etiam cadauera. Qd̄ similiter voluerunt Gal. Diascorides. Serapio. Rasis. Auicen. et reliquis omnes. Ipo itaq vtēdum est cū in stomacho vel capite aliqua repletio a sanis precepta fuerit. Similiter valent ad mundificandū repletiones humoꝝ species omnes mirabolanoꝝ et valde conueniunt: cum: vt colligitur ex dictis preallegatorum sapientum: non debilitent cū solutione sua immo confortant stomachum et p̄prie viscera et preparent et coadunent partes eoꝝ et confortant cor et epar et corpus totū: neq em̄ nisi ad vnū videntur nociui: qm̄ faciunt cadere preparatos in opilationes nisi rectificentur cū diureticis absintio spica et similibus: sunt em̄: vt dixit Mesue: ex reb⁹ que faciunt vtentes se iuuenescere et acquirunt eis colorem bonū et bonitatē odoris oris et sudoris et generāt gaudiū et hilaritatē et confortant stomachum cor et epar et conferunt tremori cordis et confortant et preparant et mundificant stomachū: conferunt emoroidib⁹ et extinguūt colere rubee inflationē: et citrinorū precipue operatio in hoc est preexcellens cū ipsi solutione educant eā et conferunt cōplexiones habētibus calidas. Chebulli autem: qui sunt species eorū secūda: educūt flegma et addūt in ratione et clarificant visum et mūdificant stomachū et cōfortāt ipm̄. Nigri autē et sunt tertia species ipsoꝝ: dissolutione educūt melancoliam et colerā adustā et clarificant colorem et remouent tristitiā cōferēdo q̄rtanarijs leprosis et huiuscemodi. Emblici quoq species quarta ipsorum non minus

alijs vtiles existunt: eo q: teste eodem Mesue: sunt ex medicinis confortantibus stomachū cor et epar et viscera solutione educētes flegma: ⁊ sunt ex rebus valde cōfortantibus cerebrū ⁊ neruos: ⁊ augent intellectum ⁊ cōfortant cor: mundificant stomachū a flegmate et putrefactione: ⁊ confortant ipsum ⁊ preparant ⁊ sedant feruorem in eo ⁊ auferunt sitim ⁊ addunt in appetitum et sedant vomitum. Belirici quoqȝ postrema mirabolanorum species sunt ex medicinis benedictis et easdem cum emblicis habent proprietates: ideo sani sicut infirmi non debent alias bis medicinas fortiores eligere cum poterūt huiuscemodi iam dictis sua corpora a superfluitatibus sufficienter mundificare. q si aliqua ratione vel causa quis prefata accipere non posset euacuantia ea saltem que in sequenti caplo reponentur assumat que delectabilia sunt et prehabitis non minus vtilia adeoqȝ sicut ⁊ hec que diximus secura q in quocunqȝ tēpore anni sine aliqua recipi possunt hesitatione: attamen ratione euacuandorum humorum: in vere magis videntur conuenire: cum dicat Auenzoar in .ij. libro sui Thesir tractatu .iij. c. ij. hec verba. Dico q medici non laudant purgationem vel flobothomiam: nisi in tempore temperato eo q quādo tempus elongatur multum a tēperie versus frigiditatem humores generaliter sunt coagulati et compacti et difficulter purgantur et mouentur ⁊c̄. Si vo aer ad caliditatem superfluam declinauerit: humores tunc velocissime euacuantur et mouentur: quia humores sunt dissoluti propter caliditatē. Et ideo ad talem euacuationem subsequitur debilitas magna inquit ipse. Propterea nō eligatur tempus supra tempus veris magis conueniens pro purgationibus faciendis etiam cum laudabilissimis euacuatiuis qualia sunt que dicta ⁊ que iam sequūtur.

¶ Capitulū .cclxxxij. ponit quasdam alias medicinas euacuatiuas sanis vtiles ⁊ corp⁹ absqȝ nocumento purgantes.

Consueuerunt vulgares existimare q reubarbarum sit fortissima medicinarum omnium infirmis nequaqȝ propināda: nisi in eorum vite parte postrema cum nulla spes amplius vel fiducia de ipsorum salute habeatur. Non intelligētes q si medici tunc medicina reubarbari vtantur nō id faciunt: quia ipsum fortissima sit medicinarum: sed quia securissima ⁊ optima nullā ingerens molestiam patienti sicut alie medicinarum q̄plures facere consueuerūt. Et q ita sit apparet per Mesue dicētem. Reubarbarum est ex medicinis benedictis ⁊ solennibus in quo aggregantur multe ex intentionibus que queruntur in refaciente mundificationem ⁊c̄. Et infra dixit. Non est in eo nocumentum apparens ⁊ datur in omni tempore ⁊ in omni etate: ita q etiā pueris ⁊ pregnantibus. Et de elegantioribus ⁊ melioribus que iuncta cū eo magnificant operationem ei⁹ est aqua lactis sumpta ex capris ⁊c̄. Et eius declarans vtilitates ait. Solutione eduxit coleram ⁊ flegma ⁊ maior eius pprietas est mūdificare ⁊ cōfortare epar ⁊ stomachū ⁊ cōferre doloribus pungitiuis eorū et viscerū ⁊ clarificare sanguinē ⁊ auferre opilationes ⁊ morbos: quorū mater est opilatio sicut hidropisim icteritiam ⁊ grossitiem splenis ⁊ febres opilationū ⁊ similia. Cassia quoqȝ fistula gustui satis delectabilis est pro tali corporis mūdificatione multū vtilis ⁊ secura: cū dicāt auctores de ipsa q sit de medicinis in qbus est fiducia iuuamentorū ⁊ est sine nocumento carens acuitate ⁊ mordicatione ⁊ omni excessu ledente sup cui⁹ exhibitione p̄sumit oī etate. Ita q pueris ⁊ pregnātibus eo qd est equalis cōplexionis humida in p̄mo lenitiua: resolutiua: clarificatiua: sanguinis sedatiua acuitatis ei⁹ ⁊ colere rubee ⁊ nō est in ea nocumētū apparēs p̄ter q nocet debilia habentibus viscera ⁊ lubrica qd ab ea remouetur nocumentū in permixtione mirabolanorum ⁊ reubarbari cum ea ⁊c̄. Cuius posse est: quia mundificat sanguinem et compescit omnem acuitatem: sedat sitim et pprie cū succo endiuie aut solatri depurati

et clarificati ſm artem. Et ipsa quidem mun
dificat stomachum et educit colerā ⁊ flegma
et operatur illud sine nocumento et excessu:
caret enim mordicatione. Et ipsa quidem le
nit pect⁹ ⁊ guttur et resoluit apostemata acu
ta in eis et confert calefactioni renū sumpta
cum diureticis et infusione liquiricie ⁊ pro/
hibet generarionem lapidis in eis et cōfert
febribus calidis. hec Mesue. ꝙ et alij medi/
cine doctores voluere: quorum verba breui/
tatis gratia re linquamus. Manna similiter
et tamarindi medicine faciles non minusq̄
delectabiles existunt pro tali purgatione hu
morum ⁊ precipue colericorum valde vtiles
esse approbantur cum easdem ferme virtu/
tes habeant ⁊ operationes cum cassia et reli
quis antescriptis. Et ideo sanis non minus
q̄ egris quibusdam videntur conuenire: ⁊ si
tamarindi ledant stomachum frigidum ⁊ de
bilitent cum vt inquit Mesue: tamen ⁊ illud
facile potest remoueri permiscendo eos cuꝫ
spica succo feniculi ⁊ huiusmodi stomachuꝫ
confortantibus. His igitur ⁊ similibus be/
nedictis euacuantibus est vtendum cum cor
poris aut membrorum repletioneꝫ ex malis
humoribus congregatam voluerimus eua/
cuare postponendo scamoneam turbit colo
quintidam: hermodactylos: ⁊ talia laborio/
se soluentia: in quibus venenositas existit.
Ex qua stomachus et membra principalia
in eorum operationibus plurimuꝫ: vt supra
visum est: impediuntur ⁊ debilitantur. Et si
cut de simplicibus actum est pariter ⁊ de cō
positis intelligatur. Nam cōposita farmaca
quecunq̄ sint illa siue pillule siue electua/
ria aut confectiones ⁊c. Benedicta et secura
dicentur si ex simplicibus laudatis ⁊ facili/
bus fuerint constituta. Si vero conficiantur
ex venenosis erunt proculdubio laboriosa.
Et ideo sani bene debent aduertere cum se
purgare voluerint ne aliquod illorum vene/
nosorum accipiant cum pro eadem intentio/
ne suffecerint benedicta. quare ⁊c.

¶ Capitulum. cclxxxiij. ostendit quando: quomodo: et que laboriose sint accipiende medicine.

Satis quidem apparuit ex di/
ctis in. c. cclxxx. libri hui⁹ quā
tum ex soluentes et laboriose
medicine fugiende sint ex nu/
merositate ⁊ suorum magnitu
dine nocumentorum: quare id mihi videtur
minime replicandum: sed potius declaran/
dum ꝙ et si noceant quādoq̄ tamen eis vti
necesse est: vt cum oportuerit materias gros
sas et difficiles in membris longinquis exi/
stētes purgare easq̄ ab illis eradicare qđ ne
quaq̄ benedictis cuꝫ medicinis fieri posset
eo qđ ipse ad loca tam remota sua cum vir/
tute minime possent peruenire: vt de poda/
gricis: scabiosis ⁊ huiusmodi est videre: qui
bus aut nihil aut parū profecto reubarbarū
cassia māna ⁊ his similia conferent: sed her/
modactylis: turbit: ⁊ talibus fortioribus in/
digent que suis cum iuuamentis non habēt
modicum nocere vt declarauimus: ideo in
presentiarum dicamus ꝙ si ab eis excusari
non possumus: quia non soluꝫ in stomacho
epate ⁊ similibus sit repletio: verūetiam in
capite aut iuncturis ⁊c. huiusmodi mali chi
mi fuerint eradicatione indigētes. Tūc eas
accipiamus ⁊ non nisi postq̄ sufficienter fue
rint cōsolate: rectificate: ⁊ correcte: qm̄ Iohā
nes Mesue in. c. j. ⁊ canone sic ait. Cōmunis
medicinarū ſm plurimū malitia est facere se
nescere corpus ⁊ frequentantibus illas lesio
nem afferre principalibus membris: ⁊ q̄ sunt
minere virtutū ⁊ earū motores debilitare q̄
sunt spiritus et calor naturalis indicitur: er
go nobis necessitas admiscere medicinis so/
lutionem facientibus res: quarum ꝓprietas
est confortare cor ⁊ membra principalia ⁊ af/
ferre eis dispositiones laudabiles. Et cum
hoc auxilio acquiritur corpori reiuuenescē/
tia ⁊ incolumitas. Res autem quarum auxi
lio facimus hoc sunt medicine cordiales et
stomatice ⁊ cerebrales. Et alie aliorum prin/
cipiorum confortatiue note verum super om
nibus his canon est: vt cōfortetur cor in om
ni euacuatione: ⁊ hec debet esse intentio pri/
ma. Primus enī occursus omniū accidentiū
occurrentium corpori est ad cor tanq̄ ad ba
sim vite. Secunda intentio debet esse confor

tare stomachum tanꝗ susceptorem: aliorū autem confortationem prosequi debere non est principalis intentionis: nisi proprie quā do oportet ex aliquo eorum materias euacuare: que fuit etiam principis sententia in iiij. primi pluribus in locis. Et Gal. in. ij. regiminis acutorū commento. xj. dicētis. Omnes medicine solutiue sunt nociue stomacho et proprie ori eius cum sit pluris sensus propter neruos qui oriuntur in eo: et ideo oportet vt permisceantur cum medicina quedam medicine odorifere: vt non occurrat virtus medicinarum solutiuarum ori stomachi nuda simplex rc̃. Et in li. de experimentis. c. vltimo similiter inquit. Medici ingeniati sunt in medicinis laxatiuis ponere aliqua q̄ stomachum confortant. Et propterea qui purgari voluerint cum pillulis aut alijs medicinis: quarum receptas ꝛ descriptiones habēt etiam a famosis medicantibus traditas: debent si medicinalem intelligant scientiā omnia eas ingredientia considerare: ꝛ doses et quantitates solutiuorum ꝛ corrigentium bene perpendere ꝛ videre si soluentia illa correcta sint sufficienter et cōsolata pro corde stomacho ꝛ ceteris cum cordialibus stomaticis et similibus. Et si omnia bene perponderata cognouerit: studeat deinceps perscrutari si sue complexioni et replexioni et materie qualitati et quantitati atꝙ loco sint conuenientia ꝛ sufficienter directa: sic poterit ea solutiua sumere indebita: tamen dosi et nō superflua: ꝙ si aliquod predictorum eis defuerit non accipiat aliqua ratiōe vel causa. Sed si hec omnia equilibrare nescierit melius est ei ne aliquid tale accipere presumat: immo cum sapienti medico consulat et ab eius cōsilio non discedat: ꝙ si aliter fecerit sciat sua cū presumptione seipsum interimere vel saltem imprudenter egritudinibus exponere. quare rc̃.

¶ Capitulum. cclxxxiiij. ostendit que repletio sit euacuanda per vomitum: declarando que inde proueniant vtilitates ꝛ corpori iuuamenta: ꝛ quando fieri debet.

Quia non semper natura nobis demonstrat repletionē vniuscuiusꝙ humoris per secessum esse euacuandā. Similiter etiā quia non semꝑ substantia qualitas locus humoris ꝛ huiusmodi id nobis indicant cū semper non appareant in ventre rugitus: punctio: grauitas: ꝛ talia ventris fluxū denotantia: immo in stomacho quādo ꝙ nausea conturbatio ꝛ hmōi humoris leuitatē per vomitū expellendi significantia precipiuntur. Ideo dicamus ꝙ quando in stomacho colerā adesse cognoscemus ex suis signis ꝛ tēpus estatis fuerit: pectoris quoꝙ amplitudo cū cōsuetudine ꝛ reliquis hmōi consentientibus vomitū debemus tunc per superius ꝛ non per ventrē euacuare: quequidem euacuatio a medicis solet vomitus appellari. ꝛ ab Auicen. in. xiij. tertij. tracta. v. c. viij. sic diffiniri. Uomit⁹ subuersio sunt motus stomachi ad expellēdū ex eo aliquid qđ est in ipso per viā oris. que fuit Gal. sentētia in libro. vj. de accidenti ꝛ morbo. c. j. dicētis. Uomitus est motus per quē res in cōcauitate stomachi manens expellitur. Qui autē humor per ipm̄ sit aptus euacuari expſſit Princeps in. iiij. primi. c. iiij. cum ait. Ex humoribus qui velocioris sunt obedientie vomitui ſm plurimū est colera: rebellis ꝟo melancolia: mediū autē flegma. In quo autē tempore conueniat ipse etiā nobis indicauit in. iij. primi doctri. v. dicens. Uomitus in hieme est abhorrēdus. In estate ꝟo bonus: qm̄ humores in estate sunt natantes. In hieme ꝟo ad sustinendū declinātes. Et in. iiij. primi. c. xj. inquit. Estas est tēpus in quo magis est dignū: vt in ipso fiat vomitus: que fuit Hipocratis sententia in. iiij. affori smorū afforismo. iiij. dicentis. Purgare quidē estate superiora. Hieme ꝟo inferiora oportet: ꝛ ꝑcipue cū carnositas stomachi: amplitudo pectoris colli ꝛ similiū vnanimiter consenserint. Qm̄ vomitus cū macredine ventris est difficilis ꝛ laboriosus ꝛ timorosus: quēadmodum dixit princeps in. iiij. primi. c. iiij. ꝛ. xj. sic eīn in horum postremo scripsit. Homines qui remotiores sunt ab hoc vt medicus eos vome-

re faciat: sunt qui pectus habent strictum et
qui ptisi sunt parati ⁊c̃. In his enĩ s̄m om-
nium medicantium sententiam vomitus ma
xime suspectus habetur. Sed si iam predicta
non obstauerint grandis quippe erit ⁊ cõue
nientissima euacuatio ad sanitatis conserua-
tionem: dũmodo non superfluerit: vt colligi
tur ab Auicen. in. iiij. primi. c. xiij. sic dicẽte.
Hipocrates precepit vomitum fieri debere
in vnoquoqꝫ mẽse duobus diebus cõtinuis
ꝑpterea ꝙ cũ eo cõseruatur sanitas: hoc au
tem plus est malũ: ⁊ huius causam assignãs
inquit. Vomitus mundificat stomachum et
remouet grauitatem que accidit capiti ⁊ cla
rificat visum ⁊ aufert fastidiũ ⁊ confert ei ⁊
cuius ad stomachũ descẽdit colera q̃ ipsius
corrumpit cibum ⁊ remouet abominationẽ
que fit propter vnctuositatem ⁊ casum desi-
derij: ⁊ ꝯfert pluribus infirmitatibus: sicut
ipse ibidem scripsit dicens. Postremo ille
cui quidem maius iuuamentum affert vomi
tus est cuius cõplexio prima est colerica ⁊c̃.
Et in. xiij. tertij trac. j. c. xxxv. dixit. Non opꝫ
vt in mense plusqꝫ bis sani euomant: qm̃ cõ-
suescit natura eijcere supfluitates ad stoma-
chum. deinde subiunxit. Scias ꝙ vomitus
facilis leuis sine labore ⁊ nõ frequens in ho
ra necessitatis est maximi iuuamẽti. Et per
hoc facilem vomitum cõmendauit: difficilẽ
cõsequẽter ⁊ laboriosum prohibuit: vt post
modum in. c. vltimo eiusdem tractatus ex-
pressit cum ait. Ex rebus magis nociuis sto-
macho est vomitus laboriosus: quãuis sit iu
uatiuus ex parte purgationis: nocet tamen
plurimum cum debilitatione. Et propterea
dixit in tractatu. v. eiusdem. c. viij. In admi
nistratione quidem vomitus cum equalita-
te est iuuamentum maximum verũ assidua-
tio eius maxime debilitat virtutem stoma-
chi et facit ipsum lacunam superfluitatum.
Qd similiter sensit Rasis in. iiij. Almãsoris
c. xvj. dicens. Vomitus si vt debet tempera-
te fiat: stomachum purgat ⁊ digestiuam effi-
cit meliorem corpusqꝫ renouat ⁊ mundat: ca
put quoqꝫ ⁊ sensum alleuiat: visumqꝫ acuit.
ꝙ si multus fuerit corpus desiccabit ⁊ epa-
ti ac pectori: necnon oculis ⁊ pulmoni noce-
bit ⁊c̃. Et ideo ipse post aliqua sic conclusit.
Vomitus preterea nõ frequẽter fieri debet:
corrumpitur enim stomachus et ipsius vir-
tus destruitur: quare non nisi cum oportue-
rit fiat. Et sic apparet ꝙ sani s̄m complexio
nis ⁊ repletionis eorũ diuersitatem: diuersi-
mode purgari debeant.

¶ Capitulũ. cclxxxv. ostendit quanta sit vti
litas ⁊ necessitas purgationis corporũ in ve
re: quomodoqꝫ ex ea sani fiãt ab egritudini
bus putridis securi ⁊c̃.

Et si ex his que in superioribꝰ
dicta sunt facile comprehendi
possit quanta sit purgationis
vtilitas: quantaqꝫ eius necessi
tas in sanitatis cõseruatione:
attamen pro ampliori huius materie noticia
decreuimus hoc i. c. declarare quomodo seu
propter quid sit ꝙ purgati adeo fiãt ab egri
tudinibus ⁊ precipue putridis securi. Non
euacuati Ꝟo minime vt ex hoc ad corpus mũ
dificandum in tempore veris homines ma-
gis accendantur. Dicamus ergo ꝙ necessita
tis causa purgationis per flobothomiã: se-
cessum: vomitum: vrinam: ⁊ huiusmodi hec
est scꝫ vt corporis superfluitates per viam in
digestionis vel ex malis nutrientibus gene-
rate tempore magni estus futuri in estate nõ
inueniantur eo quia tales humorũ superflui
tates a regimine nature derelicte ⁊ a calore
naturali irregulate ab extranea tũc caldita-
te alterẽtur et in ebullitione reponantur ex
qua mali et putridi vapores eleuentur natu
rales corporis humiditates extraneantes et
extraneate sicut ⁊ ille non naturales putre-
fiant: corpusqꝫ inde in suis operationibꝰ im
pediatur ⁊ egrotet. Sic nãqꝫ fieri solent infir
mitates: ⁊ permaxime putride: quoniam vbi
sunt putredinis cause sufficiẽtes: ibidẽ ⁊ pu
tredo de necessitate reperietur cũ causa ⁊ effe
ctus seinuicem inferant cum vniuersaliter ⁊
adequate sumuntur: vt Aristo. ait in. ij. poste
riorum tractatu. iiij. c. ij. In corpore autem
non purgato cause putredinis inueniuntur
scilicet calor extraneus ⁊ accidentalis humi

ditas ex quibus omnis cōsequitur putrefactio: teste philosopho in quarto Metheororū ⁊ in secūda ꝓblematū problemate.xxxiij. sic scribente. Putrefit omne qd putrefit ab extranea caliditate sicut a propria digerit in estate quidē extraneū dominatur ꝓpter qd putrescūt magis omnia in ipsa ⁊c. Auicen. quoqꝫ in scda primi doctrina scda.c.xv.ait. Putredo non accidit nisi propter calorem extraneū. ⁊ in libro de viribus cordis.c.j.secūdi tractus inqt. Dispositio humiditatis in quā agit calor innaturalis putrefactio nominatur: hec autē dispositio in corporibꝰ immūdis ⁊ repletis īuenitur: quia ibi extranee existunt hūiditates ab extrinseco estatis calore alterate non parū etiā a naturali cōmotē ⁊ inflammate eo ꝙ vias obturēt ⁊ repleāt plerūqꝫ per quas naturalis ipsa caliditas flabellari solet ⁊ refrigerari: ⁊ ꝓpterea fit ꝙ inde putrefactio in naturalibus ⁊ vtilibus cōtingat humoribus ex qua diuerse egritudinum species generantur: vt sensit Gal. in quinto Terapentice cum ait. Monstratum est in libro causaꝝ egritudinū ꝙ illa sola putrent corpora quecūqꝫ materiā habēt calidā ⁊ humidam intranspirabilia ⁊ inflammabilia manētia in calido ⁊ humido loco. Si vo in motu fuerint ⁊ flabellentur ⁊ transpirent possent vtiqꝫ imputrebilia custodiri ⁊c. Et ob hanc causam necesse est vt corpora mundificentur in vere ab extraneis ⁊ inutilibus humiditatibus siue cum flobothomia siue cum aliꝭ prefatis ingeniꝭ vt sanguis ⁊ humores naturales puriores reddantur ⁊ mēbra ipsam mundiora sicut conseruanda sanitas requirit: aliter enim impossibile videtur quin mors aut saltem aliqua ⁊ in breui quidem consequatur egritudo: quemadmodū sensit Gal. in libro de constitutione artis medicatiue.c.ix.cum de precustodia corporum loqueretur dicens. Preseruatiua vtiqꝫ pars artis erit quā ⁊ proprie vocant precustodiuam in primo genere consistentiam habens: quando enim vel multitudo humoruꝫ vel prauitas vel obstructio vel corruptiua virtus innascitur corpori: periculum est nō tarde egrotare hominem: aliquando autem ⁊ periclitari summe difficile autez cognoscibiles sunt huiusmodi cause tanqꝫ non cōtristantis hominem sicut venenum canis rabiosi cuius nullum signuz propriū inuenitur cōtineri in corpore anteqꝫ perueniet prope rabiem qui est morsus: itaqꝫ ⁊ interrogare propter has causas necessariū est medicum eos qui patiuntur de omnibus que contingunt eis: quando eñ multitudo aliqua vel cachochimia subnutritur in molle corpis aut obstruitur aliquod viscus adest nobis dignoscere ipsa per quedam sinthomata que media aliqualiter sunt eorum que sunt in sanis ⁊ eorum que accidunt egris ⁊c. hec ipse. Ex quibus apparet quod qui mūdificatus nō fuerit ⁊ si nullū precipiat aut saltem sensibile nocumentum ex hoc minime confidere debet: quoniam ei simile continget subito ꝙ morsu a cane rabido accidere consueuit: scꝫ aliqua grauis ⁊ perniciosissima egritudo. Et ideo recte quidem dictum est ꝙ vtile sit ad sanitatis conseruationem quinimmo necessarium in tempore veris corpora ⁊ precipue repleta mundificare plectoriam siue cachochimiam eorum enacuando: que causa est omnium fere corporis infirmitatum. quare ⁊c.

¶ Capitulū.cclxxxvj. ostendit ꝙ sani preter omnia que dicta sunt debeant se custodire a causis fortiter extrinsecus alterantibus: ⁊ q̄ sint ille ⁊c.

Iam visum est in superioribus qualiter sani se debeant mundos a superfluitatibus conseruare vt hūores eorū naturales nitidi ⁊ purificati nō putrescāt ⁊ cōsequēter egritudines faciāt. Nunc autez ostendere volumus ꝙ preter id etiā necesse sit sanitatē cōseruanti vt non minus caueat ea omnia que sanguinez ⁊ reliquas vtiles et laudabiles corporis hūiditates habēt plurimū alterare cōsumere vel aliter qūolibet a sua ꝯsistētia ꝓmutare qꝫ illa q̄ solēt eas inficere ⁊ vt supra diximꝰ cōturbare. Non minus equidē ⁊ hūoribꝰ ⁊ mēbris ipis nociua sūt extrinseca desiccātia calefaciētia ⁊ huiusmodi fortiter eis occurrētia qꝫ supfluitates

in illis aggregate. Et ideo diximus quod q̄ sanus fuerit ꝛ mundus nulla prorsus indigens euacuatione debet summa cū diligentia ꝓcurare ne alicui valde intēse de primis occurrat qualitati: nā si fortis illa fuerit caliditas siue solis siue ignis extiterit: multū corpus ꝛ humores habebit desiccare: vt colligitur ex illo verbo principis in .j. primi doctrina tertia. c. j. dicente. Caliditas maior q̄ debet reddit corpus siccius q̄ oportet: ꝛ licet ipse de interiori intelligat tamen ꝛ de extrinseca verificatur dicente Arist. in .xj. ꝓblematū ꝓblemate .lvj. Calidū ꝛ estus dissoluūt corpora. Et Galie. in .ij. de simplici medicina distinctione .ij. c. x. De ꝓprietate caliditatis non est nisi vt resoluat ꝛ subtiliet ꝛ separet partes adinuicē. Parique ratione excellēti non obuiabit frigiditati siue aque siue rei alterius fuerit: qm̄ frigiditati inest essentialiter vt omnibus virtutibꝰ sit cōtraria: vt Auicen. dixit in prima primi doc. sexta. c. iij. vbi subiūxit. Frigiditas est paraliticū faciens ꝛ mortificās ꝛ ab omnibus ꝓhibens operationibus. Et i. iiij. primi. c. ij. ait. Superflua frigiditas est ipsa mors innati caloris aut ei ꝓpinqua. quod etiā sensit Gal. in primo de febribus ad Glauconē. c. xiiij. cū inquit. Pari ratione nimius frigor vt nimius ignis occidit ꝛ ita siccitas multa vt multus humor necat. Similiter ergo ꝛ qualitates passiuas fugere oportet ꝛ permaxime siccitatem ꝛ res illā inducentes que satis admodū incessanter procedit donec nos interimat: vt Princeps ait. et Gal. cū eo in primo de regimine sanitatis dicens. Semꝑ magis ac magis desiccamur. ꝛ in libro .v. de simplici medicina distinctione .vj. c. ij. Oēs res q̄ exiccant finiūt hūiditatē sanguinis qua reingrossant eū ꝓpter hāc cām ꝛ minorāt ipsuꝫ ꝛc̄. Et ideo sani debent se ab huiusmodi valde alterantibus custodire. Que frequēter illis occurrētia: quātūuis sanissimis: possunt eos egrotare facere ꝛ vt diximꝰ etiam interire. Ab alijs quoqꝫ his similibus qualitatibus nocumentū aliquod inducentibus in sanguinem vel spiritum cauere debent qui suam voluerint cōseruare sanitatē sicut ab excessiuis odoribus q̄ ex longa eorū sensatione seu receptione solēt caput grauare ꝛ ipsum dolere facere: vt colligit ex quinto afforismoꝝ afforismo .xxviij. Similiter ab Auicē. in prima tertij trac. secūdo. c. j. sic scribente. Omnia alefaniati: id est aromatica sunt facientia sodam ꝛ ꝓprie cassia linea ꝛ costus ꝛ zafaran ꝛ cinamomum ꝛ amomū ꝛ aromatica oīa sunt facientia sodā siue sint calida siue sint frigida ꝛc̄. que fuit Aristo. sententia in tertia problematum problemate .xiij. dicentis. Odor omnis grauat caput. Et propterea decipiuntur ꝛ egrotant multi qui tempore estatis pomū ex laudano musco ꝛ huiusmodi continue in manibꝰ portant ipsumqꝫ sepenumero olefaciunt. Multoqꝫ magis a fetoribus est fugiendū qui sua mala cum qualitate habent plurimum spiritus resoluere ꝛ virtutem debilitare: vt voluit Auicen. in primo canonis. fen. d. ꝛ summa secundis. c. autem. xxix. di. Ex his que spiritum euacuent nulla res est fetori similis ꝛ precipue fetori aque ꝛ venenosarū virtutū expansio in aere aut in corpore ꝛc̄. Et in canticis textu cōmenti. cccxvij. dixit. Omne illud quod est vltimati fetoris est vltimate corruptionis ꝛc̄. Qd etiam sensit Gal. in quarto de simplici medicina distinctiōe qnta. c. ꝓmo cum dixit. ꝙ nostra natura ita abhorret id quod est parui odoris sicut etiam fugit omne illud quod parui existit saporis. Ex quibus apparet vt omnia vno concludamus verbo ꝙ quecunqꝫ extrinseca cuiusuis nature humano corpori nociua sunt ab omnibus sanis fugienda: ꝛ sicuti de predictis expressimus: sic etiam ꝛ de reliquis intelligatur. non enim intendimus hunc ad locuꝫ causas omnes extrinsecas adducere q̄ diuersimode nostram possunt alterare corrūpere ꝛ pmutare sanitatē: tū qꝛ quasi existūt infinite: tū etiā quia medicus de eis nō habeat ptractare artificialiter dicente Gal. in tertio Tegni textu cōmenti noni. Alteratur igitur corpus a quibusdaꝫ ex necessitate: a quibusdam vo non ex necessitate. Dico autē ex necessitate quidem quibus impossibile est ipsum non approximare: non ex necessitate vo vt sunt reliqua. Nanqꝫ semper incontinenti immorari et comedere et bibere et vigilare necessariū est ei. Gladijs vo ꝛ bestijs nō ne-

cessariū est vti: vnde in priori quidē genere causarū circa corpus ars cōficit. Circa scdz vo nequaqz. Nos igitur de his non necessarijs extrinsecis Gal. imitātes plura nō scribemus. De alijs vo que nobis de necessitate occurrūt iā sufficiēter in pcedentib9 arbitramur dixisse. Que si a sanis obsuata fuerint prout iussimus pculdubio suā poterūt conseruare sanitatē r vitā diuino concedente numine vsqz ad vltimam senectutem prolongare. quare rc.

¶ Capitulum.cclxxxvij. ostēdit q sanitatis restaurator scientificus esse debeat r ante curationem cognoscere patientis naturam infirmitatem causas eius tempora postqz dicta dicendis continuauerit.

Eclarauimus vsqz modo quo modo sani suā debeāt sanitatem cōseruare. Nunc autē ostēdemus qualiter egri prebabiti regiminis trāsgressores valeant sanitatē amissam recuperare: tradendo modū in vniuersali solūmodo quo possint ab eorū egritudinibus curari: sicut in.iij.c. libri huius pmisimus. Que res nō modicuz affert vtilitatis: qm si de vita vnqz et nostra salute solicitudo habēda sit pmaxime quidem in egritudinis tēpore de ipsa videt esse pcurandū cum in grādi periculo tunc sit vt quilibet intelligit constituta. Et ppterea dicamus ad hui9 operis cōplemētū: q ad egritudinem expellendā r ad suā pristinā sanitatem resumendā vnica tantū incedendum est via: que scz hec est vt peritū r canonicuz seu regularē r scientifice pcedentē in cura medicū infirmorū astantes inueniant. Qui preter traditas in primis operis hui9 caplis: has etiā dicēdas habeat cōditiones: vt scz omni cū diligētia medicinales obseruet intentiones r astronomicas medicine deseruiētes in eligēdo prius r in ppināndo: deinde optima patienti medicamina in bonis r electis temporibus dicente Haliabate in.j. theorice.c. iij. Astronomia quoqz eget medicus qua medicaminibus electis tēporibus: quib9 est luna beatis r felicibus contēperata planetis r sub competētibus figuris vtatur. Conuenerunt nāqz sapiētes medicorū: vt Rasis etiaz ait in libro.ij. suorū afforismorū. Qd res omnes tēporū r aeris r aquarū et cōplexionuz r egritudinū ex motu planetarum mutātur. Et ideo quicquid circa infirmū operat grandi cū aduertētia r benigno faciat charitatis affectu r nō tantū lucri causa: vt oēs fere medici cōsueuerūt. Esse nāqz nō debet: vt Haliabas inquit vbi supra: sed.c.ij. medici ad querendā in medēdo intentio pecuniam: sed adeo retributionē r meritū rc. Ut igitur sciētifici a nugatoribus secernātur r ab egris et ab oibus alijs cognoscantur. Dicemus q si medicus sapiens fuerit r ad remouendā egritudinē r inducendā amissam sanitatē idone9 talē postqz aduocatus fuerit ordinē scientificum obseruabit: scz q anteqz ad curā perueniat studiosissime cōsideret que naturalis sit patientis cōplexio: r hoc tramite declarato in.xiij. libri huius.c. Similiter precognoscere debet etatē: consuetudinē: artē: regionez: r huiuscemodi naturalia r ipsis annexa: vt in notitiā egritudinis valeat peruenire: quib9 prenotatis debet deinde egritudinē r naturā eius indagare: quoniam non est possibile curare ipsam: nisi medicus eam cognouerit: vt princeps inquit in.iiij. primi tractatu.ij.c. vij. Que fuit Gal. sententia in.j. regiminis acutorum commento.iij. dicentis. Oportet vt in primis cognoscamus egritudinē q̄ sit: deinde intendamus post illud ad medicandum ipsam. r in libro.iiij. de ingenio sanitatis.c.iij. inquit. Uniuersaliter verū est q nullam curādi significationē possumus habere ab eius que ignota sunt. Et in libro.v. eiusdē.c.v. Semper ante mentis aciem passiōis cognitionē habeas nec tibi facile leueqz hoc videatur: cognita itaqz egritudine debet deinde sapiens r canonicus medicus causam eius venari: quoniā non sufficit scire naturā egritudinis: sed etiam causam eius cognoscere oportet. Cum dicat Gal. in.ij. de febribus ad glauconez.c.j. Istud moneo ante oīa vt noueris discere causas egritudinū. r in libro de tipo tremore r iectigatione.c.v. Manifestum est q volenti curare laudabiliter necessarium est cognoscere causam vnde proce

dit eius egritudo. Et iterū in pmo de feb. ad glauc. dixit. Attende istud vt consideres semper in oībus egritudinibus regionū qualitatem: locorū positionē: aeris tēperantiā: tēporū rationē: etatē: cōsuetudinē egrotantis: naturā corporis: ⁊ an vitio corporis egritudo nata sit: an extrinsecus venerit ex cibo an ex corruptela aeris: cū ergo hec oīa bene ppēsata cognoueris optime scies qd ad ipām egritudinē facere cōueniat: nā si causaȝ ignoras quomodo curas: si eīn nescis an periculosa sit: an sine periculo egritudo quid nisi temere facis quicquid feceris si sanes an potius occidas ignoraueris. hec ipse. Debet preterea medicus de necessitate intelligere in quo tēpore sit egritudo postq̄ ipsaȝ ⁊ causas eius cognouerit: vt patet per Gal. dicentem vbi supra. Debet medic⁹ scire quattuor esse tēpora oīm causarū: maxime febriū initium: scȝ augmentū: statum: ⁊ declinationē: qui nisi ea optime intellexerit grauiter ledet nesciendo: quid in initio: quid in augmento: statu: ⁊ declinatione febriū debeat egrotanti adhibere: ⁊ quo tempore curet: ⁊ quādo ab his abstineat: vel qñ eger dormire debeat vel vigilare ⁊c. Et in libro de tēporibus morbi c. vltimo dixit. Impossibile ē inuenire qualiter q̄s dietabit: neq̄ qñ cibabit absq̄ quo determinet certitudinaliter morbi tempora. Ex quibus apparet ꝙ medicus qui anteq̄ ad curationē descendat hec oīa nō obseruauerit minime ad restaurandā sanitatē sit idoneus quinimmo expellēdus ne sua cū ignorantia patienteȝ interimat. Qua de re aiaduertat ad hoc vnusquisq̄: qm̄ plerīq̄ leuissime etiam egrotantes ex imperitia medici interire. ideo ⁊c.

¶ Capitulum. cclxxxviij. docet cognoscere medicū scientificū: ex hoc ꝙ ante curationeȝ egritudinis sciat ⁊ procuret virtutē fortē cōseruare: ⁊ debilem fortificare.

Inter reliquas scientifico ad recuperandā infirmi sanitatē medico necessarias cōditiōes hec permaxime obseruanda est: scȝ vt postq̄ egritudinē causas et ei annexa cognouerit etiā ex parte altera intelligat corporis virtutē ⁊ eius robur seu fortitudinē: ⁊ an virtus que natura dicitur: sufficiens sit ad superandā infirmitatē vel econtra imbecillis sit ⁊ minime valēs ei resistere. Quoniā si fortis ad bellandū cū egritudine fuerit debet sic eā conseruare: ⁊ causam egritudinis abscindere. Si autē debilis extiterit nequaq̄ potens passionis impetū tolerare debet ipām postposita causa sufficientissime vigorare: ⁊ cum nutrientibus fortificare. Quēadmodū voluit Auicē. in. j. quarti tract. ij. c. vij. dicens. Cū inuenis virtutē resistentē tolerantes abscinde causam ⁊ expelle humores et abscinde cibū: ꝙ si inuenis virtutem deficientem sis occupatus inequādo complexionem cōtrariam ei: quare infrigida eā ⁊ viuifica cum cibo: cūq̄ fortis fuerit per viuificationem eius ⁊ vincit cōtrariū suuȝ reddi ad causam: que fuit Gal. sententia in. iij. terapētice. c. x. dicentis. Si dispositio quaȝ curare eligimus indiget euacuatiōe. Imbecillis autem virtus vltime fuerit eorū que dispositionem sanant nihil laborāti offerre in illo tempore omni ſm qd renutriemus virtutē. Cuȝ autem in tātum fortitudinis venisse eam extimauerimus: vt aut nihil aut parū ab euacuatione ledatur: tūc ad dispositionis sanationem incedamus igitur prima quidem intētio oīm est que virtutis. ⁊ in. vj. eiusdē. c. j. sic etiā ait. Cū dissoluitur quidem virt⁹ non tñ fortiter dissoluta est: sed repugnat adhuc ad sinthoma solū respicimus q̄cititissime studentes destruere id. Dissoluta ꝟo virtute nō solum sinthoma cessare facere: sed ⁊ illam roborare studem⁹. Et ꝓpterea dicebat idē in. j. regiminis acutorum cōmento. xliiij. Sublimior intentionum oīm est intētio sumpta ex virtute: qm̄ curans est virtus ⁊ nō medicus: que cum fortis nō fuerit nō prodest curatio quomodocūq̄ fiat: vt princeps inquit in. j. quarti. Propterea solicitudo medici esse debet circa corporis virtutem integratā ex vitali ⁊ animali ⁊ naturali: de quarum custodia debet semper ꝓcurare: ⁊ permaxime de vitalis conseruatiōe: cum dicat Gal. in. j. terapētice. c. vltimo. Oportet dignitatibus vniuscuiusq̄ particule ꝓuidere: robori igit maxi

ma quidem dignitas cordis est ꝛ omniũ necessarissima egrotantibꝰ. Cerebri ꝟo opus ad vitam equale: nõ tamen pari robore ꝛc. Et in tertio libro eiusdem.c.x. huius qd dictũ est cãm expssit ꝛ necessitatẽ dicens. Has corporis virtutes quidẽ custodire nihil aliud est ꝙ custodire vitã: monstratũ enim est ꝙ qualitercunqꝫ perempta qualiqꝫ ex eis vna necessariũ est reliquas simul cũ eis perire. Et propterea scdm sanatiuũ opusculũ intentio nobis hec erit. In curatiuo ꝟo intentio proportionalis ei est egritudinis destructio. Et infra dixit. Maxima quidẽ dignitas est virtutum: quoniã ipsum viuere nobis ex earum custodia existit quia ꝛ vita. Nihil autẽ vtiqꝫ vita est aliud in aialiũ corporibus: quoniã neqꝫ sani esse possumus sine viuere ꝛc. Et ideo postea conclusit. Uirtus igitur omniũ primũ custodienda omnibus est si fortis scilicet fuerit. Si ꝟo non fortificari debet cum cibo viuificãte: vt diximus: donec valida fuerit: ꝛ facta potens ad resistendum egritudini ꝛc. Qui autem medicus ad hec que dicta sunt nõ animaduertit multotiens quidẽ errabit subtilissimã ordinando dietam egrum penitus interuenientẽ: vt nonnulli carnificũ facere consueuerunt: omnibus aquam loco potus ꝛ panatã subtilissimã ꝓ cibo exhibẽtes. Contra quos clamat Hipocrates in.j. afforismoꝝ afforismo.v. cum ait. In tenuibus dietis peccãt egrotantes: ꝛ ideo magis leduntur. Omne enim quodcunqꝫ fit malũ magnũ fit magis in tenuibus dietis ꝙ grossioribus ꝑpter hoc ꝛ sanis fallaces sunt valde certe ꝛ constitute diete: quoniam peccantia difficilius ferũt: ꝑpter hoc igitur tenues ꝛ certe diete fallaces sunt amplius parũ solidioribus. Et ideo in primo de febribus ad glauconem. Necesse est vt respicias ad egri ꝟtutẽ ꝛ ad impetũ cause ꝛ ad ꝙtitatẽ virtũ eius qui egrotat ꝛ ad qualitatẽ morbi vt ne forte non reficiendo ciborũ refectione vires egroti cõsummas ꝛ fortiter abstinẽdo ad periculũ ducas ꝛc. Qui enim subtiliter ꝛ incõueniẽter dietãt infirmos qui a difficillimis occupant febribus in nullo a carnificibus differre vident. sicut idẽ scripsit in.ij. Terapentice.c.ij. Et ꝑpterea medicus sapiens id minime facere presumet nisi pacẽtissima foret egritudo ꝛ virtus valde robusta ꝛc. In reliquis ꝟo casibus semper de cõseruatione virtutis ꝓcurabit: vt cum eius robore cõseruato citius liberet ab infirmitate patientem ꝛ suam ei desideratam tribuat sanitatem.

¶ Cap.cclxxxix. ostendit quõ sapiens medicus virtutẽ corporis patiẽtis cõseruabit ꝛc.

Ut melius ab vnoquoqꝫ intelligatur si medicus sit sufficiẽs reddere patienti sanitatem: et an recto calle in egri curatione procedat: ostendamus quonam modo virtutem corporis ipse habeat conseruare postqꝫ in superiori.c. declarauimus id tñ ei necessarium esse. Et breuiter dicamus ꝙ si egritudinẽ naturã eius ꝛ tẽpora ipsius cognouerit vere qdẽ sciet qualiter habeat virtutẽ corporis ꝛ naturã cõseruare: qꝛ sm ꝓpinquitatẽ aut remotionẽ ꝛ distantiã status morbi subtilius aut grossius dietabit sm Hipocratis sententiã in primo afforismoꝝ afforismo.vij. dicentis. Ubi sm acumen egritudo continuos ꝛ vltimos labores habet vltima ꝛ tenuissima dieta necessarium est vti. Ubi aũt nõ: nõ. Sed cõuenit grossius reficere ꝛ tñ subcõdescẽdere quantũ egritudo mollior fuerit vltimis. et in afforismo.ix. eiusdẽ inquit. Cõtẽplari oportet egrotantẽ si sufficiat dieta ad statũ egritudinis ꝛ vtrũ ille deficiat priꝰ ꝛ nõ sufficiat dieta aut egritudo deficiat ꝛc. Et in.x. eiusdẽ. Quibus cõtinuus status continuo et tenuerit reficere oportet. Quibus ꝟo posterior status ad id ꝛ ante id parũ auferẽdũ est: prius ꝟo vberius reficiendũ vt sufficiat egrotãs. Si igit lõga fuerit infirmitas: vt quartana: quotidiana: paralisis: podagra: ꝛ huiusmodi: remotus valde erit eoꝝ status: ꝛ ꝑpterea nõ est a principio subtilianda dieta: quia patiens anteqꝫ ad statum perueniret in medio vie deficeret eo ꝙ virtus annihilaret. In acutis autẽ ecõuerso facere cõuenit: quia cum status sit valde ꝓpinquus casum virtutis non timemus: ideo subtiliter reficimus etiam in principio ipsarum: vt in sinocha: squinantia: pleuresi:

⁊ huiusmodi. Et propterea dicebat Gal. in libro de tēporibus morbi. c. vltimo. Qualiter aūt quis dietabit impossibile est inuenire neq̧ quādo cibabit absq̧ quod determinet certitudinaliter tēpora morbi. ⁊ post aliqua ibidē subiūxit. Quātū magna est laborātis virtus cōsiderandū est. nā si suffert in status tēpore absq̧ quod cibū afferat melius est in cibari donec declinatio incipiat. Si ꝟo non est possibile incibantē sufficere nutriendum ipm a principio mox in oi tēpore potētē accipere cibū. Et in. c. xiij. primi tract. de crisi sic etiam inquit. Tu nō euacuaris in aliqua horarū a malitia regiminis cum non prescis qñ erit statꝰ egritudinis: ⁊ illud ideo qm̄ si tu non precesseris ei in regimine a principio egritudinis fm propinquitatem status eius aut elōgationē ipsius tunc nō euacuaberis quin ledas egruȝ nocumento magno. a quo Rasis in. x. Almāsoris. c. xxiij. accepisse videtur cū ait. Nutricatio non mēsurat̃ nisi fm status ꝓpinquitatē ⁊ longitudinē. Similiter etiā Princeps in. iiij. primi. c. j. di. Quanto egritudo plus principio ꝓpinqua fuerit ⁊ accidentia magis quieta nutriemꝰ virtuteȝ cōfortantes. ⁊ quātū egritudo fm augmētū processerit ⁊ accidentia etiā ibi augmentata fuerint minuemus dietā ꝓpter fiduciā ꝙ virtus non resoluetur imo vt alleuiet̃ i hora luctaminis. Et in prima quarti tracta. scdo. c. viij. de cibatione febricitantiū. Dignior horarū ad ingrossanduȝ est principium in quo virtus non est multū occupata. Et dignior horaruȝ ad subtiliādum est status in quo est vehementia occupationis nature impugna materiei ⁊c̃. Medicus igitur scientificus virtutem hoc modo conseruabit cibando vberius in principio: minus autem in augmento: minime autē aut q̄ꝫparuissime in statu vt natura patientis: etas: cōsuetudo: tēpus: anni: morbus: causa eius accidēs ⁊ hora ipius requisiuerint. Non vt aliqui faciunt bestiales qui adeo in principio subtiliant vt in augmēto vel statu ob casum ꝟtutis superuenientē dietam postmodū in patientis interitum coguntur ingrossare: ⁊ hoc ideo quia librū aliquē vtilem vnq̄ꝫ aperiūt. cōtra quos Hallabas i ꝑmo Theorice. c. ij. dixit. Oportet medicū lectione occupari studioq̧ considerationis librorū nec negligat aut fastidiat eos. Die quoq̧ ac nocte cogat seipsuȝ ad eorum custodiā ⁊ memoriā in eūdo quo oia cōseruet necessaria ⁊ de scientia ⁊ de operatione reuoluat ⁊ exerceat in eis suam mētem vt nō omni tempore egeat librorum consideratione. hec ipse. Ex quibus patet medicū sapiētem esse oportet vt sciat infirmorū virtutem custodire. Qui aūt non fuerit huiusmodi nō erit idoneus ad sanitatis restaurationem.

¶ Cap. ccxc. oñdit ꝙ medicꝰ sapiēs ex hoc etiā cognoscat ꝙ in primis cām egritudinis studeat remouere ⁊ eā oino abscindere.

Peritia studiosi medici ꝑter ea que dicta sunt ex hoc etiā facile cognoscetur: si stante virtutis cōstantia ⁊ eius robore ad amouēdā infirmitatis causaȝ studuerit an ipam neglexerit ⁊ alterā nō ipeditus viā tētauerit: qm̄ irrationabilis existimabitur si causam potēs nō amouerit cum principalissimū sit curationis instrumētum quinimo vera infirmitatis curatio: dicente Auicen. in. xvij. tertij trac. quarto. c. ij. Cura tiovera est incisio cause. ⁊ in quarta primi. c. vltimo. Impossibile est vt febris remoueat̃ causa ipsius remanēte. Quod quidem dictū de vnoquoq̧ morbo intelligi potest: ⁊ ꝓpter ea ipse in prima quarti tract. secūdo. c. vij. sic precepit. Cum iuuenis virtutē resistentē: tollerātem abscinde causam ⁊ expelle humoreȝ ⁊c̃. Et in parte scda canticorū inquit. In oibus sunt prius auferende cause efficientes si fiat recta curatio. In cuiꝰ ꝯmēto dixit Auerrois. Cura egritudinis formaliter est inutilis nisi prius cause eius auferātur. Que fuit Gal. sententia in tertio tegni textu commēti xciiij. dicentis. Unum cōmune oportet habere preceptum efficientē vnāquāq̧ causarū abscindere prius: deinde sic venire ad eā que facta est discrasiam. ⁊ in libro. iiij. de ingenio sanitatis. c. iiij. Omnes antiqui qui precesserunt causam auferendam esse ⁊ prohibendā non solum vulnerū sed aliorum morborū demonstrarunt. ⁊ in primo Terapentice. c. xj.

similiter inquit. Ad causam semper ibimus cognoscētes ꝙ nō est possibile finaliter vllā dispositionē sanare adhuc manente causa faciente eam. ⁊ in libro.iiij.eiusdem.c.j. Causam sanare oportet primū nō negligentes extinguere febrem que ex ea accendi anticipauit.⁊ in quinto eiusdem.c.iij.dixit. Febrem sanari impossibile est nisi cesset putredo.Cessare ꝟo eā impossibile est manente cā. Abscindere igitur oportet cām eius si dꝫ prior qdē putredo:postea ꝟo febris sanari ⁊c̄.Et propterea inqt Rasis in.x.Almāsoris.c.ij. Febris eñ ilico sedabiť cū causa eiꝰ remota fuerit.Et Auerrois in septimo colliget.Cū accidēs nō timetur tunc studeas cām totaliter remouere:quoniā taliter ipsum infirmū curabis cōplete. Ecce igitur ꝙ oēs antiqui sapientes cōcordarūt ꝙ causa egritudinis primo sit remouēda ⁊ postea ipsa discrasia abijcienda cōtra empericos ⁊ irrationales ilico ad localiū applicationē ꝓcedentes vt in dolore capitis cōsueuerūt ꝗ̄primū aduocati vt plurima scire videanť emplastra:vnctiones: epithimatha : et huiusmodi frigida iubent apponi. Et consimiliter in febribus infrigidantia:vt vnguentum galieni cerotum sandalinum ⁊ talia absqꝫ hoc ꝙ aliqua precesserit necessaria purgatio. Unde fit ꝙ egrotantes deterius semper se habeant multiqꝫ moriantur non preexistentis morbi fortitudine sed ex superuenientis erroris grauitate. Et iō sapiens medicus:cū necesse fuerit anteqꝫ ad talia ꝑueniat:cum euacuationibus ꝓcedit obediens principi in prima quarti tract. secūdo.c.xlvj.dicenti.Scias ꝙ esse contentus infrigidatione et dimittere flobothomiā ⁊ ventris solutionē addit in opilatione ⁊ coartatione.Quare additur putredo ⁊ caliditas in febribus.⁊ Rasi in libro de egritudinibus iunctarum.c.xviij.sic scribenti.Unguenta ⁊ emplastra : quando corpus fuerit plenū multis humoribus: attrahunt humores ad loca magis ꝗ̄ dissoluant. quod sensit Gal.in quinto libro Terapentice.c.xv.dicens.Neqꝫ balnearem vtiqꝫ aliquem eorum qui in putredine febrium neqꝫ frigidis vterer cathaplasmatibus anteqꝫ euacuarē superfluitates.Euacuatis ꝟo iam cōfidenter ⁊ cathaplasmarem ⁊ balnearem:ex quibus satis apparet ꝙ rationabilis medicus debet priꝰ in omni curatiōe causam egritudinis abscinderet eam totaliter ammouere nisi fuerit ob aliqđ pertimēdū accidēs īpeditus. Postqꝫ ꝟo sufficiēter euacuauerit secure localibꝰ ex huiusmodi extinguētibꝰ vel calefaciētibꝰ vti poterit:vt qualitas discrasie ex causa ⁊ morbo generate expostulauerit.Qui aūt hoc tramite non incesserit ipsemet suam astantibus imperitiam indicabit vt eum tanqꝫ inutilem immo maxime periculosum:prout sua meretur in scientia expellant.Quia longe faciliꝰ mortem patienti ꝗ̄ sanitatem amissam reddere valeat.quare ⁊c̄.

¶Cap̄.ccxcj.ostendit medicum scientem infirmo reddere sanitatem debere causam egritudinis abscindere per contraria ⁊ per eadē quecūqꝫ alia curare.

Primus in superiori.c. ꝙ medicus semper debeat nō impeditus causam egritudinis remouere:nunc ostēdamus qualiter eam:si sapiens fuerit:abscindere debeat vt ex hoc sua magis sufficiētia innotescat:⁊ breuiter dicamus ꝙ si canonicus ⁊ recipiendus extiterit:cum contrarijs id habebit perficere.Unde si egritudo ex repletione humorum contigerit cum euacuatione curanda erit per flobothomiaꝫ scilicet aut per farmaciam ſm qđ significantia demonstrabunt : vt in precedētibus sufficiēter admodū per sapientū dicta fuit declaratuꝫ. ⁊ ꝙ ita sit manifeste patet ex illo Hipocratis dicto in scđo afforismorū afforismo. xxij. sic sonante.Ex plenitudine quecūqꝫ egritudines fiunt euacuatio sanat ⁊ quecunqꝫ ab euacuatione plenitudo ⁊ aliorum cōtrarietas.In cuius commento Gal.inquit. Neqꝫ diutius in his immorandū est cū omne contrariū suo contrario sit medicandum quod ostendit ipsa natura morborum ⁊ accidentia morbos comitantia.Et in cōmēto.xviij. primi regiminis acutoruꝫ.Medici intentio nō est nisi opponere contrariū contrario : vnde curatio febriū est per infrigidationē⁊ hume

ctationē. Et in libro secūdo eiusdem cōmē-
to secūdo dixit. Oportet vt facias transire ꝑ
mentem tuam in omnibus horis ꝙ medica-
tio fit per oppositionem contrarij cū contra-
rio. Et in terrio Tegni textu cōmēti. lxxxij.
sic etiā ait. Curatio quidē vnū habet modū
⁊ maxime cōmunē intentionē. s. ei quod sol-
uēdum est cōtrariū. ⁊ in libro de ingenio sa-
nitatis. c. iij. Naturale custodiendū est ⁊ con-
firmandū vnde similia semꝑ sibi sunt neces-
saria. Quod autem est cōtra naturā expellen
dū est ⁊ eijciendū. Vnicuiqꝫ eñ tali contra-
ria sibi cōueniūt: quoniā quicquid destruit
necessario ꝑ id qđ cōtrariū sibi est mutatur:
nō eñ hoc fieri potest nisi cū suo cōtrario. ⁊
in tertio Terapētice. c. xij. dixit. Vna sola ge
neralissima est intentio sanationū cōtrarie-
tas. ⁊ in quinto eiusdem. c. xij. Nō est dicēdū
ꝙ quādoqꝫ verū sit cōtraria cōtrarioꝝ existe
re sanationes: quādoqꝫ ꝟo falsum: sed semꝑ
quidem verū est. Et infra post aliqua subiū-
xit. Hoc paruū quidē dictū est scilicet cōtra
riorū existere sanationes: maximū aūt inue-
nitur virtute. Qđ etiam voluit Auicē. in. iiij.
primi. c. j. cum scripsit. Cū egritudinis qua-
litas scita fuerit erit medicina eligenda que
ei in sua qualitate sit ꝯtraria: quoniā egritu
do suo medicatur cōtrario sicut cōseruatur
sanitas suo simili. ⁊ in. xiij. tertij trac. secūdo
c. xxij. sic etiam inquit. Omnis cura facta ex
causis cōplexionalibus curat cū suo cōtra-
rio. Que nō solū medicorū verūetiā Aristo.
fuit sentētia in prima ꝓblematū ꝓblemate
vltimo dicētis. Sūt aūt egritudines he q̇dē
ab igne: he ꝟo ab humiditate. Curant autē
egritudines que q̇dē ab igne hūiditate: que
ꝟo ab hūiditate ab igne: hūiditatē eñ ignis
exiccat. Sic igitur patet ꝺm omniū illustriū
antiquorum sententiā ꝙ curatio fieri debeat
per cōtraria: vnde si causa egritudinis sit re
pletio debet corpus enacuari. Si ꝟo causa
infirmitatis fuerit inanitio vt in ethica con-
tingit debet per contrarium scilicet per ap-
positionem nutrimenti curari. Et si morbus
ex caliditate ꝓuenerit per frigida sanetur:
⁊ si per frigiditatem cum calidis medicetur:
⁊ hoc stante solummodo mala ⁊ preter natu
rali sine materia qualitate: vt sensit Hipo-
crates in quinto afforismorū afforismo. xix.
dicens. Quecunqꝫ infrigidata sunt recalefa
cere oportet ⁊ supple quecunqꝫ supercalefa-
cta infrigidare necesse est. Cum curatio que
libet per contraria fieri debeat: vt dictum
est supra. Ideo concludamus ꝙ quecunqꝫ
causa fuerit egritudinis: scilicet primitiua:
antecedens ⁊c̄. siue per se siue per accidens
morbum faciens aut ad id coadiuuans vna
queqꝫ talis debeat remoueri ⁊ cum suo con-
trario per inanitionem: repletioneꝫ: vel sim
plicem alterationem vt natura expedit infir
mitatis. Quod qui medicus non obseruaue
rit carnifex potius ⁊ homicida q̄ꝫ medicans
appellandus est: vt illi permaxime qui ex so
la vrine inspectione farmaca infirmis mittūt
exoluentia cuꝫ potius restaurantia quando-
qꝫ sint eis necessaria eo ꝙ ex nimio coitu vel
superflua defatigatione laborent: ⁊ solutiua
sumentes fortia simul cum humoribus vitā
emittunt. Et ꝓpterea contra huiusmodi ma
cellatores clamat Rasis in lib. vj. suoꝝ affo
rismorum dicens. Non sunt pauciores egri-
tudines que cuꝫ defectu accidunt q̄ꝫ que ex
superfluitate procedunt: ⁊ in hoc magistroꝝ
error existit qui statim ad purgandum sunt
prompti. Similiter Damascenus ait. Mor-
bi ex penuria quantitatis non minus q̄ꝫ de
plenitudine nimia nascuntur: vnde medici
multi in temeraria purgatione delinquunt
plerunqꝫ ⁊c̄. Qua de re sapiens medicus ta-
lia non eligit contraria nisi ea corpori neces-
saria cognosceret. Bestialis autem ⁊ imperi
tus illico currens ad purgantia omniquaqꝫ
expellatur ne pro sanitate in salubri morbo
necem inferat patienti.

¶ Capitulum. ccxcij. ostendit salutiferum
medicum in morbi curatione contrariū su-
bito ⁊ vehemens non debere applicare: sed
paulatim semper ⁊ ordinate.

ET si necesse sit medicū cū con
trario semꝑ in curatiōe ꝓcede
re vt in supiori capitulo dixi-
mus nō quomodolibet tñ id
facere lꝫ. Imprudēs eñ ⁊ igna
rus ⁊ oīno q̄ꝫcitissime expellendus medic⁹:
cū potius ꝑ fenestras dom⁹ eijciēdus foret:

si diuinum id permitteret preceptū:fortissi-mū subito contrarium induceret:sic citius esti mans sanare patientē. Sciētificus autē ꝫ ho norādus medicus id minime facere ꝑsumet: quinimmo paulatim ꝛ securissimo cum quo dam ordine procedet memorans ꝙ non alia incedendum estvia dicente Ypocrate in.ij. afforismorū afforismo.lj. Secūdū multū ꝛ re pēte euacuare aut replere aut calefacere aut infrigidare aut aliter quomodolibet corpori mouere fallax est:ꝛ omnino nature inimicū: paulatim ꝯo certū ꝛ ex alio ad aliud transi-re nō aliter decet. Et Gal'.in.iij. tegni textu cōmenti.lj. Medici quidem dispositiones corrigere debent ex multo studio paulatim transferentes in melius:qm̄ nō sustinet natu ra repentinas immutationes. Et in.v. de in-genio sanitatis.c.vltimo. Oportet nos inci-pere a paruis ꝛ minimis medicinis quibus non preualentibus fiant fortiores ꝛ magne qꝺ congruit passionibus in quibus patien-tes securi sunt de vita:sed his in quibus in-firmus moritur minime immo fortiorib⁹ in-digemus. Et in.vj. terapentice.c.vj. Altera-tio que paulatim fit nunꝙ̄ petit dolorem fa cere:sed necessarium est repentinam simul et violentā fieri trāsmutationē si debet aliquis dolor fieri. Qꝺ etiā sensit Princeps in.iiij. primi.c.j. cum dixit. A debilioribus ad for-tiora est procedendum quando debiliora nō sufficiunt. ꝛ in.j. tertij.c.xxix. Oportet:inqt: vt incipiamus a debiliore ꝛ gradatim proce damus donec sciamus ex dispositione egri-tudinis ꝙ ipa iam sit abscisa. Et in tractatu v.c.xiiij. eiudem ait. Oportet quideꝫ vt inci-pias a debiliore vnctionū ꝛ videre si cōferat: ꝛ si nō:addeꝫ permuta ad aliud ꝙ illo sit for tius. ꝛ in.lj. tertij.c.j. Oportet vt a faciliori incipias ꝛ gradatim peruenias ad illud in quo sit virtus equalis. ꝛ in.c.iiij. eiusdem in quit. Non propceres in vsu medicinarum for tium in principio rei:immo tarda. Idē quo-ꝙ̄ voluit in.xviij. tertij tract.lj.c.iij. dicens. Cuꝫ potes curare cū eo qꝺ est minoris acui-tatis non intendas ad aliud qꝺ sit acutius. Cuius quidem ratio est ab eodem assignata in.xiiij. fen eiusdem tractatu.iiij.c.xiij. sic scri bente. Oportetvt non sit subito qꝺ scꝫ facis: immo ꝼm vices:nam illud qꝺ subito est mo tale est. Que fuit Aristo. sententia in.j. pble-matum problemate.viij. dicentis. Mutatio vehemens corpora corrumpit: ꝛ propterea nō est subito alterandū:neqꝫ repēte euacuā-dū cū euacuationis superfluitas innati calo ris naturā destruat: vt dixit Princeps in.j. canonis fen: doctrina:summa: ꝛ.c. secūdis. ꝛ.iiij. ꝑmi.c.lij. Omnis euacuatio que est su-perflua ꝼm plurimum febres generat: ꝛ ideo cōclusit in quarta tertij.c.v. circa finem. In euacuatione conuenientius est vt multiplice tur numerus eius et minoretur quantitas eius omni vice: quatenus conseruetur vir-tus. cuius simile voluit in.xiiij. tertij tracta-tu quarto.c.xiiij. cum ait. Rectius quidem est vt euacuatio non fiat in vice vna subito ꝛ cadat virtus:immo paulatim ne ipsa perue-niat ad multam debilitatem. Et ideo conclu damus cum Gal'.in.vj. terapentice.c. iiij. sic scribente. Si euacuatio et alteratio fiat pau latim opus erit sanatiue artis. Si ꝯo repen te et ꝼm multum minime. Quāobrem si ra-tionabilis fuerit medicus ex hoc dignosce-tur ꝙ cum alterabit a facilioribus inchoa-bit. Si ꝯo euacuabit per flobotbomiam:far maciā:vel aliam huiuscemodi ꝼm vices mul tiplicatas ꝛ non semel materiam eradicabit. Qui autem hoc non obseruauerit pro quo tantum laborauimus et non sine causa:mi-nime debet pro sanitatis restauratione reti-neri. quare ꝛc̄.

¶ Capitulum.ccxciij. ostendit rationabilem medicū non debere ad propinandū solutiua festinare:sed prius corp⁹ lenire:cānales ape-rire:ꝛ humores digere.

SI igitur paulatim:vt iam dixi mus:in curatione ꝓcedēdū est cōsequēter ad fortē aliquā eua cuationē nō ita repente ꝓcedē dū erit:vt qdā Emperici cōsue uerūt ad multa ꝛ grauissima perducētes cor pus nocumēta eo ꝙ etiā in ꝑncipio morbi oī altera postposita cōsideratiōe materiā infir mitatis intēdant euacuare. Per qꝺ quidem coruꝫ imperitiam vnicuiqꝫ facile declarant.

Qualiter medicus se habere debeat ad solutionē.

